



8L



~~29-5-8~~



Complex 2

~~2/298~~

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	405

La compañía de Gerardo de Granada N. 3804 B.R.

CONCIONES

INEVANGELIA ET

EPISTOLAS,

QVAE

FESTIS TOTIVS ANNI DIEBVS POPVLO
in Ecclesia proponi solent: Ecclesiasticis omnibus
moderni temporis summoperè vtilis, è Tabulis
DOM. LAVRENTII A VILLAVICENTIO
XERESANI elaboratæ.

NVNC VERÒ



*Plurimis in locis cum sacrarum literarum, tum Catholicorum
antiquorumq; Patrum scriptis diligenti cura supra omnes alias edi-
tiones aucta & locupletata:*

PER

F. DOMINICVM AEGIDIVM TOPIA-
RIVM, instituti S. Dominici, apud inclytã Antuerpianam.


Saluis per omnia semper iudicio, correctioneque
S. Sedis Apostolicæ.

PARS ÆSTIVALIS.



ANTVERPIAE,
Apud Christophorum Plantinum
Architypographum Regium.

M. D. LXXIIII.



47806047

IN SERMONES ÆSTIVALES DE SANCTIS
INDEX ALPHABETICVS, IN QVO NVMERVS
VNAMQVAMQVE PAGINAM INDICAT.

A B hominibus frustra seruatur quem Deus ad ecclesiz vtilitatem vult incolumem 29	Ambitio insolens pestis subtiliter irrepens 145
Accessum per Christum habemus 186	Ambitio & vulgi fauoris amor omnem æquitatem & iustitiam deprauant 29
A Christiano ante omnia exigitur charitas 188	Ambitio ad quæ concitauit duos fratres & reliquos in apost. 98
Ad iudicium iudicem spectat non ad gratiã, dare dignitatem, &c. 72	Ambitio Iohannis Baptistæ & discipulorum 98
Ad iustificationem non consequendã si-ficit agnoscere peccata, &c. 199	Ambitio tyrannica est, & grani indigens reprehensione 73
Ad iuramentum temerariũ faciles & pro-prii sunt hodie multi 115	Ambitio quid fecit in Romanis 98
Ad modum vite ex terra benedicta Chri-stus producit 117	Amicitia malorum non nisi scelere conci-liari potest 28
Adolecẽtia prona & docilis ad flagitium 112	Amicitia & dilectionis signum maximũ 186
Adolescentulos & adolescentulas quid de-ccat 48	Amicus constans & fidelis Christus Dñs 1
Ad pietatem vertenda sunt ea quibus ad voluptatem vsi sumus 60	Amicitia vera nihil in hoc mundo iucun-dius 184
Ad quãtã felicitatẽ per Christũ venim⁹ 66	Amoris præcipui signum in Christo 62
Aduentus Christi humano testimonio o-stenditur factus 46	Angeli orant pro hominibus 145
Aduentus Christi vltimus gloriosus 333	Angeli nostri defensores contra insidias hostium 154
Adulterium vitium periculosum, & furto grauius 108	Angelorum officium 154
Adulteri peccant quadrupliciter 108	Angelis & hominibus Maria demonstra-tur veneranda 50
Adulteri duplici pœna à Deo puniuntur 109	Angelus cur prædixerit multos in Ioannis natiuitate gauisuros 27
Aequitas vt nos ad misericordiam horrari debet, sic multo magis secutura visitas 200	Angeli quando creati 153
Agendum quid sit, cum pastoribus desti-namur 167	Angeli substantia sunt inuisibiles 153
Agnitio præcedit prædestinationem 175	Angelorum partes quæ sint 19
Agrippina ambitiosissima 69	Angeli quando à nobis recedunt 156
Agri fructus Dei opus est 190	Anima seu vita quomodo odienda sit ab externo odio discendum 81
Alabastrum quid 59	Animæ defunctorum adiuuantur oratio-nibus, eleemosyna, ieiunio, participatio-ne bonorum operum 215
Alacriter & hilariter pauperibus subue-niendum 87	Anima quomodo seruari poterit, ex grano tritici discitur 81
Albedo stolarũ, & palmæ quid signet 195	Animam suam amare quid sit 80
Altaris Sacramentum non est ratione & sensu perscrutandum, &c. 21	Animæ adiuuantur oblationibus 213
Altaris sacrific. prodest animab. 212	Animæ defunctorum adiuuantur appli-catione sacrificiorum ibidem
Altitudinem & profundum quid Paulus vocet 180	Animæ quot modis adiuuantur 212
Amare primas gentium est 74	Animæ fidelium in charitate manentes, viuunt in gratia 210
Amator puerorum Dñs Christus 147	Anima vita corporalis intelligitur 80
	Animal nullum commodius oue 168
	Anuthesis pulchra ad discernendum inter pios & impios 103
	Anni-

INDEX ALPHABETICVS.

Anniuersaria pro mortuis celebrata Ter-tulliani temporibus 214	per Iesum facta enumerantur 65
Ante conuersionẽ & fidẽ quales eramus 65	Bestia nulla comparari potest malæ mu-lieri 108
Apostoli diligenter officio suo functi sunt 161	Binos cur miserit discipulos Christus 163
Apostoli non tantum reliquiti peccatorũ laborarunt. 145	Blasphemi in Mariam refelluntur 50
Apostolos non decet regnare gladio exter-no, sed verbo diuino 74	Bonitas ac Dei misericordia à nobis sem-per laudanda 132
Apostoli 12. & 72. discipuli quos repræ-sentent 163	Bonitas Christi instar boni medici indu-stra prædicatur 132
Apostoli & catholici doctores generatio Christi sunt 120	Bona promissa discipulos suscipientibus ingentia 172
Apostolos cur Dñs permiserit labi 74	Bona reliqua sine charitate non profunt. 192
Apostolis & fidelibus nunquam defutura temporalia 172	C Alia Christi bibitur, & eius baptis-ma suscipitur tripliciter 71
Apostolus minor tempore non labore 157	Calumniæ Pharisei aduersum Christum & mulierem 62
A prædicatione non cessandum, quia pau-ci credunt 190.	Caro & sanguis Christi viuificandi vim habent 15
Argumenta certa fidei, resipiscentiæ & cha-ritatis 60	Caro Christi verè cibus & potus est 11
Arma discipulorum contra insultus dia-boli 167	Caro Christi cur cibus, & sanguis potus dicantur 21
Artem operandi operarius scire debet 165	Canticum Mariæ 51
Affiduitas in labore 55	Castitas fidei sponso nostro seruanda 228
Auaritia & cupiditate homines incidit in laqueos diaboli 183	Causam aliam occisionis Ioannis Bapt. adducit Iosephus 107
Auaritia maximè clerum infamat 168	Causa præcipua trucidationis Ioannis for-da libido fuit 107
Authoritas summa in matrimonio apud maritum est 21	Cedrus arbor altissima 85
Auxiliatori Deo omnem nostram conso-lationem nostrumque bonum acceptũ ferre debemus 33	Charitatis est de alio magnificè sentire, &c. 52
B Aporismus & prædicatione Iohannis quid effecerint 26	Charitas operit peccata 63
Baptisma nũc est quod olim circũcisio 21	Charitas prima proles fidei 130
Beatitudinem Mariæ Elizabeth tribuit fi-dei 51	Christus factus est pacificator & media-tor noster 65
Beatitudinis auidus quos gradus ascende-re debeat 202	Christus Iesus institutor venerabilis Sa-cramenti, per ministerium Sacerdotis, &c. 7
Beatitudo vera à Christo simplicissimè o-stenditur 196	Christus in montem cur ascēderit, & quid suo ascensu declarauerit 196
Beati pronuntiantur non ex merito, sed propter iustitiam afflicti 101	Christus tanquam medicus cum peccato-ribus versatus 137
Benedictio Dei non nostris meritis, sed per Christum nobis prouenit 95	Christus quomodo à nobis ad conuiuũ inuitandus 136
Benedictio Iudæorum in terris erat 95	Christus sua omnia ad commodum no-strum ordinauit 183
Benedictio nostra spiritalis 95	Christus quomodo excipitur hospitio 87
Benedicti à Deo multi à salute excidunt, electi verò minime 95	Christus ex regibus ortus 125
Beneficiorũ memores simus oportet 177	Christus dignitatis & officij vocabulum est 126
Benignitatis diuinæ summum iudiciũ 56	Christus verus saluator, rex & sacerdos. 126
Beneficia Iudæis & Ethnicis credentibus	Christus vult vt discipuli prius conuer-tantur,

I N D E X

tantur, deinde vt fiant paruuli	146	Colloquium Chrifti & Marthæ	208
Chriftus permittit aliquando vt dzmone- nes in corpus externum fatuiant, non in animam	193	Colloquium familiare Mariz & Eliza- beth	48
Chriftus quomodo erga Ecclefiam affe- ctus	44	Colloquium fuauiffimum inter Ecclefiam amicam, & Chriftum dilectum	42
Chriftus imbecillitate, ftultitia, &c. mû- danam potentiam, fapientiam, cuerfu- tus prædicatur	53	Comitas Chrifti erga Martham	208
Chriftiani cur virgines dicantur	228	Commemorationis dominicæ in hoc tem- pore cauffa	5
Chriftianus vnde æftimandus	152	Communitas nulla fine rectore stare po- teft	100
Chriftianorum victoria contra peccatum &c.	12	Communicaturi fidem in primis habere debent	20
Chriftianorum eft fic traducere & argue- re peccata, vt odio habeant vitia, & æ- ment personas	59	Communicaturis neceffaria	ibid.
Chriftiani plurimi eodem vitio laborant quo Martha, &c.	208	Conceptionis Ioannis modus	19
Chriftianorum verorû & falforum præ- mium	235	Concionatores plerique ambitiofi	70
Chriftianus quifque tenetur angelos sum- mè venerari	156	Concionatores monentur vt Ioannis ex- plo fortiter libereq; peccata arguat	109
Chriftiani genuini	229	Concionator Euangelicus non peccat, fi- quando commeatum tecum ferat	169
Chriftiani hypoeritici	ibid.	Cõclufio colloquij Chrifti cû Martha	108
Chriftiani veri ac falſi per quæ discernun- tur	229	Conuiuia nec reiicienda aut dãnanda	136
Chriftianorum victoria & fortitudo con- tra peccatum, &c.	12	Conftãtia & fortitudo B. Catharinæ	226
Cibi indigus erat Chriftus quoad huma- nam naturam	87	Conſcientia bona Chriftianus poteft ad- ministrare magiftratum	101
Cinamomum, balsamum, & myrrha ar- bores aromaticæ debilia corpora mirè confirmantia	85	Confefſus Chrifti quid portendebat	197
Ciues fanctorum mundo diffimiles	192	Confuetudo Iudæorum in circuncifione pueris ſuis indere nomina	22
Ciuitas Dei & diaboli ab exordio mundi conſtrui cœpit	192	Confuetudines piæ & fanctæ in Ecclefia non ſunt obliterandæ	22
Clamor in media nocte quid denotet	230	Conatus noſter præcipuus quis eſſe debeat	67
Clamor tubæ perſonans quis	230	Confefſio Petri clara, & omnibus ad ſalu- tem neceſſaria	36
Clamor tubæ quàm efficax	231	Coniugij ſacramentum Deo placitum	20
Claues quando dederit Chriftus	40	Confefſio Marthæ confirmatur	212
Claues regni cælorum dux	ibid.	Conſolatio maxima nobis eſt, quia Do- minus maiora quàm nos paſſus eſt	189
Clementiam ſuam Deus re ipſa erga Ma- riam declarauit	52	Conuiuus malorû raro deſt impietas	110
Cœnæ dominicæ inſtitutor & author Do- minus Ieſus	1	Conſolatio ingens omnibus Chriftianis, quod Petro eiusq; ſucceſſoribus cælo- rum claues ſint relicte	41
Cœnam dominicam indignè ſumentes rei ſunt traditi corporis, &c.	5	Conſuetudo praua apud Corinth.	6
Cœna dominica quid ſit, &c.	2	Cor rectum erit & affectus ſyncerus ſi vl- trò & hilariter detur	77
Cœna dominica in quem finem ſit inſti- tura	2	Cordis mundities præcipuè confefſoribus attribuenda eſt	201
Cognitionem vllam non reſpicit Chri- ſtus, ſed idoneitatem	73	Corui mali malum ouum	111
Cognitio Chrifti cœleſtis patris donû eſt,	7	Creatori noſtro tria debemus	94
		Crudelitas maior eſſe non poteſt, quã pro- les ad omne flagitium educare	112
		Crux non tantum ad Chriftum, ſed etiam ad nos pertinet	80
		Cû peccatorib. quomodo cõuerſandû	138
		Curam	

ALPHABETICVS.

Curâ habeant prælati de bono nomine	37	exigit	184
Curtius & duo Decij pro patria mortui.		Dilecti natura depingitur	44
		Dilectionem proximæ & dilectionis modû ex facto Marthæ diſcere debemus	87
Custodes puerorum angeli	152	Diligentibus Deum quomodo omnia co- operantur in bonum	124
Cypreſſus arbor violentiffimi odoris	85	Discipuli Chrifti ſunt qui ipſum edunt & bibunt	120
D eo quomodo gratias agimus	94	Item qui ipſum audiunt & in eo operantur	ibid.
Deo & agno ſalutem dicere quid ſit	195	Discipulis veris nõ defuturû hoſpitiû	171
De ſpirituali vita cur cum Martha diſſe- ruerit Chriftus	21	Discipuli æternæ ſapientie qui	19
Deus iuſtificator, Chriftus aduocatus & defenſor	177	Discipuli quales ſe erga peccatores gerere debeant	167
Deus quomodo prædeſtinatos vocauit	177	Discipuli peccarunt dupliciter	59
Deus non ſinit preces piorum eſſe fruſtra- neas, &c.	33	Discipuli Chrifti ſunt & honorum eius conſortes qui eum concupiſcunt	119
Deus quicquid Abrahæ promiſit, id in Ma- ria compleuit	54	Discipulos nos æternæ ſapientie declare- mus oportet	121
Deus pater quomodo Deus Chrifti & Pa- ter Chrifti dicitur	94	Discipulorum quatuor genera	162
Deus quomodo à nobis benedicitur	94	Diſceptatio diſcipulorum de primatu or- ta ex ignorantia	99
Deum quando laudamus	94	Discrimen facit Chriftus inter ſuum re- gnum & mundanum	100
Deus maxime vult vt nemo pereat, &c.	56	Diſpenſatores munium eccleſiaſticorum duplici honore digni	128
Deus nolentes non cogit, ſed volentes tra- hit	96	Diſpendium vite redimendum vnus mē- bri abſciſſione	111
Deus quãdo etiã ventrē noſtrû curet	173	Diuitias Chrifti & ſacramenti diſpẽſatio- nem quid vocet Paulus	158
Deus quare nos elegit	95	Doctõr diſciplinæ Dei Chriftus	226
Deus ad quid omnia concluſerit ſub pec- cato	145	Doctõres affirmantes eccleſiam ſuper Pe- trum fundatam	39
Deus quomodo prædeſtinatos vocauit	177	Doctrina pulchra ex Paulo contra rigidos prælatos	170
Deuotio ingens clamorû auribus Dei	49	Doctrina & paſſio filij Dei frugifera, vti- lis &c.	16
Deſcriptio ſanctorum verorum	203	Doctrina euang. Dei Prophet	141
Diaboli verſutia	137	Doctrina ſaluatoris enſe penetrabilior	15
Dies aduentus Dñi furi comparatur	223	Doctrinam Chrifti nos amplecti oportet	226
Dies Dñi reuelaturus eſt abſcondita	232	Doctrinã euangelicã quid maxime ſuſpe- ctam faciat	169
Difficilius eſt mereri infernum quàm cæ- lum	72	Dominus quo tempore veniet	221
Diffidentia ab omnibus Chriftianis longè abſit	172	Dominica cœna non eſt vbi pauper con- temnitur	4
Diffidentia grauius in prælatis punietur, &c.	168	Dona eccleſiæ publica, quæ	128
Dignitas regis & ſacerdotis vno vocabu- lo comprehenditur	127	Dona eccleſiæ nobis data non ſunt vt ſu- perbiamus	130
Dignitas eccleſiaſtica non debetur ſangu- guini, ſed virtuti	73	Dona publica alia politica, alia eccleſiaſti- ca	127
Dilectionis mutue virtus	182	Dona eccleſiæ inutilia, niſi iis ritè vtamur	129
Dilectionis mutue qualitas & utilitas	192	Donorum alia interna, alia externa	187
Dilectionis & charitatis gradus tres	183		
Dilectus Chriftus quid ſuo aduentu Ec- cleſiæ contulerit	45		
Dilexit nos Chriftus gratis & ſpontaneè, &c.	184		
Dilectionem ſummam à nobis Chriſtu			

I N D E X

Dormitio aut dormitatio mortem significat	230	Episcopi cur in Ecclesia positi	187
Duo nos ad amorem Crucis excitantia	82	Episcoporum munus est vt in horrea Domini fructus adferant	188
E cclesia omnes admittit, bonos & malos	165	Epitheta egregia, per quæ vera Ecclesia cognoscitur	84
Ecclesia ab apostolis informata quid promortuis statuerit	214	Error & abusus turpis apud Corinthios	4
Ecclesia quomodo erga Christum affecta	43	Error Apostolicus	70
Ecclesia etiam nunc spirituale sponsi presentiam, gratiam, &c. esurit & sitit	43	Esurientes & sitiētes qui sint dicendi	199
Ecclesia vera quæ sit, & quæ verè eius mèbra	43	Esurie sitięque iustitiæ potissimum laborarunt Apostoli	199
Ecclesia ex omni gente congregata est, &c.	194	Ethnicorum more Herodes diem natalem celebravit	110
Ecclesia Christi alia arma non nouit, præter orationem & lachrymas	31	Eua non castellum, sed domus infirma	91
Ecclesia Romana cum Christo & apostolis docet amicos diligendos	189	Euangelium verbum est in æternum constans	188
Ecclesia catholica & vera penes quos sit	40	Euangelium doctrina ab ipso Christo prodians	141
Ecclesia expugnanda prædicitur, sed minime succumbenda	38	Euangelium bonum nuntium	158
Ecclesia promittitur super Petrum superstruenda	38	Euangelium redemptionis & salutis etiam Gentibus annuntiatum est	158
Ecclesia Petrum caput suum agnoscit &c.	40	Euangelij officium	140
Ecclesia pro defunctis Deum interpellat.	207	Euangelij hostes infensissimi duplices	136
Ecclesiæ seu sanctorum auctor, custos & propugnator Iesus Christus	193	Euangelio nemo abutatur in deteriorem partem	99
Ecclesiæ ad sponsum suum ardens desiderium	43	Euangelista non personam, sed vitium detestatur	59
Ecclesiæ militantis status qualis hic sit, ostenditur	228	Eucharistia est antidotum contra cacodæmones, & pignus immortalitatis	9
Ecclesiasticus ordo notatur cum vulgo	150	Eucharistia quomodo communicanda & sumenda	3. & 10
Ecclesiasticis diuersoria meritoria vitanda	171	Eucharistia ecclesiasticę vnionis sacramentum est	213
Ecclesiastici prælati, & magistratus politici sua iura sibi mutuo præcipiant	101	Eucharistiæ sacramentum maximi faciendum	1
Effectus tres vener. Sacramenti	9	Eucharistiæ Sacramentum quando instituerit Christus 7. & suos discipulos eorumque successores sacerdotes consecrauerit	ibidem
Ego elegi vos, lætitia animis Christianorum incredibilis	190	Exemplum pietatis & bonorum operum præbet Maria prægnantibus	47
Elemosynæ non pauperant, sed ditant	79	Exemplum fidelis operarij Paulus	165
Electi soli & prædestinati vocantur	134	Exemplo suo nos prouocat Christus ad se sequendum	82
Electio ad Apostolatam & ad salutem pendet à Christo	187	Exemplis cauetur ne simplices & iusti lædantur	149
Electio & vocatio nostra per bona opera est ponenda	175	Exhortatio consolatoria contra desperationem	33
Elegit nos Deus, quia dilexit	187	Exhortatio ad constantem beneficentię Dei fidem, &c.	68
Elizabeth Spiritu S. repletur	49	Exhortatio ad vigilantiam & bonorum operum comœntum	235
Encomion parentum Iohannis	19	Exhortatio ad liberalitatem in pauperibus	76
Encomium nulli iustius cõpetens quam verò pontifici & sacerdoti Christo	217		

Exor-

A L P H A B E T I C V S.

Exordium & finis aut nostræ salutis perceptio	186	Fructus sex mulierum probam sequentes	57
Ex seruis facti sumus filij, ex alienis ciues, &c.	66	Fructus vener. Sacramenti tres præcipui	9
F erocitas & crudelitas Herodiadis.	112	Fructus primus corporis Christi	11
Festinandum ad opera pietatis	47	Fructus secundus corporis Christi	ibid.
Festum animarum cur ab Ecclesia celebraretur	211	Fructus tertius & omnium maximus, corporis Christi	12
Fides operatur obedientiam	134	Fructus & opera incredulitatis Pharisæorum	136
Fides iustificandi vni à charitate accipit.	182	Functiones ecclesiasticę gratis administranda &c.	128
Fides quantum possit & impetret	22	Fundamentum primum Christus, Petrus secundarium	19
Fides mulieris non fuit otiosa, &c.	60	Functionis sacerdotalis præmium	217
Fides fiduciam adicit & confidentiam	160	Gravitas muliercularum nonnullarum execrabilis	56
Fides sola Christiano non sufficit	182	Genus optimum vincendi patientia	167
Fides catholica non neganda aut dissimulanda, sed confitenda	38	Genes longè remotius Iudæis sese Deo alienarant	66
Fides Matthæi probatur	134	Genus consolationis quadruplex	190
Fides per charitatem operans vita est animæ	209	Gentium in lucem etiam Iohannes datur	16
Fidem nostram per opera charitatis manifestam facere debemus	62	Generationis & profetię Christi conclusio consideranda	125
Fidem nos seruare oportet sponso nostro.	226. 228	Gentium vocatio latuit angelos & archangelos	109
Fidei fructus in Matthæo	135	Genealogia Christi ex Abrahamo & Dauidæ	126
Fidelibus defunctis non subueniendū dicentes, Satanæ filij sunt	208	Gladium & potestatem cur Deus tradidit magistratui	106
Fidei virtus quanta sit	51	Glorificatio bonorum operum merces est	176
Fiducia quorundam vana	234	Gloria vana in elemosynarum largitione fugitanda	77
Filium Dei vni Petrus Christum confitebatur ad falsorum deorum distinctionem	36	Gradus consanguinitatis & affinitatis non infringendi	179
Filius Dei vt humanitatem nostram assumeret ab æterno à Patre prædestinatus	14	Gratiarum actiones Deo agendæ propter quinque erga nos beneficia	94
Filius festinus amplexibus matri occurrit, &c.	93	Grano frumeti cur se cõparet Christus	78
Filij Dei contemptus apud Iudæos	15	Granum sufficiens Christus ad refectioem totius generis humani	78
Filij Dei qui sint	185	Grani similitudo apte quadrat morti & passioni Christi	79
Filij Ecclesię abrenuntient regno mundi, carnis, &c.	85	Gratię Paulo commissę magnitudo	177
Finis ob quem Ecclesię ministros instituit Christus	130	Gratię ingentis signum quoties nuntius Dei pauper mendicus ædes diuitis petit	87
Finis electorum ac vocatorum	135	Gratię & meriti discrimen	128
Flores vitis etiam fuerunt vulnera sanguinea	118	Gratitudo Matthæi pro remissione accepta peccatorum	135
Fecunditas apud Iudæos illustris, sterilitas pro infamia	19	Gravitas maxime decet Ecclesiasticos	
Fons omnium virtutum Christus	218		
Fraternæ dilectionis præceptum	152	H æreticorum falsa interpretatio de Sacramento corporis & sanguinis Christi	7
Fratrum mutua dilectio præstat in aduersis solatium maximum	189	Hæretici adulteri & Christianorum albo indigni	128
Fructus libidinis, luxus & saltationes	114		
Fructus Marię, fructus vitę	50		

54

Hære-

I N D E X

Hæretici quare errent	191	buerat Maria, hominibus quoque exhibere curauit	48
Hæresiarchæ non excusabuntur, per quos ordo ecclesiasticus inuertitur	150	Humilitas, candor, & innocentia cõmendantur	146
Hæretes & schismata vnde	182	I Anua modò patens omnibus, in die iudicij clausa erit	234
Herodias crudelis mater in filiam	112	Idẽ corpus in Sacrament. cõficitur, &c.	8
Herodis vulpinum figmentum	108	Iesus iuxta humanitatem seruus Domini in Israel	16
Herodes paternæ malitiæ imitator	106	Iesus Christus aprissima similitudine se vitam dicit	116
Herodes Antipa Ioannem coniecit in vincula	105	Iesus Christus sol oriens	26
Herodes quid interpreteretur	ibid.	Ignorãtia Apostolorũ de regno Christi	68
Herodes & Pharaõ patris impietatis fuere	110	Ignorantia Apostolorum arguitur, nõ temeritas	70
Hebræorum mos in genealogiis contextendis	226	Ignorãtia exitus ab hac vita nobis utilis	236
Hominum minister Deus	152	Imbecilles robore donandos, humiles exaltandos, &c. a filio suo vaucinatur Maria	53
Homines miserrimi aliorum curam ambiunt	162	Impedimenta sermonis euangelici	169
Homini Christiani dignitas	186	Imperfectio discipulorum non parum nobis profuit	98
Homini cuilibet angelus concessus	156	Impij non semper vitandi	138
Homines omnes serui erant, quia peccatores	185	Impij ex verbis & factis cognoscuntur	104
Honestas & coniugij castitas suam apud Deum habent meritum 20. & fidei sinceritas suam mercedem	ibid.	Impij duplices & iniusti qui sint	103
Honos ambitiosus mentes titillauit Apostolicas	69	Impedimentum omne negotij Euangelici abiiciendum	168
Honor non leuis est quẽ Deus dabit suis ministris	82	In afflictionibus ad precationem confugiendum	31
Honorem summum pro quo detulerit Pater Christo	217	In quem finem Pater cælestis nos per Filium suum assèruerit	67
Horam vltimam nos ignorare voluit vt semper suspecta sit	223	In sacra scriptura sæpè res vna diuersa habet significata	91
Hospitalitas nobis in Martha commendatur	86	In contemplatiua vita mater Iesu superauit Marthæ sororem Mariam	92
Hospitalitas & pauperum cura quando Deo grata	89	In quæ mala per primi hominis lapsus incidimus	124
Hospitalitatis virtus ad omnes Christianos pertinet	88	In summo gradu dilexit nos Deus	183
Hospitalitatis fructus quadruplex	88	Incarnatio Christi saltus dicitur	43
Hospites quales querere debeant viri Ecclesiastici	171	Incensuum charitatis mutua est vener. Sacramentum	9
Hospitalitatis cõsuetudo pedes abluere	63	Inclementia quorundam mulierum in pauperes	56
Hospitalitatem exercuit Maria longe perfectius Martha	91	Indicia quibus dilectores Dei comprehendi queant	174
Hospites iusti & timentes Deum ad conuiuia vocandi	58	Indoles & proprietates Ecclesiæ regni Christi	84
Humanitatis vsus alios salutare	170	Indignatio reliquorum Apostolorũ contra duos fratres	73
Humilitas discipulos Christi cõmẽdat	74	Inestabilis Christi charitas	142
Humilitatis exemplum seipsum proponit Dominus	74	Infirmetas Apostolorum nobis proponitur	145
Humilitatis exemplum sese præbuit discipulis suis	101	Infirmetati humanæ Christus dempto peccato	
Humilitatem eandem quam angelo exhiberat Maria, hominibus quoque exhibere curauit			

A L P H A B E T I C V S.

peccato obnoxius	123	Laboribus ac sumptibus non parcendum in excepiendis pauperibus	87
Inhumanitas mulierũ quarundam in domesticos	56	Lachrymis conscientia mundatur, &c.	61
Inimicitiarum consuetudo	190	Lampades externa confessio & opera externa	229
Innocentia & simplicitas puerorum imitanda	147	Lapides viui spiritualis structurę sunt Christi fideles	39
Innocentia paruulorum, & nõ vita regnũ cælorum acquiritur	147	Lapides veri, sed tamen mortui in ecclesia qui sint	40
Insignia regni Christi spiritualia	70	Largitas non tam in quantitate consistit, quàm animo	76
Insigne humiliationis indicium	125	Lapidis angelorum causa	156
Insidiatores & aduersarij nostri qui Institutionis vener. Sacramenti causa	179	Laudem meretur magnam, qui Euangeliũ suo sumptu denuntiat	169
Institutionis festi S. Petri ad vincula ratio	75	Lectiones euangelicas multi audiunt, sed à peccatis non resipiscunt	108
Interrogationis Christi ratio	35	Legis paternæ Christus obseruantissimus	217
Inter omnia miracula Christi quid maxime prædicetur	211	Lex non ad iustificationem, sed ad peccati ostensionem data	185
Inuidia Apostolorum	144	Liberalitas Domini erga nos quàm magna sit	222
Inuidiã comitẽ habet ambitionis vitium	144	Liberalitas diuina, in duplum restituere ablata	24
Iohannes quid interpreteretur	22	Liberalitas in familiam	56
Iohannes agnouit saluatorem priusquam aspexit cælum, &c.	49	Liberum arbitrium in rebus diuinis non valet sine Dei gratia	99
Iohannes præcurfor Messia, &c.	26	Libri saltum titulum verbi Dei præ se ferentes, quantum officiant	166
Iohannes ab vtero vocatus & nominatus	14	Litera scripturæ ore prolata non saluat, &c.	167
Iohannes Apost. etiam calicem Domini bibit	72	Locus & tempus nonnunquam culpã aggrauant	29
Iohannes in lege natus secundum legem circumciditur	21	Loca reliquiarũ diuorũ piẽ visitetur	205
Iohannes inter vetus & nouum testamentum venit	20	Longanimitas & patientia Domini nobis commendatur	222
Iræ paternæ mitigator Christus	217	Lucerna lumborumque præcinctio quid significant	220
Iter ad regnum Christi ostenditur	71	Lucrum duplex facit, qui largus est in pauperes	77
Iudas Machabæus obtulit pro mortuis millia drachmas	213	Lucretus præcipuus Prophetis proprius	149
Iudiciũ Dei aliud ab hominũ iudicio	172	Lugentes qui	198
Iudicium humanum in rebus diuinis sæpe mancum & cæcum	89	Lux Gentium Iesus a Deo datus	16
Iudicij mortisque hora ex signis non fit certa	224	Luxuria non petulantes solum, sed etiam homicidas facit	114
Iuramentũ incautũ licet rescindere	113	M Agistratus politici ordinẽ nõ reicit Christus, sed confirmat	101
Iuramentũ tres debet habere comites	111	Magistratus longẽ absint ab Herodis exemplo	109
Iusti mundi huius	139	Magnificum esse quid	135
Iustitia pax est, sicut inimicitia peccatum cum Deo	63	Mali timet bonos, vt Nero Senecã, &c.	108
Iustitia virtus reddens vniciq; quod suũ est	203	Malis mala placent	110
Iustificatio vnde & quo ordine fiat	140	Malitia non potuit vincere Dei sapientiam	
Iustificationis gradus quadruplices	176		
Iustificationis veræ indicia quatuor	135		
L abor & dolor regni Christi principium	71		

I N D E X

tiam 225. nec potest superare Dei sapientiam innitentes	ibid.	Misericordia victimæ longè præfertur	139
Malorum omnium propulsor Christus	178	Misericordia spiritualis & corporalis	138
Malum minus permittitur ad maius malum evitandum	59	Misericordia S. martyribus maximè conuenit	200
Manna pani vitæ non comparandum	12	Misericordiam Dei commendat Maria	51
Maria exaltata super omnes choros angelorum	93	Misericors Deus post longam expectationem populum suum visitauit	24
Maria quàm sollicita, & quantum turbata fuerit	92	Misericordes qui sint	200
Maria quot rationibus benedicta	49	Missionis & designationis causa	164
Maria non absurdè vitis fructificans dici potest	121	Mysterium historiarum mulieris peccatricis.	64
Maria castellum est quod Iesus intrauit	91	Mysticè Euangelica lectio non inconuenienter de B. Virgine interpretari potest	91
Maria prophetat de misericordia Domini	52	Mites qui sint	198
Mariam sese semper ad pedes Iesu composuisse, sacra testantur Euang.	89	Mixtas Patriarchis conuenit	ibid.
Martha hospita Domini	87	Modestia Christi in concionando	197
Martha confitetur suffragia fidelium etiam mortuis esse salutaria	207	Modestiam Paulinæ excellentia	157
Marthæ confessio 210. & quid nos doceat ibidem		Modo eodem prædicat Apostolus suscepturos regnum quo & ipse, &c.	102
Martyrem facit non pœna, sed causa	72	Modus quo verbi Dei auscultatio dilectionis officio præferenda sit, &c.	89
Mater pulchræ dilectionis Christus timoris, &c.	118	Modus quo resurrectio spiritualis & vita hominibus contingant	209
Matthæus cur Leui dictus	132	Modus verus laudandi Deum & exultandi ex Maria petendus	51
Matthæus quam ob causam se peccatorem dixerit	132	Mora & aduentus Christi ad iudicium dilatio	229
Matthæi obedientia	134	Mora nulla in discendo, vbi sanctus doctor est	50
Medicus, morbi, ægroti, & validi qui sint.	137	Mors tamen omnium terribilium terribilissima, non tamen illis qui cælestem philosophum audierunt	32
Melius est cum sanctis pati, quàm cum impiis gaudere	189	Mors Christi iustificatio nostra	178
Membrorum viuorum Ecclesiæ nota	84	Mors Christianorum quæ sit	211
Mentis firmitate Christo adhaerendum	179	Mors naturæ, culpæ & gratiæ	124
Merita aliena aut suffragia in die extremo, nemini proderunt	232	Mors fidelium transitus est ex hac vita in aliam multò præstantiorem	210
Messias & præcursor mutua inter sese celebrant gaudia	49	Morte iudicioque nihil certius, hora verò nihil incertius	223
Messis duplex	164	Mortis iudicioque incertitudo ostenditur.	227
Messis, sata, & spicæ quæ	164	Mortuos suos Christiani moderatè lugere debent	208
Messis metaphora	164	Mortuis humanitatis beneficia exhibere	115
Ministrum oportet sequi magistrum	82	Mortuus & sepultus Christus, multo cum scenore resurrexit, &c.	78
Ministris Ecclesiæ debetur victus, &c.	173	Moses plus effecit orando, quàm Iosue pugnando	31
Ministeriorum Ecclesiæ gradus varij & inæquales	129	Mulier otiosa, mollis, lasciua, morte est amarior	55
Ministeria Ecclesiæ publica à quo instituta, & vnde	128	Mulier praua, diabolo peior	107
Ministorum Ecclesiæ Dei æqualis potestas, non omnibus concessa	129		
Miracula Dei & piorum facta, &c. diuulganda	23		

Mulierie

A L P H A B E T I C V S.

Mulieris probæ officia	55	sunt, sed &c.	84
Mulieres otiosæ & negligentes	55	Nulla amicitia gloriosior, utilior, constantior, quàm Dei	184
Mulieres duo præsertim appetunt, honorari & diligi	107	Nulla alia re lucratur Christus, quàm verè Christianis benefaciendo	149
Mundus docet odiendos esse fideles, &c.	189	Nullus hominum perfectius vidit & gustauit quàm suavis est Dñs supra Mariam	92
Mundus prius Christum odio habuit, quàm nos	189	Nuptiæ olim noctu peragi solebant	220
Mundi corde qui dicantur	29	Nuptiæ Christi quæ sint 220. & qui serui domini, ibid. & reditus dñi à nuptiis, ibi.	
Munificentia in pauperes	56	Nuptiarum cælestium consortium quibus continget	233
Munus nostrum pro cellatis beneficiis quod esse debeat	67	O ccasio erroris quorundam ex Christi verbis erronea	100
N atio non est alia quæ habeat clauis regni cælorum, sicut Christiana	41	Oculus commiserationis Christi Mattheus vocatus	134
Nauitas Iohannis miraculis plena	23	Offendiculum ratione quadruplici est graue peccatum	150
Natiuitatis Iohannis modus	20	Officium angelorum quadruplex	154
Natiuitatis Christi gaudium & voluptas, vnde	23	Oleum fides & charitas	229
Natura Phariseorum arrogans & superciliosa	58	Olei venditores qui sint	233
Natura & consuetudo mundi	136	Obuia arbor corroboratiua & exhilaratiua	85
Natura nostra in malum ruit, nisi crebrò exerceatur	151	Omnia ad salutem necessaria nobis Christus manifestauit	186
Naturæ humanæ ingenium quàm prauum sit	208	Omne malum scientia Dei & præscientia indignum	175
Necessaria Christi cognitio ad salutem	36	Onus magnum iniurias ferre	167
Negotium verbi Dei festinatè peragendum	170	Opera in futur. iudicio examinabuntur	32
Neminem pudere debet & pigere, proprio ministerio pauperibus inservire	88	Opera absque intentione recta & charitate ingrata	229
Nemo præter Deum à tyrannide satanæ nos expedire potuit	113	Operarij prædicatores sunt	165
Nemo solis suis viribus Christum Dei filium cognoscere aut cõfiteri potest	210	Operarij omnes non sunt qui prædicatores & sacerdotes	165
Nemo prior Christum dilexit	184	Operarij fidelis sit	165
Nihil naturæ & mudo tam impossibile, quod non Deo longè sit facillimum	20	Opiniones de Christo ac Messia variæ	35
Nobis quid faciendum, si cum Ecclesiæ tantis Christi fructibus participare cupimus	45	Opinio sapientium huius seculi varia de vera beatitudine	196
Nox totum mundum occupat	221	Oppidulum quod intrauit Iesus Bethania erat	87
Nomen filij Dei longè ante cõceptionem præordinatum	14	Orationes nostras sancti cognoscunt	206
Nomen & vitæ conditio Christi nati, &c.	126	Orationes mortuis profunt	214
Non satis est mundatum esse semel, nisi & acceptam munditiam tueamur	200	Orationibus Ecclesiæ qui defuncti subleuentur	207
Non mortis supplicium, sed causa mortis discernit pios ab impiis	107	Ordo disciplinæ vt mulier pauca loquatur &c.	24
Non itur ad Deum pedibus, sed animo	119	Ordinum Ecclesiæ præcipuus institutor Christus	131
Non ob mysteriorum naturam ad iudicium sumitur, &c.	3	Ordinatione diuina maritus fidei uxori ex animo cõdit	55
Notus omnibus esse voluit, qui venit saluandis omnibus	163	Ordinum omnium in hoc mundo mera est confusio	101
Notus his carentes in Ecclesia, verè non			

Ordo

I N D E X

Ordo iustificationis depingitur	176	res	64
Ordines duos in mundo constituit Deus		Per Sacramentum Christo incorporamur	
Pater	74	9. & corpus Christi mysticum effici-	
Oris custodia	56	mur	ibidem
Ornamentum suum muliebri præcipuum		Pericula verorum Christianorum prædi-	
in obsequium Christi obtulit Mat.	61	cuntur	168
Orrus Christi ex patriarchis, sacerdotibus,		Persecutionem pati propter iustitiã om-	
&c.	125	nibus electis debet esse commune	102
Os Iohannis Bapt. quasi gladius acutus	15	Petrus pater fidei in Ecclesia, &c.	38
P acem bonam consequentia	171	Petrus Iudzis leo in via, & spina in ocu-	
Pacifici qui	201	lis	28
Pacificandi qui sint	101	Petri præcinctura & calceatio quid præcē-	
Palma in cacumine fructus fert dulcissi-		debat	32
mos	85	Pij nunquã putant se satis esse iustos	199
Panẽ esurienti frangere ieiunium est	139	Pij in afflictionibus quomodo se gerere	
Paruulorum offensio calamitatũ nostrarum		debeant	30
causa	150	Pij qui vere sint simplices & recti	103
Parentum vitium commune quale	69	Piorum fructus in in æternum præmiabi-	
Parce dans parcam mercedem recepturus		tur	188
est	76	Piorum & impiorum vita	104
Parentes duo debent suis filiis	112	Platanus arbor latẽ ramos extēdes, &c.	85
Partes Episcoporum & Ecclesiæ prælato-		Plus palearum habet Ecclesia quã tritici	
rum quæ sint	97	165	
Pars Marthæ ablata est Mariz	92	Pœnæ indignè communicantium	4
Pastoris est vt bonis operib⁹ diues fiat	188	Pœnitentia in vltimum finem non protra-	
Passionem suam cur poculum & baptis-		henda	235
ma vocet Christus	71	Pœnitentia ob neminem erubescenda	59
Passio Christi & suorum martyrum vnus		Pœnitentia sera, rarò vera	235
calix & vna passio	72	Pœnitentia semper fuit necessaria ad iu-	
Pastori Ecclesiastico necessarium vt sciat		stificationem	21
quæ officij sui sunt	161	Pœna in non desentes senio	48
Patientia Christi erga reliquos Apostolos		Pœnitentiæ primus gradus Pauli peccata	
73		sua confitentis	132
Patientia Christi erga suos discipulos	99	Post peccatorum remissionem adiecit &	
Patientia Christi erga duos fratres	71	operationem boni	63
Pauperibus quantum & qua mensura sit		Potentiam Dei Maria commendat	52
distribuendum	76	Potestas clauium solis sacerdotibus con-	
Pauperes spiritu qui	203	cessa	42
Paupertas spiritus beatis Angelis propria		Potentia suã Deus re ipsa declarauit	52
198		Pharisorum obstinata malitia	137
Paupertas spiritus quid sit	197	Præmij magnitudo ad quid excitare nos	
Paulus magister & prædicator gētiũ	157	debeat	222
Pax ab angelis in terris conseruatur	154	Praua consuetudo apud Corinthios Eccle-	
Pax vera quæ sit	201	sias passim dehonestare conuiuiis	4
Peccati & diaboli seruus quid nesciat	185	Prædestinatio in Deo solo est occulta	176
Peccatricis pietas vicit Pharisei iustitiã	63	Præmium succinctorũ & vigilantũ	221
Peccatum seruos nos omnes fecit	185	Prædicatione verbi Domino corda præpa-	
Peccatum in spiritum S. à nobis caucri		rantur	164
debet	109	Præsumptio duorũ Apostolorum nota-	
Peccatores quos vocet Christus	140	tur	71
Peccatores quum conspicimus, quid face-		Præmia piorum & impiorum	104
re debeamus	62	Præmium quod in nostra benedictione	
Pedes Christi sunt Euangelij concionato-		promittitur	95

A L P H A B E T I C V S.

Præmia quomodo pollicetur Deus	71	Qui in Ecclesia Christi sint	39
Principes Christiani quo propius accedunt		Quibus armis & insigniis Christi regnum	
ad tyrannidem, quid exigant à suis	100	constet	14
Principes mundani & Ecclesiæ principes		Quibus animabus viuentũ suffragia pro-	
quare creentur	100	sint	216
Probatio nostri in quibus consistat	5	Quicquid cum verbo Dei pugnat, abomi-	
Promissio de clauibus	40	natio est coram Deo	90
Proximũ diligere iubemur sicut nos Chri-		Quid fateri debeant qui vitam æternam	
stus dilexit	183	consequi, & æternam mortem evitare	
Propter hominem vnũ iniuste læsum		volunt	109
Deus aliquando multos perdidit	149	Quid dilectus pro donis suis ab Ecclesia	
Prosapia Christi ex qua processit	124	postulet	45
Pro matre Augustini sacrificium pretij no-		Quo quisque maior, hoc minus sibi vin-	
stri oblatum	214	dicare debet violentiæ, &c.	105
Progenies Iohannis Bapt. illustris	19	Quo animo & intentione sint dandæ ele-	
Prosapia ac parentum Christi excellentia		emosynæ	76
& submissio	125	Quod Christo est proprium, per commu-	
Proles persæpè sollicitant & subornat par-		nicationem & participationem sit Petro	
tes ad illicita & noxia consequenda	70	commune	39
Prophetæ, Euangelistæ, & Doctores qui		Quomodo Eucharistia indignè & ad iu-	
128		dicium sumitur	3
Prophetia Euangelij consummatio	141	Quor Maria in se habuit oblectamenta,	
Promissionibus duabus inuitat nos Chri-		tot de se inuenit holocausta	61
stus ad se sequendum	82	Quotidie propter Christum quomodo	
Promissio Christi consolatoria aduersus		mors nobis subeunda	179
futuras calamitates	102	R atio cur laudandus Deus	94
Publicani genus hominum infame & ra-		Rebus illis & membris placidus est	
pax	131	Deus, quibus offensus est	60
Publicanorũ officij & diuitiæ quales	131	Redemptio & salus post iudiciũ nulla	236
Pueri à patris & cognatis adducēdi sunt		Redemptionem accepimus per sanguinẽ	
ad baptismum &c.	22	Christi	97
Pueros qui fouerit & in timore Dei edu-		Reges & principes Christus suo iugo sub-	
cauerit, is Christum recipit	148	didit	16
Puillus offendiculum ponentibus commi-		Reges Iohannem venerati sunt	16
natur Christus	148	Regnum Christi quibus paratum sit	73
Q uandiu erunt Petri & Iacobi, tãdiu		Regnum Christi cur cornu vocetur	24
& Herodes erunt	30	Regnum sapientiæ æternæ Ecclesia	84
Quadruplicem culpam arguit temere ac-		Regnum ab origine mundi promissum, in	
cedentium	3	Christo auspiciatum fuit	24
Quadruplex vsus ex discipulorum imbe-		Regnum Christi vbi inchoatum	ibid.
cillitate nobis capiendus	99	Regnum cælorũ quare Apostolis datũ	73
Quatuor peccatricis obsequia in Christũ		Regnum Christi non iniuo, sed perseue-	
60		rantia exquiritur	102
Qua sorte aut fortuna pij & Christiani à		Regnum Christi eminentius, suauius, &c.	
mundo excipiantur, &c.	28	mundi regnis, declaratur	85
Quæ bona habeant diligentes Deum cũ		Regnum Christi cornu salutis	25
seruitute	177	Regnum Christi quale sit, & in quo confi-	
Quales nos Christus fecerit, tales nos ex-		stat	ibidem
hibeamus	67	Regni Christi insignia	25
Quare Dominus Petrum cõprehendi per-		Religio præpostera Herodis	113
missit	31	Religiosus voluntariam professus pauper-	
Querimonia Marthæ, fideique infirmitas		tatem, verus pauper spiritu	203
206		Remissio peccatorum ex visceribus mis-	
		ericord.	

I N D E X

ricordie Dei	26	Satanæ potestas in impios à Deo data	195
Requisita ad bonum operarium	165	Scabies mala comode amat scalpentē	191
Res parui momenti non est, quando Christi colæ sese mutuò salutant	48	Scalam ad beatitudinem æternam nobis erexit Christus	197
Refectio corporis externa non præcipitur, sed interna	151	Scandala pios reddunt perspicaciores	151
Refectio Ecclesiastica	152	Schismaticorum mos in angustiis	31
Resurrectio generalis diuersimodè fiet	232	Scripturæ tractantes de calice	6
Resurrectionis nostræ vitæque auctor Christus	209	Sedes Petri firmiter virtute Christi fundata	41
Rigorem corporeum aliquando laxare licitum est	32	Seminis serpentis caput contrituri delinatio	123
Rosa flos miræ pulchritudinis & suauissimi odoris	85	Sermo Christi consolatorius omnibus mortem horrentibus	211
Sacerdotalis officij encomion.	216	Sermones nostri sint theologici & ædificatorij	34
Sacerdotibus vet. Testa. gladiis uti licebat.	170	Seruator vult nos sui esse imitatores	80
Sacramentum cur cœna appelletur.	2	Seruitutis lex iugum augebat, ardua exigebat, &c.	185
Sacramenti altaris materia & forma	7	Seruorum & amicorum distinctio	185
Sacramentum altaris nõ est ratione & sensu perlustrandum, &c.	2	Seruorum Dei est vigilare & ipsum expectare	221
Sacrificium quid includat	138	Seueritas Dei magna post iudicium in misericordia eius abutentes	234
Sacrificium triplex	212	Sicut per aquam & spiritum, ita per lachrymas & confessionem denuò mundamur.	63
Salutis nostræ auctor Christus	187	Simile accommodum	123
Salutis nostræ principium vnde aut ex quo pendeat	187	Simile pulchrum	101
Salus nostra in Dei electione est sita	181	Similitudo aptissima	76
Salutatio euangelica & Apostolica	171	Similitudo aptissima à viatoribus nocturnis desumpta	219
Samaritanus Iesus Christus nostra etiam obligauit vulnera	66	Similitudo apta ex Augustino	59
Sancti non sunt illi qui foris speciosi sunt, aut qui ab hæreticis celebrantur, &c.	202	Similitudine ostendit Christus quod propter peccatores venerit	62
Sancti prædecessores nostri	214	Simoni imponitur nomen Petrus	38
Sancti veri qui sint	203	Sine verbo Dei omnia sunt tenebræ, &c.	50
Sancti sunt colendi	205	Sine charitate bona reliqua non profunt	192
Sancti inuocandi à Christianis duabus de causis	205	Sol iustitiæ Christus, in quem finem nobis cælitus exortus	26
Sancta coinquinari non possunt, nisi vitiorum contagionem participant	62	Sollicitudo omnibus Christianis interdicitur	168
Sanctos orare debemus, quia orant pro nobis	205	Sors piorum & omnium Christum confitentium in hoc mundo	30
Sanctitas sita est in fide per dilectionem efficaci	140	Speâculum diabolicum, & satanæ, conuiuium Herodis	113
Sapientia diuina innuit se nõ alibi regnare, quàm in Ecclesia	83	Spes resurrectionis patribus animum addidit	212
Sapientia Dei in variis effectibus multiformis demonstratur	159	Spes salutis, & quamdiu Dominus differt aduentum suum	223
Sapientia ipsa quid sit & possit	116	Spiritu S. adiuuante, nemo potest imbecillitatem nostram damnare	178
Sapientie æternæ discipuli qui sint	121		
Sapientiam patris Christum diligere debemus	226		
Satan illa nobis concitat, vt à Deo deficiamus	180		

Spiritus

A L P H A B E T I C V S.

Spiritus S. primus fructus oratio	188	tat vnus dictionis conduplicatio	150
Spiritualiter communicare quid sit	13	Verba Christi quid nos doceant	209
Spiritualia omnium maxime petenda	167	Verbo Dei carere magnum malum & durum	166
Spõsus longanimis super spõsam suã	230	Verba Marthæ quid nos doceant	206
Sponfus dilectus vnde venerit, & cur venerit	43	Verè sancti & Christiani qui	195
Sponfus Christus	229	Verbo Dei possunt homines destitui tripliciter	166
Spontaneus nos elegit Deus ex sola bonitate	95	Verbum Domini & eius promissiones nõ possunt mentiri	20
Sponfus dilectus Deus & homo esse ostenditur	44	Verbi Dei auditus in Maria sorore Marthæ nobis commendatur	88
Sponse suæ dilectus hodie etiam presentissimus, & colloquitur, &c.	45	Veritatem corporis Christi negantiũ doctrina falsa comprobatur	8
Structura tanto digna fundamento, & templum tanto dignũ inhabitatore simus	67	Veritas Dei seu fides in promissis à Maria commendatur	56
Studium Christi præcipuum	62	Verecundia principium penitentie	60
Stultitia & securitas adulatoribus fidetium reprehenditur	233	Verbi Dei mysteria quibus tractare liceat	162
Succensus regni Christi	84	Verba & opera piorum vtilia	104
Suffragia nulla cælum penetrant, nisi per Christum	212	Verba & opera impiorum inutilia, noxia, &c.	104
Sumptio Sacramenti duplex	10	Via diuersa incedendum in his quæ salutis sunt	147
Sumptio spiritualis semper sacramentali includitur	10	Viatores spirituales sumus & nocturni.	219
Sumptio sacramentalis non est negligenda	11	Viliter occisus, pretiose gestatur	113
Super Petrum petram factum firmissimã superstruenda promittitur Ecclesia	38	Mors sanctorum preciosa	ibid.
Synagoga preterata est pro mortuis	207	Vinculorum Iohannis causa, adulterij detestatio	106
Terræ sollicitudo maxime sacerdotibus inhibita	169	Vinum vitis quando expressum sit	118
Testimonium ingens fidei & charitatis in peccatrice	60	Vinum nostra vitis protulit suauissimum, &c.	118
Thesaurũ qui in publico portat, ipso priuari desiderat	47	Vinum suum omnibus vitis vera offert	119
Thesaurum inuenit qui mulierem bonam & fortem nactus est	55	Virga viris Euangelicis concessa	170
Tituli insignes saluatoris Iesu	142	Vir & mulier sibi mutuò consentire debent	21
Tituli Christi insignes	193	Virgines sacras pax concernit	201
Tormenta grauissima ob confessionẽ nominis Iesu martyribus illata	191	Virga duplex	170
Tres Herodes scriptura S. commemorat, vt pares nominis, ita & criminis	28	Virtus vnus membri corporis Ecclesie communicatur aliis membris	204
Tributum fidei exigit Christus à discipulis	35	Virgines docentur verecundiam & honestatem	47
Trigesimi diei commemoratio à morte defuncti ab antiquis temporibus celebrata	214	Virginibus exemplum humilitatis, &c. præbet Maria	48
Tubæ vox quid cantura sit	231	Virgines prudentes veri Christiani	229
Venefices Herodis	112	fauæ adulterini & hypocritici	ibid.
Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus adest	111	Virtutes angeli vltionum Dei executores	180
Vehementiam in sacris scripturis import-		Vita piorum duabus notis deprehenditur	104
		Vita saluatoris instar sagittæ absoluta, &c.	

INDEX ALPHABETICVS.

& cætera.	15	Vnusquisque ad mutuam charitatē hor-	
Vita duplex seruat̄ vitam præsentem		tatur	148
odiendo	81	Vocatio fidelium non ex merito, sed Dei	
Vita pastoris mala non obest, si doctrina		gratia	133
sana sit	137	Vocationis nostræ admonemur	81
Vitia olim grauissima vix iam pro peccatis		Vocamur ex solius Dei gratia	133
habentur, &c.	114	Voluit Christus discipulos suos publicè	
Vita duplex malè amando præsentē per-		suam fidem profiteri	36
ditur	80	Vox vltimæ tubæ iucunda & horribilis	
Vitis nostra Christus vbi adoleuit, flores		231	
produxit suauissimos	118	Vtilitas verbi Dei & virtus	166
Vitis olim subamara erat	116	Vtilitas & summa necessitas mortis Chri-	
Vitis Christus vbi prodiisset, fructus pro-		sti allegoricè ostenditur	79
tulit dulcissimos	116	Vtilitas & fructus elemosinæ	77
Viuere propter Christum quid sit	13	Vtilitas & fructus Euangelij	141
Vniuersa propter seipsam operatus est		Vulgi communis defectus vacillare	36
Dominus	96	Vulgi dissidentia	77
Vnica nostra salus in quo sita sit	130	Vulgi ambitio	70
Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma		Vxorem propriam & legitimam Herodes	
204		repudiavit	106
Vnum hoc molitur Christus semper, vt		Zacharias & Elizabeth duplici pro-	
suz sponsæ Ecclesiæ adsit	44	missione consolati	19
Vnum summopere nobis necessariū quid		Zachariæ canticum	29
sit	89		

F I N I S.

IN FESTO VENERABILIS
SACRAMENTI, EPISTOLA.

Fratres, Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam I. Cor. II.
Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias
agens, fregit & dixit: Accipite, & manducate hoc est corpus meum quod
pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. similiter &
calicem, postquam cenauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in
meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemoratio-
nem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,
mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque mandu-
cauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corpo-
ris & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo
edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium
sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.



N hac Epistola Apostolus quatuor præser-
tim nobis commendat.

Primum est à quo & quando cena domi-
nica sit instituta, cum dicit: Dominus Iesus in
qua nocte tradebatur, accepit panem, & c. similiter &
calicem postquam cenauit, & c. Ex quibus audi-
mus dominum Iesum esse institutorem & au-
thorem huius cœnæ aut sacramenti: Iesum, inquam, Dei Filiū,
æternum Dei verbū, os & sapientiam patris, veritatē & vitam
æternam, Audimus etiam institutum illud esse in eadē nocte,
qua & in manus peccatorū & in mortē dominus Iesus trade-
batur. Hoc verò vtrumq; si verum est (vt certè est verissimum)
consequitur, merè esse diuinū, sapientissimum & serium, quod
sic institutum est. Non enim potest Deus quid instituire, quod
non sit diuinum: ipsa sapientia, quod non sapiētissimum: mor-
tis tempus, quod non sit maximè serium. At si ita res habet,
consequitur, maximi faciendum esse sacramentum hoc, non
autem contempnendum, aut pro re stulta & ioculari habēdum.

Itaque velut arrham sui amoris, corporis & sanguinis sui sa-
cramentum, miraculorum ab ipso factorum maximum, pas-
sionis suæ perenne monumentum, & promissæ per suam pas-
sionem salutis æternæ pignus, signūq; veritatis huiusce pro-
missionis, rursus de sua contristandis absentia, solatium singu-
lare saluator noster Dei filius mira benignitate reliquit. Cuius
diuinam erga suos beneuolentiam & dilectionem B. Ioannes
demirans & venerans ait: Ante diem festum Paschæ sciens Ie-
sus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem,
cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.


Cœne do-
minice in-
stitutor &
auctor do-
minus Ie-
sus, Dei fi-
lius.

Ioan. I.
I. Cor. I.
Ioan. 14.

Euchari-
stie sacra-
mentum
maximi fa-
ciendum.
Institutio-
nis vener.
Sacramēti
causa.

Ioan. 13.
Eccles. 6.

A non



Christus dominus amicus cōstans et fidelis.

non sicut is de quo per Sapientem dicitur: Est amicus socius mēse, & non permanebit in die tribulationis. Christus autem quum tanta dilectionis signa hactenus erga suos exhibuisset, in finem vsq; mortalis vitæ suæ perseuerans, tunc vel omnium maxima ostendere dignatus est, in eo videlicet, quod mortem pro ipsis adiens, dilectionis atque mortis suæ monumentum admirabile nobis hoc sacramentum instituit & donauit.

Sacramentum cur cœna appellatur.

Paucis etiam hoc loco declarare oportet, cur hoc sacramentum Cœna appelletur. Cœna certè vocatur, non solum quod in cœnâ sit institutum, sed & quod ipsummet re vera cœna sit, & hoc nomē non hodie primùm ei impositum est, sed ab ipso Paulo. Dicit enim: Conuenientibus vobis in vnum, non licet dominicam cœnam edere. 1. Corin. 11. Neque sanè in materna nostra lingua significantius appellari potest, quàm vel cœna dominica, vel sanè sacramentū. Quare nemo illa nomenclatura offendi debet, præsertim cū alia eius nomina nō contēnantur.

Cœna Dominica quid sit & quid complectatur.

2 Secundum est, quid ipsa Cœna dominica sit seu completatur, cū Paulus dicit, *Accipit Iesus panem, gratijsq; actū fregit, ac dixit: Accipite, edite: hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur. Similiter & calicem peracta cœna, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* E quibus audimus, sacram Dominici cœnam esse panem & vinum, seu panis & vini communicationem: sed huiusmodi panis, non qui significet corpus verum Christi, neque in quo sit corpus Christi, sed qui totus re vera sit verum Christi corpus. huiusmodi item vini, non quod sit symbolum duntaxat sanguinis Christi, n-q; in quo sanguis Christi sit, sed quod totum sit verus Christi sanguis. Ita nimirum, vt de panis & vini substantia nihil remaneat, nisi sola species: ita quoque, vt panis factus corpus, & vinum factum sanguis, corpus & sanguis maneat, non autē conuertatur rursus in panem & vinum.

Luc. 1. Sacramentum altaris non est ratione & sensu per-lustrandum sed fide venerandum.

Quomodo verò panis sit corpus, & vinum sanguis, nostrum non est indagare, sufficiat nobis Christi verbum, cui nihil est impossibile. Hinc canit Ecclesia: Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit, fitq; sanguis Christi merum: & si sensus deficit: ad firmandum cor syncerum sola fides sufficit. Tantum ergo sacramentum veneremur cernui: & antiquum documentum nouo cedat ritui: præstet fides supplementum sensuum defectui.

Cœna Dominica in quem finem sit instituta.

3 Tertium est, in quem finem Cœna dominica sit instituta, cū in hunc modum Paulus ait: *Hoc facite in meam cōmemorationem. Quotiescunq; enim comederitis panem hunc, & de calice biberitis, mortem Domini annuntiate, donec venerit.* Hic audimus in hūc finē sacramentum hoc Corporis & sanguinis à Christo institutum esse, vt ipsius meminerimus, hoc est, summum illum amorem, in memoria retineamus, & subinde renouemus, quo pro nobis

bis corpus suum tradiderit in mortem, & sanguinem in cruce effuderit in remissionem peccatorum nostrorum: vtque hac recordatione & ad fidem constantem, & ad charitatem ardentem inflammentur corda nostra, redamē usque sic nos amantem, iuxta monitionem B. Ioannis 1. eiusdem 4. qui sic ait: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Huc igitur respicere vnice debemus, quotiescunq; cœnam huiusmodi mysticam sumus sumpturi: Quemadmodum si quis peregrè proficiscens, pignus aliquod ei quem diligit plurimum, derelinquat, vt quotiescunq; illud viderit, possit eius beneficia & amicitias ad memoriam reuocare. Quisquis is est, si amicum talem verè dilexit, sine ingēti desiderio & fletu non poterit illud pignus contueri.

Simile.

4 Quartum deniq; est, quomodo sumenda sit hæc ipsa cœna seu Eucharistia, cū ita Apostolus infert, *Quisquis ederit panem hunc, aut biberit de calice indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* quasi illū occiderit, vt fecerūt Iudæi, qui tanti mysterij sacramentū pro vili despexerunt. *Probet itaque se homo ipse, id est, mundet, vt non nisi tera ac nitida conscientia ad diuina mysteria accedat: & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Neminem, inquit, tibi iudicem proposuerim, præter teipsum. Tu itaque conscientia examinata discussaq; adito ea mysteria, non festis modo diebus, sed omni tempore, quum purum te & dignum compereris. Naga si in vas sordidum nemo audeat illū mittere, quanto magis in cor pollutum? Accedentes ergo sanctos esse oportet, quoniam ipse sanctus est.

Eucharistia quomodo sumenda.

Leuit. 19. & 20. 1. Pet. 3.

Nam qui edit aut bibit indignè, iudicium sibi ipse edit et bibit, nō diu dicans corpus Domini. Non ob mysteriorū naturam, quippe quæ vitam in se habent & largiuntur, sed ob mysteria adeuntium indignitatem, quibus nō aliter illa nocent, quàm sol oculorum valeudine laborantibus solet obiectus officere. Ideo verò iudicium sibi manducat & bibit, quia non diiudicat corpus Domini, id est, quia prius nihil disquirat vel internoscit præsentis mysterij magnitudinem.

Non ob mysteriorum naturam indignè & ad iudiciū sumitur, sed ob indignitatem tam

Quoties in Corinthijs peccata reprehēdit Apostolus, propter quæ indignè ad Dominicā mensam accedebant. Primum, quod essent inter se contentiosi, quia scissuræ propter cōtrarias de religione sententias opiniones & hæreses erant inter illos. vnde dicit: *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo: Nā oportet & hæreses esse, &c.* Non quod hæreses Deo placeant, sed quod per eas fideles exerceantur: vt qui Deo noti sunt, etiā hominibus manifestentur. Vnde enim gubernator laudabitur, si nauis in portu vel in tranquillo consistat? vt qui probati sunt, inquit, siue doctores in resistendo, siue populares fideles in permanendo, manifesti fiant in vobis.

tatem tam sacræ vitæ mysteria adeuntium. Arguit quadruplè cœ culpam temerè accedentium.

Secundo reprehendit, quod cibum corporalem in Ecclesia sumebant. Vnde dicit: *An Ecclesiam Dei contemnitis*, facientes eam richinum epularum? Præmiserat: *Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum?* Et tunc subdit: *Aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Inualuerat enim apud Corinthios praua consuetudo, Ecclesias passim dehonestare conuiujs.

Praua consuetudo apud Corinthios ecclesias passim dehonestare conuiujs.

Tertiò, quòd ante communionem corporis Christi corporalem cibum sumebant: vnde dicit. *Conueniētibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare: vnusquisque enim cœnam suam præsumit ad manducandum.* Vt enim Sedulius, ante Dominicam oblationem vescebantur communibus cibis, quam cœnam noctibus adoriebantur. quumq; diuites ebrij ad Eucharistiam venirent, vexabantur inopes fame. Et ideo, *vnus quidem, inquit, esurit, alius autem ebrius est. Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.*

Dominica cœna non est, vt i pauper cõtemnitur.

Quartò, quòd nihil pauperibus erogabant. Vnde ait, *Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare.* Conuentus & cõgregatio præfert charitatem. Cœnam autem Dominicam, vnanimem Domini corporis & sanguinis conuictum appellat, ad illius venerandæ Dominicæ imitationem, quam ipse cum discipulis egit. Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. 1. Corinth. 10. Sed vos, inquit, retenta, id est, Dominicæ cœnæ imitatione priuati estis. Nam per hoc quod vnusquisque cœnam suam priuatam præsumit ad manducandum, Dominicam cœnam fecistis priuatam. Quamdiu autem erat communis, Domini cœna dicebatur. Sunt enim & seruis dominorum bona communia. Et quia vestrum singuli præueniendo propriam cœnam edunt, nullius pensi pauperes habentes, sedastis profectò hâc cœnâ. Quibus Apostoli verbis facilè intelligitur illud tunc erroris fuisse apud Corinthios, vt multum panis & vini in Christi corpus & sanguinem sacerdotali consecratione conuertendum, ad suos priuatos vsus in ecclesiam diuites afferrent, vnde detestabili sacrilegio crapularètur opulenti, pauperibus interim fame cruciatis. Quos melius fuisset domi priuata ac prophana conuiuia celebrasse, quàm pauperibus præsentibus comparticipationem renuere. *Ecclesiam, inquit, Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent.* Ideo et pœnam adiungit, dicens, *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.* Quasi dicat: Argumento sint ea mala quæ vobis contingunt. Eo namque et morres iam immaturæ, et diuturni morbi oboriuntur, quia mysterium hoc indignè sumunt multi. Et licet nonnulli vsque ad ipsam mortem inoffensam seruent valetudinem, non tamen propter hoc Christi sacramento non esse obnoxios satis probatur, quia non modò præsentia hæc

Error & abusus fœdus apud Corinthios

Indignè cõmunicantium pœna.

hæc tormenta, sed etiam futura & grauiora hos manent, qui indignè mysterium illud adierūt. Et qui præsentia mala occulto, sed iusto Dei iudicio euadunt, incedent in futura: quibus tunc horrendum erit incidere in manus Dei viuentis, Heb. 10.

Docemur ergo hîc, dignè nos sacramentum hoc sumere oportere. Nam indignè sumentes adeò nihil fructus indè consequentur, vt & rei sint (sicut præmissum est) futuri traditi corporis & effusi sanguinis Christi. vt autem dignè sumamus, nosipos probemus oportet. Hæc verò nostri probatio in hoc consistit, Primo vt agnoscamus & detestemur peccata nostra, nosque indignos vt intret sub tectum nostrum, cum Centurione iudicemus. Secundo, vt reuerenter de mysterio hoc sentiamus arque in corporis sanguinisque Christi pretium omnem salutem nostram collocemus. Tertio, vt ex animo redamemus nos tantopere amantem, illiusque beneficia laudibus iugiter celebremus. Quarto, vt proximos nostros (vt pote per Christum factos fratres nostros & sorores, adeò que continembra nostra) Christi exemplo diligamus, non solum vt verbis & bonis nostris illos iuueamus, verum etiam vt animas nostras ponamus pro ipsis. 1. Ioan. 3. Qui ita sese probat, is bene seipsum probat, & dignè sumit.

Cœnâ dominicâ indignè sumentes rei sunt traditi corporis & effusi sanguinis Christi.
Matth. 8. Probatio nostri in quibus cõsistit.

Causa autem cur lectio hodierna, quæ cœnam dominicam complectitur, hodie proponatur, hinc nimirum est, quòd Ecclesia nunc præsertim solennem eiusdem cœnæ dominicæ agat memoriam. Si verò quis scire cupiat, cur iam potissimum eius memoria agatur, cum tamen non post Pentecosten, sed ante passionem Christi ea instituta sit: is sciat, id ob id fieri, quòd apostoli circa hoc tempus, nempe post Pêterosten & accertum spiritum sanctum, hoc sacrosanctum mysterium cum primis frequentare & exercere cœperint. Nam sic Act. 2. legimus: Erant (credentes) perseuerantes in doctrina apostolorum & communicatione & fractione panis, & precationibus. Quum itaq; Dominus cœnam hanc instituerit, velitque eam sumi à nobis, eamq; apostoli frequēti vsu exercuerint: reueremur eam & nos, & sumamus, & dignè sumamus, vt vitam habeamus æternam, Ioan. 6.

Commemorationis cœnæ dominicæ in hoc tempore causa.

EPILOGVS.

I Cœnâ dominicam Apostolus ad memoriam reuocat, ne vnaquæ Christi dilectio in morte nobis exhibita, memoria excidat. Hæc enim representat passionē Christi, sed neq; representat sacramentum significatiuè, sed & exhibet re vera ipsum quæ representat. Representatio est cõmemoratio passionis sanctæ, & gratiarum actio, & vocatur Eucharistia. Representatio est communicatio, qua fideles corpus & sanguinē Christi re vera sine omni ænigmate sumunt: & vocatur synaxis. Virumq; est salus si neutram negligatur. Cupit Augustinus nos, si nō quotidie, saltem dominicis diebus & festiuis cõmunicare omnes. Idem dicit eos indignè semel in anno aut rarius

Hem. 18. de verbis domini secundum Luc.

accedere qui non ita se gerunt, vt quotidie mereantur accipere.
 2 Corpus Christi verum & verus eius sanguis in Eucharistia sacramento in ligno non debet sumi. Indigni sunt, qui transubstantiationem non credunt, qui Berengarianam heresim excitant. Indigni sunt, in quibus peccatum adhuc feruet, qui sacramenti penitentiae medicina, contritione, confessione, & satisfactione sibi mederi aut supersedent, aut contemnunt. Hos omnes, reos dicit corporis & sanguinis Domini. In eos quadrat hoc Apostoli. Denuo sibi filium Dei crucifigentes, et illud, Flens dico, inimicos crucis Christi.

3 Preparatio exactissima ad Eucharistiam sumendam omnibus fidelibus perquam est necessaria: quod satis innuit Apostolus in hoc quod dicit: Probet seipsum homo, etc. Quo vult, vt quisque se iusta lance aestimet, non solum de fide, sed et de charitate, cuius nos etiam sacra synaxis admonet, quoniam vt panis vnus sit ex multis granis, et vt ex multis acinis sit vnus potus, ita omnes fideles vnum debent esse corpus. S. Hieronymus monet exemplo Iosephi ab Arimathaea, vt studeamus venerabile corpus sincere accipere, imitando Iosephum eum, qui illud exanime munda inuoluit sindone. Si hoc ille exanimi et comumelijs omnigenis fecit affecto, quanto aequius est nos hoc facere glorioso et redituuo!

IN FERIS IISDEM
 EVANGELIUM.

Ioan. 6.

Scriptura doctrinam venerabilis Sacramenti copiose continent.

Scriptura tractantes de calice.

Christus Iesus verus Deus verus homo omnipotens, institutor venerabilis sacra-

In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum: Caro enim mea verè est cibus, et sanguis meus verè est potus: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de caelo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.

In hoc sacratissimo festo sunt consideranda quatuor. 1. Primo, quae scripturae contineant doctrinam huius sacramenti: nempe Mat. 26. legimus: Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & comedite: Hoc est corpus meum. Marc. 14. legimus: Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens: fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum. Luc. 22. legimus: Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo, &c. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, Apost. Paul. 1. Corinth. 11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.

De calice vero ita legimus Matth. 26. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur

in

in remissionem peccatorum. Marc. 14. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Luc. 22. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamētum in sanguine meo, qui pro vobis funderur. Item 1. Corinth. 11. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine.

Christus Iesus verus Deus & verus homo, cuius omnipotentia in symbolo cōfitemur & credimus, instituit hoc sacramentum, & sua virtute caelesti ipse inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate per ministerium sacerdotis cōuertit, dicens, Accipite & edite: Hoc est enim corpus meum, & sanctificatione repetita, Accipite & bibite: Hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum praecipientis Domini repente ex nihilo substituerunt excelsa caelorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi praecipit virtus, & ei seruit effectus. Euseb. in serm. de corpore & sanguine Domini: qui est hom. 5. de Pascha.

Vt haec sacrificia offerrent omnes Christiani, in baptismo facti sunt regale sacerdotium, censentur populus acquisitionis: & in cœna suos apostolos sacerdotes fecit. Christus: & vt ita consecrarent, potestatem ipsis & eorumdem successoribus dedit.

Ex hac doctrina Euangelistarum & Pauli cognoscimus sacramenti Eucharistiae (quemadmodum & aliorum sex sacramentorum) Christum authorem fuisse. Instituit autem illud in die illo quo vltimam cœnam cum suis discipulis Ierosolymis celebrauit: in qua & suos discipulos sacerdotes ipse summus sacerdos cōsecrauit, & vt illud sacramentum ipsi, sui que successores consecrarent, praecipit. Materia autem huius sacramenti est panis & vinum: forma vero, Hoc est corpus meum Hic est sanguis meus, &c. Quae cum Christus dixit, nō simplicia verba fuisse arbitrantur pij fideles, sed efficacissima, effectumque mox consecuta haud dubie cōfitebimur. Nā cum Christus dixerit, Hoc est corpus meum: si illic nō erat ipsius corpus, ergo vana & falsa fuit Christi affirmatio. si autē erat corpus (quod tā inde ab apostolis vsq; Catholica profitetur Ecclesia) falsa & haeretica est Zuinglianorum & Helueticorum interpretatio, qui verba illa corrumpentes ac deprauantes, expressum Dei verbū dicunt, Hic est sola figura corporis mei. Falsa & haeretica est & Caluini declaratio, seu assertio, qui ita interpretatur, vel potius corrumpit Christi verba: Hic est sacramentum corporis mei. Nos vero catholici cum Christo, cumque

mentis, sua virtute caelesti ipse inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate per ministerium sacerdotis cōuertit. Eucharistia sacramentum in die vltima cœna instituit Christus, in qua et suos discipulos successores sacerdotes consecrauit. Sacramenti altaris materia et forma. Haereticorum modernorum de sacramēto corporis & sanguinis Christi falsa interpretatio seu assertio

apostolis, in magna Ecclesia, in populo graui, in medio seniorum, confitemur excelsa animorum constantia, post panis atque vini consecrationem esse illic in sacramento altaris sub panis & vini speciebus verum corpus Christi realiter atque substantialiter. Hoc tenet Ecclesia Romana, hoc fuit semper confessa Ecclesia orientalis, professa fuit Africana, confessi sunt patres in concilijs. Quare qua ratione quæcunque fronte Saxones Luthero crediderint, Heluctij, Zuinglio, dux Vvittembergicus Brentio, Geneuenses Caluino, neglecta & deprauata doctrina Christi, Apostolorum, Conciliorum, Patrum, ipsi viderint.

2 Secundo considerandum, quale sit corpus illud quod in sacramento conficitur: nempe, quale fuit illud quod ex virgine natum est, illud quod in cruce à Indæis neci datum est, illud quod in cælum euectum est, & quale est illud quod ab angelis modo adoratur. Hoc testatur Chrysostr. hom. 24. 1. ad Corint. Hoc, inquit, corpus in præsepi reueriti sunt Magi viri impij & barbari: tu non in præsepi, sed in altari, non mulierem quæ in fascijs teneat, sed sacerdotem præsentem, & spiritum sanctum super proposito sacrificio abundè diffusum vides. Dum in hac vita sumus, vt terra nobis cælum sit, facit hoc mysteriũ. In cælis est regium corpus, quod nunc tibi in terra videndum proponitur. Non angelos, non archangelos, non cælos cælorum, sed ipsum horum omnium dominum ostendo tibi. Animaduertis quonam pacto, quod omnium maximum est & præcipuum, in terra non conspicaris solum, sed tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis. Idem eadem homil. Quanto mysterium propositum fuerit, dic tecum, Hoc corpus sol crucifixum videns, radios auertit, propter hoc velum templi scissum est, & petra: acterra vniuersa tremuit. hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum, fontes sanguinis vniuerso orbi salutaris scaturiens, id ipsum corpus in supremum thronum exiit, quod nobis etiam exhibuit, vt teneremus, & vt manducaremus: quod maximum signum est dilectionis.

Idem homil. 3. ad Ephes. Recolite quia illius corpus est & sanguis, quia supra cælos residet, qui ab angelis suppliciter adoratur: illius, inquam, qui proximè assistit immortalis Dei potentia. Huius delibamus sanguinem, & proprium corpus nobis sumendum tradidit.

Hinc docemur 1. Falsam esse eorum doctrinam, qui affirmant in sacramento altaris non esse verum corpus Christi, nisi quis malit Zuinglio & Caluino credere, quam Chrysostr. mo & vniuersæ Ecclesiæ ratiõ orientali quam occidentali. 2. Docemur doctrinam hanc quam Romana tenet Ecclesia, nõ esse noquam neque singularem, sed antiquissimam, & omnibus populis, tum orientibus, tum occidentalibus communem, vt pote quam

Idem corpus in sacramento conficitur quod ex virgine natum est, quod à Indæis crucifixum, quod in cælum euectum et modò ab angelis adoratur.

Doctrina eorum falsa comprobatur, qui affirmant in sacramento non esse verum corpus Christi

quam Chrysostr. mo, vt ab apostolis acceptam veneratur, confiteretur atque credit. Attendant igitur hæretici, quòd falsa mendaciisque plena doceant.

Tertio considerandum qui sunt fructus huius sanctissimi sacramenti. Multi quidem sunt, sed tres præcipui. 1. Est summo homini saluberrima. Hoc docet Christus Iohã. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et August. homil. 28. De verbis Domini, secundum Lucam. Si quotidianus est panis, inquit, cur post annum illum sumas, quæadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest, sic viue, vt quotidie merearis accipere. Vide & Ambros. lib. 5. de sacra. cap. 4.

2 Est antidotum contra cacodæmones, & pignus immortalitatis. Hoc docet Chrysostr. hom. 45. in Iohan. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, angelos & angelorum dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur: angeli autem procurrunt, &c. Vide hac de re homil. 61. ad populum Antioch.

3 Deterret à vitijs, & ad omnia bona opera inuitat. Hoc docet Chrysostr. homil. 61. ad popu. Antioch. Hei mihi, quot ad salutem nobis viæ? Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, & horum nos nihil à malis auertit. O tenebras, & profunditatem magnam! ò indolentiam Quæ sursum sunt quærite & sapite, inquit, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens, Colos. 3.

Præter hos fructus operantur in nobis hæc sacramenta tres effectus. 1. Christo incorporamur. Nam Christus idcirco hoc sacramentum præcipue instituit, vt ipsi incorporemur, de quæ remissione peccatorum & futura gloria (si in charitate perseueremus) certi reddamur: vt veluti viuificatrice quadam medicina sanemur, reficiamur, erigamur, & consolidemur. Quæ omnia Christus significare voluit cum dixit, Mar. 26. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traderetur. Accipite carnem in remissionem peccatorum pro nobis traditam, & manducate, in me transformamini, & valedictis omnibus cupiditatibus, in me manete, & ego in vobis.

2 Efficimur corpus Christi mysticum. Nam Paulus 1. Cor. 10. ait, quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Mysterium ergo pacis & vnitatis nostræ, vt inquit Augustinus, Christus in mensa sua consecrauit. Videant ergo malè viuentes, nocentes proximis, mediantes scismata, quid faciant contra vnitatem corporis Christi.

3 Ad mutuam charitatem alendam & colendam accendimur. Nam Chrysostr. hom. 45. in Iohan. sic habet, Vt autem non

Fructus venerabilis sacramenti tres sunt præcipui.

Eucharistia est antidotum contra cacodæmones, et pignus immortalitatis.

Effectus tres venerabilis sacramenti. Per sacramentum Christo incorporamur.

Corpus Christi mysticum efficimur per altaris sacramentum. Charitatis mutua inuenitur est idem sacramentum.

*Euchari-
stia quomo-
do commu-
nicanda et
sumenda.*

*Communi-
caturi fidē
in primis
habere de-
bent.*

*Communi-
caturis ne-
cessaria.*

*Sumptio
sacramen-
ti duplex
sacramen-
talis & spi-
ritualis.*

*Sumptio
spiritualis
semper sa-
cramentali
includitur.*

solum per dilectionem, sed re ipsa in vnam carnem conuer-
tamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est, &c.
4 Quarto considerandum, quomodo accedendum ac com-
municandum, quod docet Paulus 1. Cor. 11. Quotiescunque
enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem
Domini annuntiabitis donec veniat. Itaque qui manducauerit
panem hunc vel biberit calicem Domini indignè, reus erit
corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo,
& sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat
& bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudi-
cans corpus Domini. Idem docet Basilius, qui in summis mo-
ralium 21. sic ait: Communicaturi fidem in primis habere de-
bent verbis Domini dicentis. Hoc est corpus meum quod pro
vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22.
& timorem concipere ex verbis Apostoli dicentis: Qui enim
manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit,
non dijudicans corpus Domini. Item Christus Matthæi 5. Si
quando offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris
quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi mu-
nus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, &c.
Item Achim elec. 1. Regum 21. qui Dauid petenti panes, cum
alios non haberet nisi panes sanctos, non prius voluit ei dare,
quàm diceret. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? Et
respondit Dauid sacerdoti: Et quidem si de mulieribus agi-
tur, continuimus nos ab heri & nudiustertius quando egre-
diebamur, &c. Sunt igitur necessariae, fides, probatio, (id est
confessio) timor, charitas, castitas & mundities. Qui his virtu-
tibus ornatus altare accesserit, speret se dignè corpus Do-
mini sumpturum. Qui vero non credit, aut non confitetur,
vel edit, & car. abstineat. Nam iudicium sibi manducat &
bibit.

Exegesis literalis neququam hic omittenda est, in qua au-
dimus docemurque quid fructus seu vtilitatis ex digna eius
sumptione proveniat. Vnde hic sciendum est duplicem esse
sacramenti huius sumptionem: sacramentalem nimirum seu
visibilem, & spirituales seu inuisibilem. Sacramentalis est
externa illa sub panis & vini speciebus, corporis sanguinis-
que Christi sumptio. Spiritualis vero est fides, seu fiducia
in meritum corporis & sanguinis Domini. Vnde nimirum
Augustinus, Quid paras dentes & ventrem? Crede & man-
ducasti.

Iam quoties loquimur de effectibus cœnæ Dominicæ, sem-
per spirituales illam sumptionem sacramentali includimus.
Nam citra hanc, spirituales, inquam, adeo nihil fructus illa
operatur, vt planè noxia & damnabilis sit, non quidem per se,
sed

sed propter indignitatem seu abusum sumentis. Potest igitur
spiritualis manducatio prodesse & salutem operari citra sacra-
mentalem, at sacramentalis sine spirituali nihil prodest. Hinc
tamen nemo consequens esse putabit, propterea sacramentalem
seu externam esse postponendam, imo hoc potius consequens
erit, vtramque coniungendam esse. Alioqui enim quemadmo-
dum non satis est credere, nisi baptizeris simul: sic quoque non
satis est credere Christum pro te corpus suū tradidisse in mor-
tem, & sanguinem suum effudisse in remissionem peccato-
rum tuorum, nisi & sacramentaliter simul corpus & sangui-
nem eius in Eucharistia sumas: hoc est, si liceat, si non neces-
sitas impediatur. Certè plus confert externa receptio interne con-
iuncta, quàm sola interna sine externa. Quemadmodum &
germæ quum in medicaminibus teruntur, maiorem virtu-
tem & fomentum adferunt quum in corpus recipiuntur,
quàm si ob oculos solùm opponerentur. Propter, nempe,
& patres orthodoxi hoc Euangelion quod de Sacramenti
effectibus tractat, de vtraque sumptione simul, & spirituali
& sacramentali, scilicet, intellexerunt. Sic Dominus inquit:
Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hic pri-
mus fructus est, quod dignè edens & bibens corpus sangui-
nemque Domini: hoc est, & sacramentaliter & spiritualiter,
sic faciendus sit gratia diuina, vt neque esuriat, neque sitiatur in
æternum: hoc est, nulla gratia ei desit, in nulla re à Deo dere-
linquatur.

Est autem caro Christi cibus, & sanguis eius potus, quia
idem spiritualiter in nobis operantur, quod cibus & potus ex-
ternus corporaliter. Resciant enim, confortant, restaurant ve-
luptatem afferunt, vitam continuant, imo quod in alijs cibus
quærimus, nempe, vt non esuriamus, vel vt non moriamur, vel
vt voluptatem assequamur, hoc solùm & perfectè præstant
corpus & sanguis Christi.

Ideo signanter addit, verè est cibus, &c. Primo ad differen-
tiam corporalis cibi, quem siue manduces, siue non, morieris.
Hic autem tantum moritur, qui non manducat: in æternum
autem viuet, qui manducat. Secundo corpus Christi verus ci-
bus est, ad distinctionem eius cibi quem diabolus pollicebatur.
Cibus enim ille, eibus fuit mendacij, quia falsum fuit, & fal-
sum est quod in cibo illo diabolus pollicebatur, itaque & cum
vana promissione datus fuit cibus ille, & vana spe diuinæ simi-
litudinis consequendæ manducatus est. Caro autem Christi
verus cibus est, quia verum est quod Christus in eo pollicetur,
veraque spes est qua manducatur. Sic & de sanguine dicen-
dum. Sequitur:

Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, &

*Simile.
Sacramēta
lis sumptio
non est ne-
gligenda, si
nulla neces-
sitas impe-
diat.
Simile.*

*Corporis
Christi pri-
mus fru-
ctus.
Ioan. 4.*

*Caro Chri-
sti cur ci-
bus et san-
guis eius
potus di-
cantur.*

*Caro Chri-
sti verè ci-
bus & ve-
rus potus
est.*

Genes. 3.

Corporis Christi secundus fructus est. quod digne sumens Christo incorporatur. ego in illo. Hic est secundus fructus dignæ sumptionis, manere in Christo, & hunc in se vicissim habere manentem. Hoc est, digne sumens Christo incorporatur, & vnum fit cum eo, ipsiusque infirmitates & peccata in sese Christus transfert, & Christi vicissim bona & merita ipsius fiunt, eoque iam nil ultra satan, peccatum, mors & inferi possunt ipsi incommodare, sed ab omnibus tutus est. Quod quantum bonum sit, vel ex Psal. 90. discere possumus, in quo David non satis exprimere potest, quam securus sit, qui sub umbra & adiutorio Dei sedet. Quanto igitur securior & felicior est, qui Christum in se habet, & in Christo est? Atque hinc videre licet vnde sit tanta Christianorum fortitudo & victoria contra peccatum, mortem, diabolum, & mundum: nimirum quia in Christo manent, & Christum in se manentem habent. Sicut enim Christus quamuis totius mundi peccata in se suscepisset, morsque & mundus, & diabolus eum totis viribus inualissent, tamen opprimi non potuit: sic nec opprimi potest, qui in Christo manet, &c. Breuiter, quod diabolus mendaciter homini, hoc Christus hic verè pollicetur & præstat: ac si aperte dicat, Si manducaueritis carnem meam, &c. dii eritis; & filij excelsi omnes.

Christiana virtus et fortitudo contra peccatum mortem, diabolum, et mundum. vnde proveniat. Psal. 81. Sicut misit me viuens Pater, et ego viuo propter Patrem: ita et qui ederit me, viuet ipse quoque propter me. Qui ederit hunc panem, viuet in æternum. Hic tertius & omnium maximus fructus est, quod quemadmodum Christus & Pater vnam eandemque viuunt vitam, sic & digne sumens Eucharistiã, æternã vnã cum Christo vitam victurus sit. Nam qui Christum habet, etiam eius vitam participat. Quis verò iam vel plura vel maiora vnquam cupere queat? Nam oculus non vidit, neque auris audiuit, neque cogitationes cordis vnquam assequutæ sunt, quæ præparauit Deus diligentibus se, 1. Corin. 2. Nihil autem magis in votis nobis est, quam principum habere gratiam, et diu feliciter viuere in mundo. Hoc impetrare, fructus nobis videtur omnium præclarissimus. At quæ aut maiores sunt fructus, summi æternique principis Iesu Christi gratiam habere, in cælis æternum viuere? Etiam si tandem contingat vt princeps aliquis nos fauore complectatur, non tamẽ is fauor durat diu. Verùm qui Christi principis fauorem nactus est, is patronum habet & constantem et perpetuum, simul potentem, simul misericordem. Sic & si detur aliquando viuere feliciter diu, nihil tamen solidi subest: sed est illa felicitas potius infelicitas: illa vita diuturna, perpetua mors. At cælestis felicitas, æternaque vita, sola et felix et perennis est. Vnde et manna de quo patres gloriabantur, nequaquam comparandum est huic cibo. Nam è tanto numero ne vnus quidem remansit, imò plerique etiam quoad animam mortui fuerunt. Causa verò fructus huius, carnis et sanguinis Christi

Manna panis vite non est comparandum.

Christi viuifica vis est. Quum enim ipse sit iuxta diuinitatem vita, quumque caro et sanguis ipsius cum diuinitate vnita sint, habent et hæc propter vniõnem illam viuificandi vim. Et quemadmodum (ceu D. Cyrillus inquit) cera ceræ liquefactæ infusa, vna cera cum illa fit: ita et is qui carnem et sanguinem Domini recipit, vnum fit cum illis: quumque caro et sanguis Christi sit ipse Christus, fit recipiens vnum prorsus cum eo: hoc est, particeps fit omnium quæ Christus habet: et Christus contra quæ illius sunt, pro suis ducit: vnde consequitur nimirum, ipsum in se recipere, et peccata nostra, et nostras infirmitates, et sua vicissim communicare nobis merita, suam communicare hæreditatem.

EXHORTATIO.

Agite itaque fratres, cum tantis omnino fructibus scateat digna corporis sanguinisque Domini sumptio, libenter posthac et sacramentaliter et spiritualiter communicemus: cum primis tamen et subinde spiritualiter: hoc est, fide firma credamus Christum pro nobis incarnatum, crucifixum, et exultatatum esse, sanguineque suo nos lauisse à peccatis, et reconciliasse Deo Patri. Sed et viuamus propter ipsum, quemadmodum ipse propter Patrem vixit. Hoc est, quemadmodum ipse Patri obediens fuit, et huius per omnia executus est voluntatem, sic et nos nostro benefactori simus grati, morigeri, conformes, porrigamusque ipsius exemplo etiam nostram carnem edendam et sanguinem nostrum bibendum proximis: hoc est, charitatis officia erga fratres et sorores declaremus, impendamus ipsis et bona et propriam vitam.

EPILOGVS.

1 Considerare, imò & credere hic oportet, quod Christus de celo descendit, & Deus sit: alioqui impossibilia videbuntur quæ hactenus dixit. Hic enim est fructus ligni vite, quod hoc tempore Deus in medio Ecclesiæ plantauit, Genes. 2. Hinc in Apocal. 2. dicit, Dabo ei edere de ligno vite, &c. Christus enim verè est lignum vite his qui apprehenderint eum: & ideo qui tenuerit eum, beatus erit, & est, Prouerb. 3.

2 Christus panis effectus est, hoc est, quod bona sua nobis communicare vult imò seipsum, ac planè nobis commiseri & vniri.

3 Beneficia multò maiora iam nobis præstitit Christus in lege gratiæ, quam patres habuerunt in veteri testamento. Non est enim aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ ita habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster: qui & in futuro summa & maxima se daturum pollicitus est, hoc est, ipsam beatitudinem, & vitam, non iam in spe, sed in re.

I N D I E

Caro et sanguis Christi propter vniõnem cum diuinitate, viuificandi vim habet. Simile.

Spiritualiter communicare quid sit. Viuere propter Christum quid sit.

Deut. 4.

Isa. 49.

HEC dicit Dominus: Audite insule, & attendite populi de longè: Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei, & posuit os meum quasi gladium acutum: sub umbra manus suae protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et nunc haec dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi: Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui te elegit.

Lectio hæc prophetica cõplectitur quatuor: quæ & si litera tenus personæ diui Ioannis plerunque conueniat, in neminem tamen verius competit, quàm in filium Dei Iesum Christum, quem Ioannes prænuntiavit. Primo igitur loco agit de natiuitate Domini, cum ait, Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei. Quibus verbis declarat se non fortuito & casu obiter incidente humanitatem assumpsisse nostram, ac natum esse, sed ab æterno huc à Patre esse prædestinatum & vocatum. Quia enim ante conditum mundum prænouerat Deus lapsurum hominem, ab æterno etiam concluderat filium humanitatem assumpturum, & redempturum illum. Ob id quoque antequam is nasceretur, cum adhuc in matris esset utero, nominis eius recordatus est, statuens, perq; angelum suum promulgans, Iesum ipsum vocandum esse, quod nimirum seruaturus populum esset suum à peccatis, Luc. 2. Matth. 1. Hunc etiam Deus verè ab utero vocauit, hoc est, filium suum esse testatus est: iuxta illud, Ex utero ante luciferum genui te, Psal. 109. Et Psal. 2. Dixit dominus ad me, filius meus es tu: hodie genui te. Quemadmodum & in Euangelio de nostro Iesu (ipsissimo nempe Messia) bis testificatus est: Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Matth. 3. & 17. Huius quoq; verè nominis recordatus est Dominus de venite materno, imò longè ante cõceptionem: dum scilicet prædixit vocandum illum Immanuel, & Deum iustum nostrum, Isa. 7. Ierem. 21. quemadmodum & angelus quum missus esset ad Mariam, ante ipsam etiam Iesu conceptionem iussit vocari nomen eius Iesum, Luc. 1. Matth. 1.

Ioannes ab utero vocatus et nominatus.

Quæ verba litera tenus personæ diui Ioannis etiam conuenire possunt. Nam hunc Deus vocauit ab utero, dum illum (iuxta angeli prænuntium) Spiritu sancto iam inde ab utero matris eius repleuit, Luc. 1. Huius quoque recordatus est Dominus de matre ventris nominis, dum illum voluit vocari Ioannem, antequam conciperetur, Luc. 1.

2. Secundo agitur de doctrina & vita Domini, cum pergit dicere:

Cere: Posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus suae protexit me, & posuit me sicut sagittam electam, &c. Quibus verbis innuit Seruator noster, primo doctrinam suam veluti enssem fore efficacem, & penetrabilem in hominum cordibus. Quod sic verè esse postmodum Baptistæ de ipso probauit testimonium, dicentis: Cuius ventilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam & congregabit triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili, Matth. 3. Et illud Malach. 3. Quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Er illud Esa. 11. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Deinde innuit vitam suam fore constantem, rectam, & numeris omnibus absolutam, quemadmodum sagitta recta esse solet, Isa. 53. 1. Pe. 2. Hunc quoque Deus sub umbra manus suae verè protexit, posuitque sicut sagittam electam, & in pharetra sua abscondit: iuxta illud Iohã. 12. vbi Pater inquit: Et illustraui, & rursus illustrabo (subaudi) te. Et illud Pauli Coloss. 1. Iesus Christus est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens: quoniã in illo cõplacitum est Patri vniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum cuncta reconciliare erga &cet. Quo ad personam Ioannis, posuit etiam Deus os eius quasi gladium acutum, dum dedit illi vim & gratiam ut præcederet ante Messiam cum spiritu & virtute Helix, multos filiorum Israël sua prædicatione cõuerteret ad dominum Deum ipsorum, conuerteret corda patrum in filios, & inobediētes ad prudentiam iustorum, pararetque sic domino plebem perfectam, Luc. 1. Matth. 3. Marc. 1. Ioan. 1. & 3. Hunc sub umbra quoq; manus suae protexit, posuitque sicut sagittam electam, & pharetra sua abscondit: dum magnum ipsum fecit coram se, dum manus sua erat cum eo, dumque ipsum & Pharizæis Saducæisq; & populo Iudaico fecit venerabilem.

3. Tertio de contemptu Domini, ac ipsius passione fit mentio, cum ait: In vacuum laboraui, sine causa & vanè fortitudinē meam consumpsi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Quibus verbis significat, quatumlibet & doctrina & vita omnibus, præsertim populo Iudaico, inseruierit, se tamen nihilominus ab illis contemptum ac spretum esse, adeoque morte turpissima affectum, ita ut omnis suus labor, omnis doctrina, omnis adhortatio veluti in vanum abierit: cuius quidem summe & ingratiitudinis & malitiæ Deum facit iudicem. 1. Pet. 2.

4. Quarto de redẽptione tam gentium quàm Iudæorum per ipsum facta agit, ac ita progreditur: Et nunc haec dicit Dominus formans me ex utero seruum sibi, ut reducã Iacob ad eum, & Israel non congregabitur, & glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea, et dixit, Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob

Doctrina Saluatoris ense efficacior & penetrabilior

Vita saluatoris cõstans, recta, et instar sagittæ absoluta.

Os Ioannis Baptistæ quasi gladius acutus.

Cõtemptus filij Dei apud Iudæos.

Doctrina et passio filij Dei frugifera, utilis et necessaria.

Iesus iuxta humanitatem seruus Domini in Israel.

Iesus lux gentium à Deo datus.

Iohannes etiã in lucẽ gentiũ datus.

Christus reges et principes suo iugo subdidit.

Iohannẽ reges venerati sunt.

cob, & feces Israël conuertendas: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ, etc. Quibus verbis indicat, etsi doctrina nonnullis ingratis fuerit contemptui, licet etiam passio ipsius ignominiosissima habita sit, vtranque tamen & fuisse & esse summè frugiferam, vtilem & necessariam. Nam ijs tum conuersos, tum saluatos esse innumeros, tam ex gentibus quàm Iudæis ostendit: & quanquã hostes sui ipsum prorsus voluerint æternis tenebris adiudicatum, se tamen perinde esse & manere æternam omnium electorum lucẽ, sempiternã totius mundi salutẽ. Vnde verè etiã iuxta humanitatẽ seruus fuit Domini in Israël, in quo gloriaretur: iuxta illud Paulinũ Rom. 15. Iesus Christus minister fuit circumcisionis pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Vnde & Dominus ipsemet in Euangelio ait: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël, Matth. 15. Sed idem tamen & in lucem gentium à Deo datus est in salutẽ vsque ad extremum terræ, iuxta illud Simeonis, Luc. 2. Viderunt oculi mei (Iesum) salutare tuũ, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gẽtium, & gloriam plebis tuæ Israël. Et illud Pauli Ephes. 2. Veniẽs Christus Iesus euangelizauit pacem vobis (gẽtibus) qui procul aberatis: & is (Iudæis) qui prope: quoniam per illum habemus aditũ vtrique in vno spiritu ad patrẽ.

Ne hĩc Iohannem prætereamus, dedit etiam Deus hunc in lucem gentium, dum ille non Iudæos solum, sed & homines gẽtiles, publicanos nimirum ac milites ad pœnitentiam & fidem adduxit, Lucæ 3.

Christum denique & reges verè viderunt, principesque cõsurrexerunt, atque adorãtunt propter Dominum Deum eius: nõ solum nimirum in hoc, quòd à Magis & quæsitus & adoratus est puer, verùm etiam quòd per prædicationem Apostolorum suorum innumeros reges & principes regionẽsque suauis iugo subdidit.

Sic effecit denique Dominus, vt & reges ac principes viderent Iohannem atque adorarent propter Dominum, dum rex Herodes ipsum & seruabat & libenter audiebat auditoque multa faciebat, Marc. 6.

Restat iam, vt quãdo Seruator noster sic omnibus redimendis homo factus sit, docuerit, miracula ediderit, cõtemptus sit, passus sit, resurrexerit: huiusmodi summa beneficia in ipso etiã agnoscamus, eoque ipsum laudemus, extollamus, gratiarũ actionibus veneremur, ore, corde, vita, necnon eũdem ita à patre condecoratum ex animo veneremur, audiamus, sequamur: quò & ipsi sub vmbra manus eius protegãmur, in pharetra eius abi condamur, luce eius illuminemur, & salute eius æternam perfruamur.

EPILO-

EPILOGVS

1 Bonitas & amor Dei erga genus humanum prædicatur, qui post vocationem reliquiarum Israël, & abiectiõnem populi in incredulitate permanentis, Ecclesias de gentibus veluti de vltimis insulis congregat.

2 Ecclesia persequutorum insidijs quasi maris fluctibus patet, & ex omni parte seuiẽte naufragio tanditur, sed non submergitur, habens protectorem Christum Deum, Luc. 22.

3 Christus datus est in lucem gentium, vt sit salus ad extremum terræ, ita illuminat vniuersum mundum prædicatione Ioannis Baptistæ qui erat lucerna ardens & lucens, Iohan. 5. & Apostolorum, vt & reges & principes, quorum cor in manu Dei est, eum adorent.

IN EODEM DIE SACRO

EVANGELIUM.

Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidã nomine Zacharias, Luc. 1. de vice abij et vxor illius de filiabus Aaron, et nomẽ eius Elizabeth. Erant autẽ iusti ambo ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Et nõ erat illis filius, eo quòd esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autẽ quum sacerdotis fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deũ (secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, vt incensum poneret ingressus, in templum Domini) & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensũ. Apparuit autẽ illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autẽ ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomẽ eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram nõ bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorũ Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hæc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, pro eò quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. Egressus autẽ non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt diei officij eius, abijt in domũ suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem despon-

desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomen virg-
 nis Maria. Et ingressus Angelus, ad eam dixit, Ave gratia plena. Dominus
 tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ quum audisset, turbata est in ser-
 mone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei, Ne ti-
 meas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero,
 & paries filiū: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius
 Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius:
 & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Di-
 xit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud? quoniam virum non
 cognosco. Et respondens Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in
 te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te
 sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa
 concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi quæ vocatur
 sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit au-
 tem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et
 discessit ab illa Angelus, Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in
 montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domū Za-
 charie, et salutauit Elizabeth. Et factum est, vt audiuit salutationē Ma-
 riæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta est spiritu san-
 cto Elizabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter
 mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat
 mater domini mei ad me. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in
 auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ cre-
 didisti: quoniã perficietur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria,
 Magnificat anima mea dominū, & exultauit spiritus meus in Deo salu-
 tari meo: quia respexit humilitatem ancilla suæ. Ecce enim ex hoc beatam
 me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, &
 sanctū nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timētibz
 eum. Fecit potentiã in brachiis suis: dispersit superbos mente cordis sui. De-
 posuit potentes de sede, & exultauit humiles. Esurientes impleuit bonis,
 & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari mise-
 ricordie suæ (sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius)
 in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuer-
 sa est in domum suam. Elizabeth autem impletum est tempus pariēdi: &
 peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit do-
 minus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum
 est in die octauo venerunt circumcidere puerū, et vocabant eū nomine pa-
 tris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vo-
 cabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua,
 qui vocetur hac nomine. Inuebant autem patri eius quem vellet vocari
 eum. Et postulans pugillarē scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius. Et
 mirati sunt vniuersi. Apertū est autē illico os eius, & lingua eius, et lo-
 quebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorū:
 & super omnia montana Iudææ divulgabatur omnia verba hæc. Et po-
 fuerunt

fuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes, Quis putas, puer iste e-
 rit? etenim manus domini erat cū illis. Et Zacharias pater eius repletus est
 spiritu sancto: & prophetauit dicens, Benedictus dominus Deus Israel: quia
 visitauit & fecit redemptionem plebi suæ. Et erexit cornu salutis nobis
 in domo David pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo
 sunt prophetarū eius. Salutē ex inimicis nostris, & de manu omnium qui
 oderunt nos: ad faciendam misericordiã cum patribz nostris, & memorari
 testamenti sui sancti. Iusturandum quod iurauit ad Abraham patrum
 nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostro-
 rum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus
 diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante
 faciem domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius,
 in remissionem peccatorum eorum: Per viscera misericordie Dei nostri, in
 quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in
 umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer
 autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in
 diem ostensionis suæ ad Israel.

Hoc Euangelium complectitur duo. Primò historiam Io-
 hannis, quomodo sit,

1 Conceptus. Sic enim ait Lucas, Zacharias & vxor illius Eliza-
 beth erāt iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustifica-
 tionibus domini sine querela, & non erat illis filius: sed quod esset Eliza-
 beth sterilis, et ambo processissent in diebus suis. Factum est autē, quum
 sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, etc. Ap-
 paruit autem illi Angelus domini stans à dextris altaris incensi, etc.

Nam Angelorum partes sunt, piorū preces ad cæleste numen
 perferre, & cursus illius munificentiã ad nos deferre, Tob. 12. *Angelorū
 partes*
 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita *sunt, piorū
 est deprecatio tua: et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, et vocabis preces ad
 nomen eius Iohannem, etc.* Hic obseruabimus encomium paren- *Deum per-
 rum Iohannis. Fuerunt enim ex ordine sacerdotum, ex popu- ferre, etc.
 lo Dei, ex tribu Leui. Fuerunt pij, iusti, inculpate vixerant, Encomiū
 omnibus probati, atque non paucis, sed multis iam annis in parentum
 mandatis & iustificationibus Domini processerant. Docemur Iohannis.
 hinc veram & certam Iohannis Baptistæ progeniem: nempe, Progenies
 ex sacerdotali genere, ex parentibus claris, ex tribu illustrissi- Iohannis
 ma. Deinde mandata atque præcepta Dei esse iustificationes Baptistæ
 hominum, quæ verè homines iustificant ante Deum: quamuis illustris.
 hæretici nostri temporis contra Spiritum sanctum præsumant
 contrarium docere.*

Erat his hominibus sanctis imposita crux sterilitatis, quæ
 nota erat inter Iudæos summæ damnationis & reiectionis.
 Nam apud Iudæos, vt magnifica quædam res habebatur ma-
 trimonij fecunditas, ita sterilitas cum primis erat in probro,

Exod. 13. *Fœcunditas matrimonij apud Iudæos magna habebatur. Sterilitas vero inter præcipua vita mala reputabatur. Zacharias & Elizabeth duplici promissione cōsolati. Natiuitatis Iohannis modus. Promissiones et verba Domini non possunt mentiri. Nihil natura et modo tam est impossibile quod non Deo longè sit facillimum. Roma. 4. Cōiugij sacramentū Deo placitū ostenditur. Hene- stas & castitas cōiugij habet*

& inter præcipua vitæ mala numerabatur. Nondum enim didicerant carnales Iudæi, spirituales populum esse, quem Deus cælesti generatione vellet semper in maius propagari. nōdum audierant esse beatos, qui se castrassent propter regnum cælorum. Ea res grauiter discruciaabat animos eorum, sed præcipue Elizabeth, quæ iam probroso cognomine vulgò sterilis vocabatur. Auxerat prolis desperationem, vtriusque senectus. Proiectæ ætatis erant ambo tam corpore quàm anima. Sed cōsolati sunt pii cōiuges promissione generali de futuro Messia, & singulari de Iohanne filio suo Domini præcurfore, quum dicitur, *Exaudita est deprecatio tua, & vxor tua pariet tibi filium. & vocabis nomen eius Iohannem*, quasi dicat, Petisti redemptorem, accipies & redemptoris præcurfore. Diuinitus quippe factum est, vt sterili matre, & vtroque parente proiectioris ætatis, Iohannes nasceretur, quatenus etiam ipso ortus miraculo patefceret virum magnæ virtutis futurum qui nasceretur.

2. Quò ad historiam, ostēditur quo modo sit natus. Sic enim Lucas ait: *Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiā suam cum illa, et congratulabantur illi.* Hic obseruabimus doctrinā de veritate Dei in implendis promissionibus. Fiunt enim quæ prædixerat Angelus. Promissiones namque seu verbum Domini minimè possunt mentiri, & omnia apud Deum sunt possibilia. Promiserat enim nuntiaueratque Dominus per angelum Zachariæ, vxorem ipsius Elizabetham parituram ei filium. Hanc ergo promissionem hic per omnia impleuit, natō re vera Iohanne; neque obstiruit interim neque Zachariæ incredulitas, neque Elizabethæ innata sterilitas, & proiectus ad hæc senium. Nan constantior est Dominus in promissis, quam vt incredulitatē aliquorum ea euacuare sinat. Vnde & Paul. Roma. 11. *Dona (inquit) & vocatio Dei eiusmodi sunt, vt eorum pœnitere illum non possit.* Item 2. *Timoth. 2. Si non credimus (ait) Deus tamen manet fidelis: seipsum negare non potest.* Ad hæc verò nihil contrā naturæ & mundo tam est impossibile, quod non Deo longè sit facillimum. Admoneamur ergo hic, vt quàm constantissimè diuinis oraculis & promissionibus nitamur, quantumlibet etiam naturæ, & totius mundi iudicio aduersari videantur: nec quid occurrat nondum impletum, quod non firmiter credamus suo tempore implendum.

Obseruabimus hic quoque doctrinam de cōiugio, quòd sit sacramentum, quòdque Deo placeat, alias illud hac reuelatione non ornasset. Hebr. 13. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.* Habet item & suum meritum apud Deum honestas & castitas connubii, habet & suam promissam mercedem synceritas fidei. Elizabeth namque filia fidelis

delis Abrahæ, ibi credens vbi credulitatis nulla fuit naturalis ratio, fidei suæ & casti coniugii præmium sustulit, prophetam magnum enixa in gaudium totius orbis. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Psal. 127.

Considerandum est etiam tempus Iohannis. Venit enim inter testamentum (Matth. 11.) verus & nouum, vtrumque prædicans, vbi dicit Matth. 3. *Genimina viperarum, quis docuit vos, &c.* Item ibidem: *Ego baptizo vos in aqua, &c.* Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Iohan. 1. Sequitur ergo quod semper fuit necessaria pœnitentia ad iustificationem: liquidem Iohannes pœnitentiam, non solam fidem prædicauit. Illa est concio Evangelica, quæ legem & Euangelium continet, id est, timorem pœnæ, & amorem iustitiæ Christianis annuntiat. Vtrumque prædicauit Iohannes, vtrumque etiam Christus, Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.

Nec hoc prætereundum, vicinos & cognatos Elizabethæ, vbi Domini misericordiam erga ipsam audiissent, venisse ac gratulatos illi esse. Hic locus hortatur nos ad charitatem, vt præcedens ad fidem, vt nimirum & nos vicinorum cognatorumque exemplo, proximorum siue fœlicitate siue miseria tangamur: ideoque (iuxta verba Apostoli Roman. 12.) gaudeamus cum gaudentibus, & ploremus cum plorantibus. Nam omnes vicini, cognatique mutuo, imo & vnius corporis membra in Christo sumus.

3. Quòd historiam concernit, ostenditur quomodo Iohannes sit circumcissus. Sic enim ait Lucas: *Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum.* vt pufio in Lege natus, secundum Legem circumcideretur, quæ erat (Genes. 17.) *Infans octo dierum circumcideretur.* Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, eò quòd pactum meum irritum fecit. Et cognati suspicantes id patrē velle, quod vulgo solet esse gratissimum, *Vocabant eum nomine patris sui Zachariam.* Mater ergo quòd à marito discere non poterat, eò quòd elinguis esset, qui & solet esse author imponendi nominis, spiritus sancti afflatu docta, respondens dixit: *Nequaquam, sed vocabitur Iohannes.* E contra cognati, eò quòd in prole soleat per inditum nomen vel patris, vel proauis, aut patruis, vel alicuius memoria renouari, dixerunt ad illam: *Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine, scilicet Iohannes.* Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Ex quo obseruandum occurrit, summam in matrimonio apud maritum auctoritatem esse, eoque huius iudicium omnium maximè expectandum. Caput enim mulieris, vir est, Ephes. 5. *Et postulans pugillarem, scripsit dicens, Iohannes est nomen eius.* Per quòd innuitur iussum Domini præponendum esse omni effectui & iudicio humano: Deinde decre-

suam meritum apud Deū, et synceritas fidei suam mercedem Genes. 15. Roma. 4. Iohannes inter vetus & nouum testamentum venit Penitētia semper fuit necessaria ad iustificationē Charitatis est proxima siue fœlicitate siue miseria ang.

Iohannes in lege natus secundum legem circumciscitur

Auctoritas summa in matrimonio apud maritū est.

Vir et mulier sibi mutuo consentire debent. Eccles. 2.

Baptisma nunc est quod olim erat circumcisio. Pueri à patris et cognatis adducendi sunt ad baptisma, ut in vet. lege obtulerunt suos circumcisio.

Marc. 10. Luc 8. Consuetudo apud Iudeos erat in circumcisioe pueris suis indere nomina.

Ioannes interpretatur Dei gratia seu gratiosus. Consuetudines hie & sancte in Ecclesia non sunt obliteran-

pium maritum, ut si bene sentiat vxor, eius sententiæ libenter subscribat, neque ob suam auctoritatem illius dicta aspernentur. In tribus enim beneplacitum est spiritui meo, inquit, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorū, vir & mulier sibi bene cōsentientes. *Et mirati sunt vniuersi, quòd placeret nomē nouum, & quòd inter patrem mutum & matrem de nomine conueniret, videntes in processu negotij miracula miraculis iungi, totque insolita fieri.*

Hic primò obseruabimus: Quod circumcisio erat in veteri lege: hoc nunc est baptisma. Sicut ergo summa cum diligentia hunc puerum octo dierum vicini & cognati obtulerunt circumcisioe, per quam saluabatur: ita & in noua lege adducendi sunt pueri à patris & cognatis ad baptisma, ut tanquam vera membra inferantur capiti Christo, qui ait: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Vnde nobis nihil cum legali circumcisioe, cui baptisma successit. Nam iuxta Paulum, si circumcidamur, Christus nihil nobis proderit, Galat. 5. Sed solum spirituales debitores sumus, Colossen. 2. Deuter. 10. Circumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius.

Obseruabimus item consuetudinem Iudæorum, qui pro euentu rerum in circumcisioe (non ante) suis liberis nomina imponebant. Sic Ruben dictus est, quasi filius visionis, Genes. 29. Simeon dictus est quasi exauditio, Ibidem. Benjamin dictus est filius doloris, Genes. 35. Manasse dictus est quasi obliuio, Ibidem cap. 41. Ephraim dictus est quasi crescens, Ibidem. Sic & hic filius Elizabeth, orta contentione, non pro libitu parentum, sed diuino oraculo vocatur Iohānes, id est, Dei gratia, gratiosus, quòd tum instaret tempus gratiæ, quodque ille primus huius gratiæ præco futurus erat, adeoq; & ipsum gratiæ omnis fontem Iesum Christum suis digitis demonstraturus. Gratiōsa enim fuit pijs de Christo eius prædicatio: qui iā erat præfens mundo. Non vocatur Zacharias, id est, memoria Domini. nam hoc per legem etiam fit. Hic est notandum contra hæreticos nostri temporis, qui clamant, nihil in Ecclesia tentandum, quod expresso Dei verbo non sit mādatum. Nulla erat scriptura quæ dicat Iudæis, in die circumcisioe nomina imponenda filijs: tamen ex pia sanctaque consuetudine id faciebant & obseruabant. Reprehendant igitur Zachariam, Elizabeth, & alios patriarchas, qui hoc fecerunt. Reprehendant & Apostolos, qui sine expresso Christi verbo vestes asinæ, cui Christus erat infessurus, imposuerunt, Matth. 21.

Ad hæc verò Zacharias pater antè mutus, circa Ioannis natiuitatem, & in circumcisioe præsertim recepit loquelam, & loquutus est laudans Deum. In quo videmus quantum possit impe-

impetretque fides. Propter incredulitatem amiserat Zacharias loquelam, vbi verò contrà credidit, Dei que obediuit verbo, loquelam recepit. Ambr. Solut fides linguam, quam incredulitas ligauerat. Nemo ergo desperet, nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum, non enim irascitur in finem. Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit gēs ista à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Atque hæc fides laudationem quoque Domini in Zacharia operata est. Nec enim eum silere à laudibus decedat, qui verbi præconem sibi natum gaudebat.

Vnde nec solum admiratio, sed & stupor quidam & horror ex tot tãque insolitis miraculis peruasit omnes vicinos, timor, inquam, iustitiæ Dei, quæ nemini parcat, videntes virum tam iustum ob incredulitatem percussum, & miracula miraculis iungi circa puerum, Sic tremuere Solymitani visis tot miraculis per manus apostolorum editis, Act. 2. Ecclesia sic obstupuit Anania cum vxore sua percusso, Act. 5.

Sed & hæc omnia rumore sparsa sunt, non iam per cognatos tantum & vicinos; verumetiam per vniuersam illam Iudææ regionem, quæ montana dicitur. Quo docemur, non contemnenda esse nobis Dei miracula & piorum facta, sed maximi facienda, & diuulganda ad Dei honorem, & proximorum ædificationem. Tobiz 12. Secretum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare honorificum est. Item cap. 13. Confitemini Domino filij Israel, & in conspectu gentium laudare eum, quoniam ideo disperdit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia eius.

Tandem ex his omnibus præludijs ingens de puero Iohanne orta est apud cunctos existimatio, expectatioque. Colligebant enim natum puerum olim magna & inaudita patraturum, cuius conceptus & natiuitas iam tot insigniretur prodigijs, nam sterilis ex sene concepit: mutus factus loquitur: mater prophetat de nomine, pater de Deo & prole: & volutantes animo, quis tantorum prodigiorū esset exitus futurus, dicebant: *Quisnam puer hic erit? etenim manus domini est cum illo.* Sic autē Dominus illustrare voluit Iohannis natiuitatem, ut auctoritatem ei pud omnes conciliaret, quò citius apud omnes inueniret fidem in sequentura prædicatione. Sed cur ita? Ut nimirum omnes per illum & illius testimonium agnoscerent, amplecterenturque filium suum Iesum Christum, & sic per hunc saluarentur. Nam hic & seopus & finis est vnicus.

Omnia circa Iohannem plena sunt miraculis. Nam conceptio & natiuitas ab angelo annuntiat: nomen cælitus annuntiat: ex sterili nascitur: pater ob incredulitatem fit mutus: mater prophetizat: in eius natiuitate multi congratulantur:

de, tamen si etiam expresso Dei verbo non mandetur. Fides quantum possit et impetret

Miracula Dei & piorum facta, ad Dei honorem, et proximorum ædificationem diuulganda. Natiuitas Iohannis, miraculis plena.

vicini & cognati admirantur: pater Zacharias spiritu sancto repletus hymnum canit: mirabiliter in deserto in summa temperantia vixit: cibus ipsius mel & locustæ: vestimenta ex pilis camelorum: prædicabat poenitentiam: monstrabat Christum digito: baptizabat Christum: & ab Hærode tandem propter Herodiadem captus, in carcere decollatur.

Canticum Zachariæ. *Benedictus dominus Deus Israël, &c.* Nā Zacharias repletus est spiritu sancto, & prophetavit. In quo immensitas diuinæ liberalitatis ostenditur, quæ ablata in duplum restituit. Loquendi facultatem reddidit, & prophetiā superaddidit. Sic Salomoni sapientiam postulanti ad regendum suum populum, dedit illam, nec non diuitias & potentiam contribuit. 3. Reg. 3.

Liberaltas diuina, quæ ablata in duplum restituit. Item hic notandum, quod Elizabeth impleta spiritu sancto prophetavit, sed paucis, & in domo: Zacharias vero multis verbis vsus est in prophetando, siue prædicando: quia ordo discipline exigit, vt mulier pauca loquatur, & magis velit discere quam docere. Vnde Apostolus 1. Corinth. 14. dicit, Mulieres in Ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui, &cet. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in Ecclesia. Et 1. Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto.

Ordo discipline exigit vt mulier pauca loquatur, & magis velit discere quam docere. Iterum hic rectus est ordo, vt prius repleatur spiritu sancto, & post prophetet. 2. Repleti sunt spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis apostoli, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vt ergo omnia redundarent miraculis, & gaudijs affluerent, Zacharias totus afflatus Spiritu sancto, prorupit in hunc hymnum gratulabundus, membrum per quod peccauerat, Deo consecrans. Rom. 6. & ait, *Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ, &c.* In quo tria facit. 1. Ostendit misericordem Deum post longam expectationem populum suum tandem visirasse, & regnum Ecclesiæ suæ in hoc mundo ad id vsque tempus quasi occultatum, iam palam non in Iudæa tantum, verum etiam in vniuerso mundo incepisse, secundum diuinā suam promissionem patribus factam.

Misericors Deus post longam expectationem populum suum visitauit. Ostendit regnum ab origine mundi promissum Deum per

Ostendit autem clavis verbis tria, scilicet 1. Quomodo hoc regnum quod ab origine mundi promiserat sese erecturum, quodque tamdiu in certis familijs atque prouincijs collocauerat, modo sit auspicaturus: nempe per suam visitationem & redemptionem. Baruch 3. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ab eo. hic adiuuenit omnem scientiam & omnem viā disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Psal. 110. Redemptionem misit Dominus populo suo, Io 3.

Sic

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c. Venit filius hominis quærere & saluum facere, &c. Apoc. 5. Redimisti nos Deo in sanguine tuo.

2. Qua parte mundi, & in qua gente regnum hoc inchoauerit: nempe in domo Dauid, & in populo Israël. Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

3. Quibus armis & insignijs: videlicet cornu salutis. Voca: autem regnum Christi cornu, quod concione Euangelij quasi classico conuocet populum. Sicut enim cornu Iubilæi annuntiabat singulorū possessiones esse liberas, & ad possessores priores redituras: sic cornu Euangelij prædicat omnibus credentibus in Christum remissionem peccatorum, & gratiam spiritus sancti, cuius virtute nos qui eramus possessiones Dei, & per peccatum facti sumus possessiones diaboli, peccato per passionem Christi sublato, sonante cornu salutaris Euangelij, redeamus ad primum nostrum possessorem, scilicet Deum. Primus omnium hoc cornu cecinit Baptista. Hoc cornu iussit Christus apostolos per vniuersum orbem insonare. Hoc personant Apostolici prædicatores in Ecclesia Romana, eadem annuntiantes quæ olim Apostoli, quæque ipse Christus. Qui ipsos audire recusat, Christum reijcit, Luc. 10. Vocat regnum Christi cornu salutis, quia Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti, Rom. 1. Alia regna suos habent titulos à potentia, diuitijs, prouincijs: sed regnum Christi sortitur nomen à salute. est enim regnum iustitiæ & æterna salutis. Alia regna sunt infirma & caduca: Christi regnum æternum & salutare, quod hic oritur in fide & charitate, illic vero perficitur in potentia, comprehensione & gloria. Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpetur. Is. 9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, a modo & vsque in sempiternum.

2. Indicat quale sit regnum Christi, & in quo consistat: nempe in Misericordia Dei, quia sine vllis nostris meritis Christus regnum hoc instituit. Ideo Zacharias ait, *Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.* Item Paulus Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed, &c. Consistit etiam in sanctitate & iustitia, quia eramus captiui, & Christus nos liberauit, non vt libertatem iactantes, legem spiritus reijciamus, sed vt sine timore inordinato, carnali & seruili, de manu, id est, potestate inimicorum nostrorum liberati visibilibus & inuisibilibus, seruiamus illi in sanctitate, id est reuerentia erga eum. Leuit. 20. & Deut. 18. *in iustitia* (quæ communis est virtus, omnem completens virtutem) *coram ipso*, non coram hominibus tantum vt hypocritæ; recta scilicet intentione & attentione, *omnibus diebus no-*

B 5

stris.

suam visitationem & redemptionem auspicaturum. Luc. 19. *Regnum Christi in domo Dauid & in populo Israël inchoatum.* *Quibus armis & insignijs Christi regnum constet.* *Regnum Christi cur cornu vocatur.* *Regnum Christi cornu salutis.*

Regnum Christi quale sit, & in quo consistat.

stris. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matth. 10. & 24. Iustitia ergo nostra, & verè nostra, non tantum fide apprehensa, sed etiam sanctis actionibus comparata, est nobis necessaria ad salutem.

Insignia regni Christi.

Habet hoc regnum Christi sceptrum & gladium. Apocal. 1. habet arma, potestatem clauium: præter hæc, orationem fidei. Ephes. 6. habet vestem curialem, crucem & tentationes. Rom. 1. habet symbolum, sacramenta septem: habet stipendium, vitam æternam, quæ merces est operum bonorum.

Iohannes præcursor Messie, et ad salutis susceptionem præparator.

3 Reddit nos certiotes de hoc regno Christi, & filium suum Iohannem dicit esse præcursores Messie, & iam adesse, & vocat eum prophetam: quod nomen non nisi excellentibus & summis donis Dei præditis conuenit. Ait enim: *Tu puer propheta altissimi vocaberis. Vnde Matth. 21. Omnes habebant Iohannem sicut prophetam. Præibis ante faciem Domini parare vias eius.* Quia præparauit animos hominum ad tantæ salutis susceptionem, ne si aduentus ille mentes hominum oscitantes & auersas inueniret, oblata salus auerteretur in cumulum exitij. Sequitur,

Baptismus et prædicatione Iohannis quid esserint.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Subaudi præibis. Nam Iohannis prædicatione fecit, vt intelligerent instare salutem, idque in remissionem, id est, per remissionem peccatorum. Non ait ergo, ad dandam salutem, sed scientiam salutis. Nam Iohan. 1. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Suo enim baptismo, suaque prædicatione effecit, vt intelligerent sese peccatores, & scirent sibi opus medico, ac cognoscerent iam adesse eum, qui solus omnium, omnibus per fidem Euangelicam largiturus sit salutem æternam, videlicet gratuito condonatis peccatis.

Remissio peccatorum ex visceribus misericordie Dei prouenit.

Remissio ergo hæc prouenit ex visceribus misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, hoc est, Iesus Christus. Nam vir oriens, nomen eius. Zachar. 6. Perieramus siquidem, nisi ille pro sua genuina bonitate miserus esset nostri, nisi ille veluti sol quidam cælitus nobis exortus, dispulisset tenebras ignorantie nostræ, profligasset peccatorum caliginem, ac frigida corda suæ charitatis accendisset igne. Psal. 18. A summo cælo egressio eius. Sequitur: *Ad illuminandos eos qui in tenebris (ignorantie, erroris, & infidelitatis, Ephes. 4.) & umbra mortis, (hoc est, peccato) sedent: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

Solius Iustie Christus in quem sine cælitus nobis exortus.

Venit igitur non tantum vt remissionem peccatorum conferat, verum etiam vt illuminet omnes credentes. Nam est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; Iohan. 1. de qua Isa. 9. & 42. agitur: & vt dirigat pedes nostros, id est, affectus nostros, in viam Euangelicam, quæ via est pacis, quæ per fidem & charitatem humana diuinis conciliat, dirimens inimicitiam quæ erat inter Deum & hominem. Nam nisi ipse

ipse direxerit, semper erunt obliqui: nisi det gratiam, semper affectus nostri erunt peruersi. Beda: Direxit gressus operum nostrorum, quatenus per viam veritatis quam monstrauit, incedere, atque ad mansionem perpetuæ pacis possimus intrare, quam promisit Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta.

NOTATV DIGNVM.

Prædicit angelus Zachariæ quod multi in natiuitate Iohannis gaudebunt: Ne existimemus hoc ideo dictum, quasi conceptio Iohannis fuerit supernaturalis, vel quasi ipse aliquam diuinitatem ex se in sese contineat, quam alij non habent: sed illud dixit angelus propterea quod ipse futurus erat paranymphus atque præcursor Christi. Ipse erat baptizaturus Christum, & digito demonstraturus. Ideo dicit angelus, quod multi gaudebunt iam eum esse natum, qui non tantum annuntiet, verum etiam digito commontret Christum.

Angelus quare prædixerit Zachariæ multos in natiuitate Iohannis gauisuros.

EPILOGVS PRIORIS PARTIS.

1 *Imitabile exemplum omnibus parentibus in Zacharia & Elizabeth utroque parente Iohannis. Erant ambo iusti coram Domino, versantes in omnibus præceptis et iustificationibus Domini, irreprehensibiles.*

2 *Sterilitas non semper propter peccatum. Nam Patriarcharum coniuges steriles, vt Sara, Rebecca, Rachel, hæc Elizabeth: & liberi stipendia sunt matrimonij: quæ si dat Deus, consecrentur eidem qui dedit, Deo. Exemplum sit Anna Samuelis mater, 1. Reg. 1.*

3 *Catalogus laudum Iohannis & sui officij, Magnus coram Domino, Spiritu sancto repletur ab utero matris, Helias erit spiritu & virtute. Ex quo etiam habemus scopum officij prædicationis, conuertere homines ad Dominum Deum, & præparare Domino plebem perfectam.*

EPILOGVS POSTERIORIS PARTIS.

1 *Liberi & proles stipendia sunt casti & immaculati matrimonij. Hæc vicissim consecrentur Deo: sic parentes salui euadunt per liberorum generationem, si permanserint in fide, charitate & dilectione. 1. Timoth. 2.*

2 *Auspicia concionatorie functionis, manus Domini erat cum Iohanne præcursores veritatis.*

3 *Summa doctrinae pietatis per impletum Spiritu sancto Zachariam paucissimis exposita, Visitauit Deus plebem suam, quasi longa infirmitate tabescentem, & quasi venditam sub peccato, vnici filij sui sanguine redimens.*

I N D I E P E T R I E T P A V L I

A P O S T O L O R V M, E P I S T O L A.

Eodem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudeis, apposuit apprehendere & Petrum, (erant autem dies æstiuorum.) Quem quum apprehendisset, misit in carcerem, tradens-

Actor. 12.

tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Quam autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussioque lateris Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum, Precingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, et nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam Ferream quae ducit ad ciuitatem, quae vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio verè quia misit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudaeorum.

Qua sorte aut fortuna pij & Christi ini à mudo excipiuntur in Petri et Iacobi persona declaratur.

Matth. 23
Iohan. 16.
Matth. 20

Tres Herodes ut patris nominis ita etiam patris criminis, sacrae commemorant historie.

Matth. 16
Iohan. 21.

Hæc lectio historica tria potissimum discenda nobis proponit. Principio qua sorte aut fortuna pij Christianiq; homines à mundo excipiantur, idq; Petri persona nobis satis declarabit, neq; minus Iacobi. Hunc sanè Herodes mudi satelles egregius, ob Christi nominis professionem occidit: istum verò apprehensum cõiecit in carcerè, euestigio simili supplicio post Paschæ festum (ni diuina prouidètia obstirisset) affecturus. In hoc non ab similibus lupo, qui (teste Ambr. in Hexameron.) si semel gustet carnem aut sanguinem humanum, semper appetit. Apoc. 22. Qui nocet, nocebit adhuc, & qui in sordibus est, sordescet adhuc, &c. Dicit ergo Lucas, Misit Herodes rex manus ut affligeret quosdam de Ecclesia, &c. Tempus adesse cõperat de quo Dominus prædixerat, Persequemini de ciuitate in ciuitatem: & qui occideret eos, arbitraretur se obsequium præstare Deo: absque synagogis fierent: velut agni inter lupos irent: calicem quidem Domini biberent, &c.

Tres Herodes fuisse sacre commemorant historie: qui sicut eiusdem nominis, ita & patris criminis fuisse leguntur. Hic ergo Herodes nolebat prædecessoribus suis crimine minor esse. Si quidè primus persecutus est Saluatoris infantiam in nece bimulorum, Matth. 2. Secundus occidit Iohannem Baptistam, Marc. 6. Mat. 14. & veste alba indutum irrifit Saluatorè, Luc. 23. Iste ergo Herodes conatur implere mèsuram patrù suorù. Hinc versus:

Ascalonita necat pueros, Antipa Iohannem:

Agrippa Iacobum: claudens in carcere Petrum.

Vidès ergo se apostoli Iacobi nece placuisse Iudeis, apposuit apprehendere & Petrum, quibus plus cæteris inuisus erat, tum quia princeps Apostolorù, tum quia maioribus miraculis fulgebatur.

gebat. Sanauit enim infirmos verbo, vt patet de Aenea, Act. 9. imò per vmbra. Act. 5. Iudæis Petrus leo fuit in via, & spina in oculis. Talis ipsis erat, qualis Ioseph suis fratribus, & Sauli David. Hoc compertum habens Herodes, quoniam rex nouellus erat, cupiebat impiè gentis fauorem aucupari. Verùm quoniam non nisi scelere conciliari potest amicitia pessimorum, postquam occidit Iacobum fratrem Iohannis, etiam Petrum occidendum coniecit in vincula, & vt lupo pastorem inuasit, quatenus orbatum gregem totum disturbaret & dilaniaret.

Ex his satis cõstat quid nõ faciat princeps iniquus, quid non tenet iudex peruersus: ne sedibus suis deturbetur, & vt populi fauorè, adipiscantur. Peruertunt omnè æquitatem & iustitiam, dicunt bonum malum, & malum bonum: amarum dulce, & dulce amarum: iustificant impium, & iustitiam iusti auferunt ab eo. Vnus ministrorù assistens, vt placeret domino suo, dedit alapa innocentiissimo Iesu. Pilatus volens placere Iudæis, adiudicauit fieri petitionem illorum, vt scilicet Iesus crucifigeretur, Barrabas autem liber demitteretur. Sed audiatur Iacobus cap. 4. Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Item Psal. Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Ideo Apostolus ait, Gal. 1. Non quero hominibus placere. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Erant autem dies azymorum. Hæc verba facinus exaggerat, locus enim & tempus nonnunquam culpam aggrauat: quia grauius est peccare die sacro vel loco, quam prophano: vt qui diuinis rebus debuissent esse intenti, necibus & effusionibus sanguinum occupantur: quæadmodum etiam apud Christianos modò cernimus sacris diebus plura homicidia, comestationes, ebriitates, omneq; genus lasciuie perpetrari, quam alijs diebus. Hinc Dominus Amos 5. ait: Odi & proieci festiuitates vestras, &c. Itè Isa. 1. Sabbatum & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Kalendas vestras & solennitates odiuit anima mea.

Herodes quum apprehendisset Petrum, misit in carcerem, tradiditq; quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo, utiq; vt ad populi voluntatem occideretur. Non enim sufficiebat ciuitati sanguinum, Dei filium interemisse, nisi etiam credentes in eum de terra deleret. Ecce, inquit Dominus, ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occideris, & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat, &c. Erant, inquit, dies azymorum: vt qui prius Christi sanguine Pascha suam polluerant, etiam Apostoli Petri nece semetipsos in eadem solennitate contaminarent.

Porrò summa cum industria Petrus arctis vinculis & fortis custodia seruabatur in carcere, ne forsan is qui mortuos suscitabat,

Petrus Iudæis leo in via, et spina in oculis fuit.

Amicitia malorum nõ nisi scelere conciliari potest.

Fauoris vulgi amor & ambitio omnem æquitatem et iustitiam deprauat, nihilque non truculentia excogitat.

Iohan. 18.
Marc. 15.
Locus & tempus nonnunquam culpam aggrauant.

Matth. 23

*Frustra ser-
uatur ab
hominib⁹,
quē Deus
ad ecclesie
utilitatem
adhuc
vult habe-
re incolu-
men.*

Psal. 36.

Luc. 11.

Matth. 23.

Sors piorū

in hoc mū-

do, et om-

nium vnū

Iesum Chri-

stum confi-

tentium.

Hebr. 11.

Quandiu

erūt Iacobi

et Petri, tā-

diu et He-

rodes erūt.

tabat, claudos firmabat, cuius etiā vmbra sola sanabat infirmos, arte qualibet aut virtute euaderet aut eriperetur. Sed quid? Frustra seruabatur ab hominibus, quē Deus & Dei virtus & sapientia adhuc suæ ecclesie ministrum & doctorē & consolatorem habere volebat. Gladium (vt ait Propheta) euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum, vt sagittent in occultis immaculatū: vt decipiant pauperē & inopē, vt trucidēt rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Vnde etiam Saluator comminatus est eis, dicens: Omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, requiratur à vestra generatione: relinquetur vobis domus vestra deserta.

Ea itaque piorum in hoc mundo sors est, præsertim verò fidelium concionatorū, vt propterea quòd vnū Iesum Christum populo seruatorem, iustitiā, mediatorē, vitam, spē proponunt ac confitentur, habeantur odio, mendacijs impetantur, apprehendātur veluti facinorosi, iniiciātur carceribus, ligentur vinculis, lacerentur ferreis pectinibus, distorqueātur ignitis forcipibus, cædantur plumbatis, imponantur ignibus, præcipitentur in abrupta loca, suspēdantur in cruce, saccis illigati immergantur aquis, occidantur gladio, & innumeris alijs supplicijs afficiantur. His profecto modis tractati sunt omnes sancti & iusti quotquot à condito mundo in præsentem vsque diem fuerūt. Et ne putemus ea casu fieri, ipse Christus & Apostoli ita etiam prædixerunt futurū. Sic namq; Dominus ait Matth. 10. Tradēt vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabūt vos, & ad præfides & reges ducemini propter me, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Sic dicit Paulus 2. Tim. 3. Omnes qui piè viuere volunt in Christo, persecutiones pati necesse est. Ita & Petrus in priori sua canonica 2. cap. inquit, In hoc (ad afflictiones scilicet tolerandas) vocati estis, quia & Christus passus est pro vobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius. Quemadmodum vero ex intēta afflictione propter nomen Iesu & iustitiā, electi et pij cognoscuntur: ita inde & tyranni ac Herodis affectæ deprehenduntur. Quare nimirum omnes illi qui quenquā (sive is sit concionator, sive popularis) ob nominis Iesu confessionē insectantur, veri sunt tyranni, & religionis hostes, quantumlibet etiā bonum prætendant zelum, & religionis amorem mentiantur. Et quādiu erunt Iacobi & Petri, tamdiu & Herodes erūt. Hoc est, quādiu erunt in mundo pij, tamdiu erunt & tyranni ac persecutores. Non enim potest mundus pius ferre, quemadmodum nec Herodes Iacobum & Petrū ferre poterat. Hæreat ergo semper in cordibus nostris illud Sirachi: Fili accedēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animā tuam ad tentationē, Eccl. 2. Vt autem verè patiamur vt pij, sicque cum Paulo gloriari iure possi-

possimus in afflictionibus: pij etiam re vera simus, hoc est, vera germanaque præditi simus fide, innocenterque viuamus. Si enim ob falsam hæreticamque fidem, aut ob impia facta affligamur, inanis fuerit gloria nostra, nihilq; merebimur, 1. Pet. 4. 2. Secundo proponit quonam pacto pij in huiusmodi constituti afflictionibus se gerere debeant. Id tum in Petro tum in Ecclesia credentium ciarè videre est. Quum enim Petrus seruaretur in carcere, precatio sine intermissione fiebat ad Deum pro eo ab Ecclesia. Non enim factiosorum aut schismaticorum more ad arma concurrerunt reliqui discipuli, vi suum pastorem liberaturi: sed ad assiduas preces fugerūt. Christi namq; Ecclesia alia arma non nouit præter orationem & lachrymas. Decet etiam capitis sui salutem membra desiderare & quærere: & æquum est subditos pro suorum (præsertim optimorum) incolumitate præpositorum satagere; cum eiusmodi prælatorum incolumitas, salus sit sudditorū. Hinc Paulus obsecrat primū omnium obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones fieri pro omnibus hominibus, præsertim pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, &c. quia, inquit, hoc est bonum & acceptum coram saluatore nostro Deo, &c. Non contemnendæ igitur communes ecclesie preces, oratio iustorum efficax. Hiero. Impossibile est preces multorum non exaudiri. Apostoli in vnum orantes meruerunt accipere Spiritum sanctum, Actuum 2. Nec incassum ab Ecclesia pro Petro supplicatum est, quæ suis precibus angelum euocauit in carcerem scædum è cæli palatio. Promiserat enim hoc Dominus ipse discipulis dicens: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et iterum: Si duo vel tres ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. Et fortasse propter hoc permisit Dominus Apostolum suum comprehendere, vt fidelium precibus liberaretur, & ex ipsius liberatione inuicta Dei virtus (qua potens est in se sperantes saluare) fidelibus innotesceret, & exinde maiori cum fiducia fideles in tribulatione constituti ad Deum in oratione confugerent, cui vtiq; est cura de illis.

Sic sanè & omnibus pro Christo afflictis factitandum est. Quoties ergo & nos affligimur, sive externè à malis hominibus, sive internè à satana & carne: toties ad precationem tanquam ad sacram ancoram confugere debemus, eamque ad Deum citra intermissionem fundere. Plurimum enim valet deprecatio iusti assidua, Iacob. 5. Et iubet etiā Dominus, vt ad se in tribulationibus confugiamus, dum sic inquit: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorabis me, Psal. 49. Vnde & David alibi ait: Hi in curribus & in equis cōfidunt, nos autē nomē Domini inuocabimus, Psal. 19. Certè legimus Exod. 17.

quod

*Pij in af-
flictionibus
constituti,
quomodo
se gerere
debeant.
Schismatico-
rum mas
in angu-
stijs.*

*Ecclesia
Christi alia
arma non
nouit præ-
ter oratio-
nem et la-
chrymas.
1. Tim. 2.
Iohan. 16.
Matth. 18
Quare Do-
minus Pe-
trum cōpre-
hendi per-
miserit.*

*In afflictio-
nibus, ad
precationē
veluti ad
sacram an-
coram con-
fugiendum.*

Moses plus
effecit orā-
do, quā
Iosue pu-
gnando.

Mors ta-
met si em-
nium ter-
ribilium
terribilis-
sima non
tamen illis
qui illum
celestē phi-
losophum
audierunt,
qui docuit
hominem
mortē cor-
poris non
perire, sed
distrabi.
4. Reg. 1.
Rigorem
corporeum
aliquando
laxare lici-
tum est.
Luc. 12.
Ephes. 6.
Præcinctu-
ra & cal-
ceatio Pe-
tri quid
pretende-
bat.

quod cū pugnaret Iosue vna cū filijs Israēl aduersus Amalech,
Moses plus effecit orādo, quā Iosue pugnādo. Ideo nimirum
& nos iam in præsentī nostrā tribulatione cum primis confu-
giamus ad orationem, spemq; figamus omnem in Domini au-
xilium: & ita haud dubiè consolationem in breui sentiemus. sic
enim ait ille Psal. 90. Quia in me sperauit, liberabo eum: prote-
gam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me,
& ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam
eum, & glorificabo eum, &c. Quod declarabit locus sequens:
3. Terriò proponit qualem Dominus se pijs in afflictionibus
declaret & exhibeat: quod ex angeli factō satis superq; osten-
ditur, *In ipsa siquidem nocte, cum altero die producere vellet Herodes Pe-
trum ad necem, erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis
duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem.* Ex quo mor-
tem se contemnere probat, qui in castino moriturus, inter ca-
tenas & milites securus dormiebat. Non enim otiosè audierat
dicentem Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus,
&c. Vestri capitis capilli omnes etiā numerati sunt, &c. Quam-
uis enim omnium terribilium maximè terribilis est mors (teste
Aristotele) non adeò tamen terribilis est illis, qui audierunt cæ-
lestem illum philosophum, qui nos docuit non verbis tantum,
sed euidentibus etiam exemplis, hominem morte corporis non
peire, sed distrahi, animā velut è molestissimo carcere educi in
beatam requiem: corpus item aliquando ad gloriæ societatem
reuicturum, vnde habet illud αἴσιμα spiritus, Apoc. 16. Beati
mortui qui in Domino moriuntur. Nouerat enim Petrus scri-
ptum esse, Pro. 12. Non cōtristabit iustū quidquid ei accederit.
Item Sap. 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit, anima eius in
refrigerio erit. Cogitabat itē illud Apostoli, Siue viuimus, siue
morimur, Domino viuimus & morimur, quia Domini sumus.
Et ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percuf-
soque latere Petri, excitauit eum dicens, Surge velociter. Et ceciderunt ca-
tenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum, Præcingere et calcea-
te caligas tuas. Prophetas & Apostolos cingulis vsos fuisse legi-
mus, quorum sibi Petrus ligamenta propter frigiditatem car-
ceris ad horam laxauerat, vt tunica circa pedes demissa frigus
noctis vtunque arceret, exemplum præbens infirmis, quum vel
molestia corporali, vel iniuria tenamur humana, licere nobis
aliquid de nostri propositi rigore laxare. Sic Timotheus iube-
tur à Paulo modico vino vti propter stomachū, & frequētes in-
firmitates, 1. Timoth. 5. Et quia dicitur in Euangelio, Sint lūbi
vestri præcincti, & iterum ab Apосто. Calceati pedes in præpa-
rationem Euangelij pacis: spiritualiter virtutem prædicandi &
Apostolicæ functionis resumere iubemur insignia.

Iussus ergo se præcingere & calceare, fecit sic, Et rursus Angelus ad
eum;

*enim: Circunda, inquit, tibi vestimentum tuum, et sequere me, &c. vs-
que, vltro aperta est eis.* Nihil obfuit, exeunti custodum turba, si-
cut nec cuitodes exeunti Christo de sepulchro. Oppressi erant
enim milites somno & sopore, quem immiserat illis Deus: vel
cæcitate percussi erant, sicut illi milites qui volebant capere Eli-
sæum, 4. Regum 6. Nec mirum præterea, quod cesserint ostia
Petri, quem æternæ custodem depurauerat aulæ, ac suæ Eccle-
siæ fecerat retinere cacumen, ac infernum superare, Matth. 16.
Luc. 22. Tandem mirabiliter è vinculis liberatum eduxit è car-
cere in ciuitatem, sicque disparuit angelus ab eo. Sic solet cum
suis agere Dominus. Non sinit preces piorum esse frustraneas,
neque deserit suos, quamuis aliquandiu appareat ac si omnem
de iustis curam abiecerit: at tandem adest, sicque suam in ipsis
liberandis exerit potentiam, vt omnes etiam impij fateri co-
gantur ipsum pro illis sollicitum esse: id quod sanè Dauid expe-
rimēto didicit, dum inquit Psalmo 33. Pauper clamauit, & Do-
minus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius sal-
uauit eum. Moratur Angelus Domini in circuitu timentium
eum, & eripiet eos. Item ibidem: Iuxta est Dominus ijs qui tri-
bulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multæ tribula-
tiones iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Et
2. Pet. 2. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos
verò in diem iudicij reseruare cruciandos.

Monemur itaque hęc ne defatigemur orando, nèue ob dila-
tionem auxilij diuini desperemus. Vnde & Habacuc sic vnum
quemque nostrum affatur: Apparebit (Dominus) in finem, &
non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens
veniet, & non tardabit, Habac. 2.

Vbi autem Petrus ad se rediisset, agnouit se à Domino libe-
ratum esse, ei que ob id omnem tribuit gloriam, adeoq; & alijs
eam liberationem deprædicauit.

Nunc scio, inquit, verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eri-
puit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudæorum: Qui
nimirum ardenti desiderio Petri mortem expectabant. Et sic
verificatum est illud Salomonis Prouerbiorum 10. dicentis:
Expectatio iustorum lætitia. Et contra expectatio sollicito-
rum peribit, ibidem capite 11. Iustus de angustia liberatus est, &
tradetur impius pro eo. Spes impiorum peribit, Prouerb. 10.

Hoc exemplum monebit nos, vt quotiescunque è malis libe-
ramur, aut subito aliqui gaudio donamur, id non acceptum
feramus nobis ipsis, aut humanis viribus, sed vni Deo auxilia-
tori: ideoque huic debitas agamus gratias, & alijs quoque eius
potentiam misericordiamque diuulgemus.

Cum Ecclesia hodie simul & diui Petri & diui Pauli Aposto-
lorum memoriam solennem agat, mirum alicui videri possit,

C cur

Deus non
sinit p. eces
piorum esse
frustraneas
neq; dese-
rit tuos sed
ipsis talem
adest libe-
rator.

Exhortatio
cōsolatoria
cōtra despe-
rationem.

Auxiliato-
ri Deo om-
nem nostrā
cōsolationē
nostramq;
bonum ac-
ceptū ferre
debemus.

*Epistola et
Euangelium
quæ litera-
tenus de
Petro lo-
quuntur, re-
vera etiam
conueniunt
D. Paulo.*

cur ergo huiusmodi nobis nunc & Epistola & Euangelium proponantur, in quibus nulla omnino de Paulo mentio fiat, Sed de solo Petro? Vt verò tollatur dubium hoc, sciendum est, non extare Epistolam & Euangelium quæ expressè vtriusque meminerint, quæque in hodiernum festum (quod nimirum de illorum martyrio est) aptè quadrent. Proponit igitur nobis Ecclesia Epistolam Euangeliumque huiusmodi, quæ et si literatè de solo Petro loquantur, re vera tamen conueniant & diuo Paulo. Nam uti in Epistola audiuius in carcerem coniectum esse diuum Petrum: ita & multis in locis habemus Paulum item detentum esse in vinculis. Act. 16. & 21. Quem admodum item in Euangelio audiemus Petrum confessum esse quòd Dominus Iesus sit & Christus, & filius Dei viuentis: ita & infinitis in locis legimus & Paulum eandem vnicè vrisse confessionem, quam etiam modis omnibus coram vniuerso mundo illustrauit.

EPILOGVS.

- 1 Certificamur hic, omnes in Christum credentes, afflictionibus exerceri oportere, 2. Timoth. 3.
- 2 Nullum presentium in afflictionibus ostenditur remedium posse adhiberi, quàm fiduciam in Domini benignitatem, & preceationem assiduam. Ieremias oratione confortatur in carcere, Daniel inter leones seruat, Susanna à falso crimine liberatur, Pueri in somnace tripudiant.
- 3 Dominus non derelicturus est suos, nec passurus vt supra quàm possumus, tentemur, sed daturus est gratiam, qua & afflictiones possumus pati, & ab ijs liberari, 1 Corinth. 10.

I N E O D E M D I E F E S T O A P O S T O -
L O R V M , E V A N G E L I V M .

Matth. 16.

In illo tempore, Venit Iesus in paries Cæsareæ Philippi & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelauit tibi, sed Pater meus qui in celis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni calorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in celis.

*Sermones
nostri sunt*

Hoc Euangelium cōplectitur tres doctrinas fidelibus omnibus diligenter obseruandas. Primò quæstionē de Christo, quis sit. Cū enim venisset in partes Cæsareæ Philippi, quam Philippus Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionis in ho-

in honorem Cæsaris sic appellauit, de fundamento fidei collocationem fecit, vt sic nos eius exemplo, quo iter alleuiemus, quæ salutis sunt conferamus. siquidem ipse adit comes, siue curru arcuato, siue nauigio, siue pedibus iter conficiatur. Hoc claruit Luc. 24. Nam hoc Mat. 18. Promisit, dicens: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Sed valde timendum hodie, Deum rarò adesse peregrinantibus aut itinerantibus, quorum conferentiæ plus faciunt ad fidei religionisquæ catholicæ destructionem, quàm ædificationem. Vt mundo à scandalis. Matth. 18.

In hac ciuitate tradunt historiæ Romanos reges solitos fuisse tributa ab vniuerso regno percipere: ibi etiam descripto sub Augusto orbe terrarum tributum soluebatur. Congruè ergo vbi descripto orbe numeratus est census, ibidem etiam Dominus orbis, Rex regum, censum siue tributum fidei exegit à capitaneo animarum Petro. Christus enim hic interrogat discipulos quid de filio hominis sentiant homines, & Apostoli. Non interrogat autem ex ambitione. nam ipse immortalē & æternam apud Deum patrem habebat gloriam. Nec interrogat ex ignorantia. nam ipse scrutator est cordium & cogitationum: quod sæpe re ipsa ostenderat, Ier. 17. Luc. 11. Sed quærit propter discipulos, vt perspicuè scirent quis esset ille de quo ipsi erant per vniuersum terram orbem concionanturi: & vt haberent suæ doctrinæ apud homines testimonium: & propter populum, vt & ipsi quem sectarentur, noscerent, necnon compertum haberent quæ sit Euangelica fides, quæ seruat credentes, sine qua nemo potest Deo placere, Hebr. 11.

Veræ enim tunc erant de Christo ac Messia opiniones: Alij dicebant eum esse Iohannem Baptistam. Et hi fuerunt ex ijs qui cum Herode exultabant eum post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula. Nam Marc. 6. dicitur: Audiuit Herodes Rex (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat (de Christo scilicet) quia Iohannes Baptista surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in illo.

Alij Eliam. Qui etiam mouebantur ex eo quod acriter reprehendebat & arguebat vitia: & expectabant quod veniret, eo quod Malach. 4. dictum sit, Ecce ego mitto vobis Eliam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

Alij verò dicebant eum Ieremiam, aut aliquem prophetarum. Quod simili sapientia præditus esset, quam tamen à nullo didicerat. Etenim Ieremias cū adhuc puer esset, in prophetam assumptus est, Ierem. 1. Hæc sentiebant homines. Nihil enim supra hominem de eo sentire poterant. Magnum hominem suspicabantur: Messiam, filium Dei, seruatorem orbis nondum

*theologi
ædificato-
rij in omn-
loco quate-
nus digne-
tur nobis
adesse De?*

*Tributum
fidei exegit
Christus à
discipulis.*

*Interroga-
tionis Chri-
stianæ.*

*Opiniones
de Christo
ac Messia
varie.*

Ephes. 4. credebant. est autem hic communis vulgi defectus, vacillare, opinionibus duci, more paruulorum fluctuare, omni vento doctrinæ circumferri, & ad varias errorum partes claudicare. Contra tales olim Elias locutus est 3. Reg. 18. Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, Si autem Baal, sequimini illum.

Voluit Christus discipulos suos publice suam fidem confiteri.

Confessio Petri clara et omnibus ad salutem necessaria.

Filium Dei viui Petri Christum confietur ad distinctionem falsorum deorum.

Necessaria Christi cognitio ad salutem.

Quamuis autem discipulos verè de se sentire sciret: voluit tamen eos publicæ suam sententiam etiam confiteri. dicitur enim Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et Psal. 115. Credidi propter quod locutus sum. Vnde interrogat eos, dicens:

Vos autem quem me esse dicitis? Quasi dicat, populus suo more vacillat, nec sibi constat: vos autem ab hominibus opinione alieni, & filij Dei per adoptionem gratiæ diuinæ, qui me propius ac domesticè nostis, qui perpetui testes fuistis omnium quæ gessi, quæque docui, miracula plura vidistis, meque iubente ipsi signa fecistis, age quæ vestra de me sententia est, & quæ me esse dicitis? Respondit Petrus: Omnium nomine tanquam futurus ordinis Apoitolici princeps & caput, *Tu es ille Christus filius Dei viui*, id est, Tu es Messias, saluator, redemptor, mediator, dominus, rex, sacerdos, pastor, magister, via, veritas, vita, semen mulieris, sanctificatio, & redemptio, iustitia & iudex. Summa: Certa & indubitata sententia profitetur Christum esse Messiam à Prophetis promissum singulari quodam modo filium Dei, Rom. 1. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

Filium Dei viui appellat ad distinctionem idolorum & demonum, quos erronea gentilitas sibi met ad colendum vel ex mortuis hominibus instituit, vel ex rebus insensibilibus quos adoraret, creauit: de quibus Psalm. 113. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, & Psalm. 95. Omnes dij gentium demonia.

Verè clara, sed necessaria fidei professio: sine hac nullus saluabitur, Iohan. 3. Marc. 16. Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus ille filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius, Iohan. 20.

Sciendum autem hic est, sub cognitione Christi non simpliciter fidem intelligi, sed fidem viuam, & bonorum operum feracem: hoc est, qua non solum credimus ipsum verè esse Christum, & viuentis Dei filium, verum etiam ipsi tanquam Christo & filio Dei viui subijcimus, obedimus & seruimus, Galat. 5.

Hinc elicimus duas doctrinas. 1. Necessariam esse cognitionem Christi ad salutem, ita vt corde credamus eum esse verum filium Dei. Nam absque hac cognitione nullus philosophorum quantumuis eximijs dotibus decoratus, nullus etiam

Iudæus

Iudæus & si religiosisimè legem Mosi obseruauerit, ingressus est regnum cælorum. Hanc doctrinam maximè catholicâ confirmat ac docet Spiritus sanctus, qui (vt refert Lucas Act. 4.) per os Petri dixit: Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi. August. lib. de natura & gra. cap. 2. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

2. Elicimus neminem hanc Christi cognitionem proprijs viribus aliecutum, nec suis meritis sibi promeruisse, sed Patre æterno reuelante sibi contigisse: cuius reuelatio nisi ex diuina misericordia Petro fuisset facta, cæcus in sua ignorantia permansisset. Hanc secundam doctrinam catholicam abundè confirmat Christus hodierno Euangelio, quando dixit, *Beatus es Simon Bar-tona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Caro enim non reuelat, & sanguis non cognoscit Christum, sed Pater cælestis, dicente Christo Matthæi 11. Nemo nouit Filium, nisi Pater. Item Iohannis 15. Sine me nihil potestis facere. Et Paul. 2. Corinth. 3. Non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Item 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit per Spiritum tuum. Et Philip. 2. Deus est qui operatur in vobis velle & perficere, pro bona voluntate. Ideoque & Paulus ait 1. Cor. 12. quod nemo possit dicere Iesum esse Dominum seu Messiam, nisi per Spiritum sanctum. Omnis ergo qui à Patre didicit, & quem Pater traxit, cognoscit Christum, Iohan. 6. Hanc doctrinam docent Concilia, hanc habuerunt catholici patres, Augustinus, Prosper, Fulgentius, Ambrosius: hanc & nos sequi tenemur.

Ex prima hac huius Euangelij parte docentur primum Episcopi cæteri que Ecclesiæ prælati suarum partium esse, diligenter inuigilare super gregem suam, diligentemque indaginem facere, quis rumor, quæ fama de eis spargatur, an varijs opinionibus circumferantur, an etiam nutent in fide, &c. ad hoc ipsum quoque eos monente Apostolo Paulo, Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, &c. Item 2. Timoth. 4. Tu verò vigiila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, &c.

Monentur quoque vt solliciti sint de bono nomine, ne malè audiant apud suos, inter quos oportet eos esse sal terræ, & lumen mundi, Math. 5. & Apostolus Philip. 2. Sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, &c. Episcopum oportet esse sine crimine, irreprehensibilem, & testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt, 1. Timoth. 3. & Tit. 1.

Cognitio Christi cælestis Patris donum est.

Partes Episcoporum et Ecclesiæ prælatorum sunt inuigilare super gregem suam, &c.

Curam habeant prælati de bono nomine,

C 3

Deinde

*Fides catho-
lica non est
neganda
aut dissi-
mulanda,
sed constā-
ti animo
vbique con-
fitemur.
Simoni im-
ponitur no-
mē Petrus
super Pe-
trū petram
factum fir-
missimam
superstruē-
da promitti-
tur ecclesia
Petrus pa-
ter fidei &
multarum
gentium in
Ecclesia.
Atoc. 12.
Ecclesia ex-
pugnanda
prædicatur
sed inexpu-
gnabilis fo-
re promit-
tunt.*

Deinde docemur hic omnes, quòd interrogati quid de Chri-
sto deque eius religione sentiamus: animo intrepido & con-
stanti semper & vbique confitemur nos esse filios Christi ca-
tholicos, Ecclesiæ Romanæ subiectos. Non licet fidem negare
vel dissimulare, quamuis sit verbum crucis. Rom. 1. Non eru-
besco Euangelium, virtus enim Dei est, &c.

2. Secundò complectitur doctrinam de Ecclesia, de cuius
fundamento, auctoritate & capite euidenter satis Christus nos
instruit. Nam 1. dicit Christus, *Tu es Petrus*: Quasi dicat, Tu
qui antea vocabaris Simon, Iohannis 1. iam non tantum Si-
mon, sed Petrus es: nec vocabaris tantum, sed es verè Petrus, à me
petra ita dictus, non huc aut illuc varijs opinionibus vulgi va-
cillans. 2. Dicit: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*
Quasi dicat: Super te petram firmissimam factum, Ecclesiam
meam ædificabo, id est super te consistentem me verum Deum,
ædificabo ædificium spirituale Christianorum, qui sunt lapides
viui: ita tamen, vt tu propter excellentiam tuæ confessionis &
fidei dicatis pater fidei & multarum gentium in Ecclesia quam
formo, sicut Abraham pater fuit multarum gentium propter
fidem, Rom. 4.

3. Dicit: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Quasi di-
cat, Et contra hanc ecclesiam in te Petro & super te fundatam,
portæ inferi non præualebunt. Multis machinis imperet eam
satanas: draco tribulationum flumina in eam emittere nõ ces-
sabit: sed meo præsidio stabit ædificium hoc inexpugnabile,
tantum maneat ista solida professio. Luc. 22. Simon, ecce sara-
nas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: sed ego rogavi
pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerius,
confirma fratres tuos. Nihil efficient tyranni atque hæretici,
etiam si in ipsum insurgant, per quos illecti homines ducuntur
ad tartarum.

1. Quod hic sit genuinus sensus verborum Christi, probat
scriptura sacra, & Ecclesia. Nam Marc. 1. dicit, Petrum ante
suam vocationem vocatum Simonem. Præteriens Iesus secus
mare Galilææ vidit Simonem, &c. Luc. 5. semper vocat eum Si-
monem narrans ea quæ fecerat ante suam vocationem, Matth.
4. eodem modo.

2. Ecclesia quoque tum Græca tum Latina ab Apostolis ipsis
vsque ad nos, ita hæc verba intellexit.

3. Chrysostomus vnicum Græcicæ Ecclesiæ ornamentum,
homil. 55. in Matthæum, declarat hæc verba in hunc modum:
Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Si aduersus Ec-
clesiam non præualebunt, multò minus aduersum me præua-
lebunt.

Sunt & patres qui constanter affirmant, Ecclesiam super Pe-
trum

trum fundatam, quales sunt, Chrysostomus homil. 55. in *Doctores
Matthæum*, & super Iohan. homil. 87. Ambrosius in Lucam *affirmātes
lib. 4. cap. 9.* Origenes homil. 6. super Matthæum, & 8. super *Ecclesiā su-
Iohannem.* Hieronymus in Matthæum, & lib. 1. contra Io- *per Petru
uinianum.* Basilius aduersus Eunomium lib. 2. Cyprianus in *fundatam,
epistola ad Pupianum, libr. 4. epistol. 9.* Tertullianus libr. de *enumerat.
præscriptio. hæreticorum.* Hilarius etiam cum exclamatione *tur.*
admiratur tantam gloriam in Petro. Leo primus in sermone
de festiuitati Petri, & sermone 3. de anniuers. suæ Pont. assump.
Gregorius in resist. lib. 4. epistola 32. ad Mauricium Impe-
ratorem.

Non negamus quod dixit Paulus 1. Corinth. 3. Fundamen-
tum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod
est Christus Iesus. Et David Psalm. 117. Lapidem quem re-
probauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Item
Isaias 28. cap. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem,
lapidem probatum, angularem, pretiosum, Matth. 21. Marc.
12. Luc. 20. & 1. Per. 2. Ecce pono in Sion (id est, in Eccle-
sia) lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui
crediderit in eum, non confundetur, Rom. 9. Sed dicimus cum
magno illo Leone, quòd id quod Christo est proprium, per
communicationem & participationem commune fit Petro: si-
cut Christus est lux & Dei filius natura, & vera proprietate,
ipse tamen vocat suos discipulos lucem mundi, filios Dei, per
participationem: & ita quamuis Christus sit petra atque fun-
damentum primarium, Petrus nihilominus per communica-
tionem à Christo factus est petra, super quam Christus suam
fundauit Ecclesiam, de qua agitur Apocal. 21. vbi Iohannes se
vidisse perhibet ciuitatem nouam Ierusalem descendentem de
cælo à Deo paratam. & post pauca sequitur, quod murus ciui-
tatis habuit fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim no-
mina Apostolorum, & Agni: ipsi enim primi adhærentes fun-
damento primario, duodecim articulos fidei quasi duodecim
fundamenta, superposuerunt fundamento prophetarum &
apostolorum Christo: imò ipsis articulis, ipsam fundamentum
collocarunt: cuius structuræ spiritualis nos sumus lapides vi-
ui, Ephes. 2. Nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sancto-
rum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum apo-
stolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo
Iesu, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum
sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitacu-
lum Dei in Spiritu sancto.

Ex hac doctrina variæ eliciuntur doctrinæ. 1. Illos esse in
Ecclesia quam Christus instituit, qui huic petræ, Petro scili-
cet, compage fidei & charitatis vel solius fidei coniunguntur.

*Id quod
Christo est
proprium,
per comuni-
cationem &
participa-
tionem cõ-
mune fit
Petro.
Fundamē-
tū prima-
riū Christi,
Petrus se-
cundariū.*

*Lapides vi-
ui structu-
ra spiritua-
lis sunt
Christi fi-
deles.*

*Qui in Ec-
clesia Chri-
sti sint.*

*Ecclesia Ca-
tholica &
re. a penes
quos sit.*

*Lapides ve-
ri sed tamē
mortui in
Ecclesia,
qui sint.
Abraham
sicut pro-
pter excel-
lentiam fidei
fuit pater
omniū Iu-
dæorum in
Christū cre-
dentium, ita
Ecclesia Pe-
trū caput
suū a no-
scit, patrē
sux fidei ac
cōfessionis
Promissio
de clauib?*

*Clauē quā
do dederit
Christus.*

*Clauē re-
gni cælorū
dū e.
fo est et
discernēdi
scientia.*

2 Ecclesiam Catholicam, veram, sanctam & apostolicam, pe-
& eius successoribus firmiter adherent.

3 Eos esse lapides viuos in hac Ecclesia, qui huic Petro lapi-
di viuificato ac pretioso, à Christo in fundamentum suæ Ec-
clesiæ delecto, compagine fidei, charitatis & obedientiæ cohæ-
rent, Ephes. 2.

4 Eos esse lapides veros, sed mortuos, Ecclesiæ Catholice,
qui quamuis vinculo charitatis inter se non cohæreant, cohæ-
rent tamen nexu fidei in vinculo pacis. Habet enim Ecclesia
bonos & malos.

5 Sicut Abraham propter excellentiam suæ fidei fuit pater
omniū Iudæorum qui credebant in Christum, adeo vt scri-
ptura dicat, quod in ipso, id est, ad eundem modum sicut &
ipse, benedicerentur, & quod sit pater multarum gentium: ita
Ecclesia Petrum caput suum agnoscit, patrem suæ fidei, ac
confessionis. Hunc omnes imitemur, & ipsi cohæreamus, vt
possimus aliquando lapides esse cælestis illius ciuitatis Ieru-
salem.

3 Tertiò complectitur doctrinam de clauibus regni cælo-
rum, quas Christus Petro eiusque successoribus & Ecclesiæ v-
niuersali dedit. Sunt enim clauē nō materiales ex auro, argen-
to, vel ferro, neq; humano aliquo artificio inuente, sed est quæ-
dam supernaturalis potestas diuina virtute munita, quā Chri-
stus qui omnia potest, in primis Petro alijsque Apostolis at-
que eorum successoribus diuinitus concessit, qua scirent &
possent dignos recipere in regnum, indignosque à regno se-
cludere. Has clauē Christus promissit Petro, quando illi dixit:
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam,
&c. Et tibi dabo clauē regni cælorum. Promissit etiam reliquis
Apostolis, quando dixit: Quæcunque ligaueritis super terram,
erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueritis, &c. Matth. 18.
Dedit autem eas Christus, quando post resurrectionem Petro
dixit, Pasce oues meas, Iohan. 21. Et sicut singulariter illas cla-
uē Petro promissit, ita singulariter Petro ipsas concessit. Theo-
phylactus in Matthæum. Itē quando Petro & Apostolis ap-
parens, insufflauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata, &c. Iohan. 20. Has clauē Raba-
nus in Matthæum discretionem & potestatem nominat. An-
selmus verò ipsam discernendi scientiam & potestatem appel-
lat. Potestatem, qua liget vel soluat: discretionem, qua dignos
vel indignos discernat.

Hæc doctrina incredibilem consolationem animabus om-
niū Christianorum adfert. Iucundum est enim scire, quod
Christus in cælum ascendens, cælorum clauē Apostolo Petro
&

& ipsius successoribus reliquerit. Hanc consolationem exi-
miam diabolus adeo nobis inuidet, vt per suas proles ipsam
nobis adimere conetur. Siquidem vel ad verbum potestatem
clauum referunt, vel omnibus renatis ex æquo collatas teme-
rè & falso affirmant. Nos verò Catholici tenentes quod omnes
& vbiq; Catholici patres crediderunt, confitemur potesta-
tem hanc solis sacerdotibus tributam. Nam solis Apostolis
Christus dicit, Quorum remiseritis peccata, &c. Iohannis 20. Et
earum virtutem non in verbo, sed in effectu & actu confessio-
nis sacramenti consistere.

Clauum excellentiam & inclytam virtutem ita prædicant
patres tum Græci, tum Latini. Cyprianus libr. 1. epistol. 2. ad
Cornelium inquit: Cùm permiserit ipse qui legem dedit, vt li-
gata in terris, etiam in cælis ligata essent: solui autem possent
illic, quæ hîc prius in ecclesia soluerentur. Bernardus serm. 1. in
die Petri & Pauli: Clauē regni cælorum tam singulariter ac-
cepit Petrus, vt præcedat sententia Petri, sententiam cæli. Chry-
sostomus 1. de sacerdot. eandem sententiā confirmat. Iure er-
go dicere possumus, quod olim dicebant Iudæi, Deut. 4. Non
est alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes
sibi, sicut Deus noster adest nobis: Non est alia natio quæ ha-
beat clauē regni cælorum, sicut natio Christiana Catholica,
quæ sedem Petri, Romanam Ecclesiam, matrem ac dominam
confitetur.

APPENDIX.

Sicuti arx supra petram fundata, suo stabili inniritur funda-
mento, siue irruant procellæ, siue tempestates: ita Petri sedes
super Petrum fundata, virtutem à Christo suo fundatore tam
solidam habet, & tam firmam, vt nullis turbinibus aut procel-
lis hæreticorum quantumuis vehementibus oppugnata, sit rui-
tura. Christus enim pro ipsa sede, pro omnibus qui eam guber-
nant, patrem orauit, ne eius fides vacillet, nec deficiat genera-
tio fidelium, Lucæ 22. Etiam Christus cum ipsa est vsque ad
consummationem seculi omnibus diebus, Matth. 28. Et quem-
admodum fides Petri stabit, nec corruet: ita stabit in æternum,
qui in obedientia huius sedis & charitate perseuerauerit: Quia
hi habent Deum Patrem, Christum fratrem, Spiritum san-
ctum ducem.

EPILOGVS.

1 *Ars artium & scientia scientiarum hîc docetur, cognitio nimirum Ie-
su Christi, quæ est vita æterna: ad hæc cognitio Ecclesiæ, quæ est domus &
habituaculum Christi, extra quam nō est salus.*

2 *Petri confessione articulus fidei nostræ confirmatur, quo cōstemur Ie-
sum esse Christum, filium Dei vnicum Dominum nostrum. Hæc fides quæ
à tam excellenti doctore discitur, suo fructu non caret. Nam vocat Domi-*

*Iugens cō-
solatio om-
nibus Chri-
stianis,
quod Chri-
stus in cæ-
lū ascendēs
Petro eius-
que succes-
soribus cæ-
lorum cla-
uē relique-
rit.*

*Potestas
clauū solis
sacerdoti-
bus cōcessa
Natio alia
nō est quæ
habeat cla-
uē regni
cælorū, si-
cut natio
Christiana
Catholica.*

*Sedes Petri
adeo firmi-
ter virtute
Christi fun-
data est, vt
nullis tur-
binibus
aut procel-
lis hæreti-
corum op-
pugnata,
sit ruitura*

nus Petrum ob confessionem et cognitionē hanc beatum. Beatitudo autem consistit in sempiterna pace, in perenni voluptate, & aeterna vita: nec potest quid his ab ullo mortalium experi excellentius aut iucundius. Consequitur ergo, Christi cognitione nihil esse neque vilius, neque magis necessarium: ideoque verè dicit Iohan. 17. *Hæc est vita aeterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

3 Quid sit Ecclesia, ostenditur, nempe domus mystica supra petram Christum, secundario supra Petrum extructa: hoc est, societas in Iesum Christum Dei filium verè credentium, hunc agnoscentium & amplectentium pro vero lapide angulari, Act. 4. Item quàm firma sit Ecclesia, credentium collectio: quòd videlicet omnes portæ inferorum non sint aduersus hanc valitura, non tyranni huius mundi, non satan, non caro, non peccatum, non hæreses, quemadmodum nec imbres nec vèti aliquid possunt aduersus domum supra firmam petram ædificatam. Qui enim est in Ecclesia, is Christi membrum, & Christus eius caput est. si ergo Deus pro nobis, quis contra nos? Postremò quanta in Petro data sit Ecclesiæ potestas, nimirum regni cælorum oclusio & apertio, peccatorum ligatio & absolutio, retentio & remissio. Exultet igitur penitens & conuersus, cui Ecclesia per ministros aperit regnū cælorum, & absoluit peccata: at contra contremiscat impnitens, cui occludit Ecclesia vite ianuam, & peccata retinet.

IN FESTO VISITATIONIS

B. MARIÆ EPISTOLA.

Cantic. 2. **E**cce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreae hinc nulloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Et dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transit, imber abiit & recessit: flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationes aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra; ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni columba mea in feraminiibus petrae: in cauerna macerie ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Lectio præfens cur hodie se sto aptata sit. **L**ectio hodierna ob ad potissimum legitur, quòd in ea habeatur dilectum salis in montibus. Nam hoc literate nus in visitatione sanctæ Mariæ factum est. Dum enim illa festinanter in montana abiit, sicque & ascensu & descensu corpus mouit: haud dubie ipse quoque puer Iesus (verus nempe dilectus) ea motione sursum ac deorsum motus est, atque ita salijt quodammodo.

Colloquium suauissimum inter Eccle. **Q**uò ad sensum internum ac mysticum complectitur suauissimum consolatissimumque colloquium inter Ecclesiam amicam, & Christum dilectum, in quo quidem veluti in depic-
picta

picta aliqua ad viuum tabella nobis conspiciendum proponitur: primò quomodo ecclesia affecta sit erga Christum: deinde quomodo Christus vicissim erga Ecclesiam affectus sit.

1 Primò colluquet, non secus erga Christum affectam esse Ecclesiam, atque sponsa casta erga sponsum dilectissimum sibi. Ea verò sic erga sponsum suum affecta est, vt nihil impensius ardentiusque cupiat, quàm vt eum præsentem possit videre, vocem eius audire, osculis ipsi adlubescere, & familiariter cum ipso colloqui. Ita, inquam, & Ecclesia hoc vnum impensissimè & semper desiderauit, & hodie etiam desiderat, vt vocem sponsi sui Christi iugiter audire, ipsumque coram cum cernere, tum alloqui possit. Initio quidem corporalem ipsius præsentiam, conspectum & colloquium & osculum experebat. Vnde nimirum hæc vota: Inclina cælos tuos, & descende, Psalm. 144. Rorate cæli desuper, & nubes pluuant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem, Isa. 45. Vtinam cælos dirumperes, & descenderes, Isa. 64. Osculerur me osculo oris sui, Cantic. 1. Veniat dilectus meus in hortum suum, Cantic. 4.

At nunc spiritualem sponsi præsentiam, nimirum gratiam, & mysticum colloquium, nempe verbum saluificum, cum primis esurit ac sitit. Hinc isti clamores: Excita potètiā tuam & veni, vt saluos nos facias. Deus virtutum cōuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Deus virtutum conuertere, respice de cælo, & vide, & visira vineam tuam, Psal. 79.

In hoc autem affectum huiusmodi Ecclesiæ perspectum habere necesse simul & utile est: Primò, vt discamus quæ sit vera Ecclesia, ea videlicet quæ ab vna pender Christo, eiusque verbum sedulo vrget: deinde, vt nostri faciamus periculum, & nostram conscientiam examinemus, num & nos verè ecclesiæ simus membra. Certè nisi hoc pacto erga Christum simus affecti, hoc est, & ipsum & ipsius verbum vnice suscipiamus, alienissimi erimus ab Ecclesia, adulteri & scortatores.

In hunc ergo modum primo loco Ecclesia loquitur de dilecto suo, Christo nimirum, & præsertim duo de ipso nobis proponit. 1 Vnde is venerit, cum ait: *Venit saliens in montibus, transiliens colles.* hoc est, venit è summo cælo, è sinu patris cælestis. Non enim de terra est, vt cæteri homines, Iohan. 3. & 5. Ideoque vocat illum Paulus Dominum de cælo, & hominem cælestem, 1. Corin. 15. Venit autem propter Ecclesiæ suæ seu vniuscuiusque animæ salutem, quemadmodum & Ecclesia in Symbolo canit: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et venit quidem exerte saliens, hoc est, voluntariè, alacriter, ex amore: quemadmodum & ipsemet alibi dicit, *Lusi in orbe terrarum, & delitiæ*
meæ

sua amica, & Christum dilectum.

Ecclesia non secus erga Christum affecta est, atque sponsa casta erga sponsum sibi dilectissimum.

Ecclesiæ ad sponsum suum ardens desiderium.

Ecclesia nunc etiam spirituale sponsi præsentiam, gratiam, & mysticum colloquium esurit & sitit.

Ecclesia vera quæ sit, et quæ verè eius membra.

Sponsus dilectus unde venerit, & cur venerit.

Incarnatio Christi saluus dicitur.

Dilecti natura depingitur.

meæ sunt, vt sim cum filijs hominum, Eccles. 24. Prouerb. 8.
2 Cuius sit naturæ. Id inde elici potest, quod comparatur ab Ecclesia capræ & ceruo, quodque dicitur stare post parietem nostrum, ac respicere per fenestras. Caprea acutissimi est visus, ita vt venatorem à longe præuidere possit, nec tamen ab illo videri queat. Ceruus verò fortis est ac celer, fugatque serpentes ac omne venenum. Sic nimirum & Deus verè acutissimi est visus: nam videt omnia, ipse inuisibilis, Hebr. quarto. Est quoque idem verè fortis, vt qui est omnipotens. Verè item celer, quippe qui nullo negotio vbique locorum sit. Verè denique serpentium venenique omnis fugator, quippe sanctissimus & purissimus ipse, omnisque peccati & impuritatis osor atque profligator.

Dilectus sponsæ Deo & homo esse ostenditur.

Quum igitur Ecclesia dilectum suum Christum, capræ ceruoque comparet, aliud nihil eo vult intelligi, quam ipsum verè esse Deum, capræ ceruique proprietates spiritualiter habentem: quod sacræ literæ passim testantur. Nam Hebr. 4. Non est vlla creatura quæ non manifesta sit in cor. spectu illius. Et Matthæi 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Item Ephes. 4. Ascendens supra omnes cælos, implet omnia. Et denique 1. Iohan. 3. Ad hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.

Quod verò dicit, illum stare post parietem nostrum, & respicere per fenestras, eo innuit, hominem quoque esse illum, & hominis filium. Nam per parietem nostrum & fenestras nostras, humanitas nostra seu nostra caro intelligitur.

Christus erga Ecclesiã affectus ita est, atque sponsus erga vnicè adamatam sibi sponsã. Christus hoc vnum molitur semper, vt suæ sponsæ Ecclesiæ adjit.

2 Secundò proponitur quomodo & Christus vicissim erga Ecclesiam suam affectus sit. Colligitur enim ex superiori sensu, ipsum non secus erga eam esse affectum, atque sponsus erga vnicè adamatam sibi sponsam solet. Is verò nihil habet prius, nihil maiori studio conatur, quam vt quamprimum suæ adsit, oscula in eam figat, confabuletur ei, & omnino sese cum ea vinculo amoris indissolubili subdat. Ad eundem modum & Christus ipse hoc vnum molitur semper, vt suæ sponsæ Ecclesiæ adsit, eam gratiæ suæ osculis reficiat, eam per salutiferum sui Euangelij verbum alloquatur, consoletur, confirmet, & sic prorsus vnum cum ea fiat. Hoc autem verum esse, re ipsa & olim testatus est, & hodie etiam testatur. Nam quemadmodum principiò in corporali præsentia ab Ecclesia desiderabatur, sic etiam è cæli montibus saliens in hunc mundum venit: & stetit post parietem nostrum, hoc est, nostram assumpsit humanitatem, & similis factus est capræ hinnuloque ceruorum, hoc est, in similitudine carnis peccati apparuit nobis, ac posteaquã per prospectum fenestrarum & cancellorum, hoc est, per miracula diuinitatis suæ Ecclesiæ innotuisset, veluti ceruus fortissimus

simus antiquum illum serpentem diabolum fugauit per passionem & mortem, & ita Ecclesiam perpetuò sponsam atque vxorem condonauit sibi.

Item quemadmodum iam ab Ecclesia in præsentia spirituali desideratur, sic quoque hodie præsentissimus ipsi adest & colloquitur, nimirum per sacramenta, per mysticam gratiam, & per verbum suum saluificum. Hinc veniunt hæc compellationes, Amica mea, columba mea, formosa mea. Amicam autem Ecclesiam vocat, quod eam dilexerit in mortem vsque. Columbam verò, quod simplex illa sit, & ipsi fidelis. Formosam denique, quod eam lauerit ab omni peccatorum immunditia & effecerit sponsam sanctam & irreprehensibilem, non habentem rugam neque maculam, Ephes. 5.

Qua nimirum compellatione cum sequenti, duo præcipua ostenduntur. 1 Quid Christus suo aduentu & descensu Ecclesiæ contulerit, quum dicit *hyemem transisse*, hoc est, placasse patris iram, imbrem abiisse & recessisse, hoc est, abstulisse peccata, vicisse satanam, destruxisse mortem. *Flores apparuisse in terra*, & *tempus putationis aduenisse*, hoc est, omnia facta esse noua, reconciliatam esse iam Deo Ecclesiam, pacem & gaudium esse impetrata. *Vocem turturis auditam esse in terris*, hoc est, se Spiritum sanctum & euangelicam gratiam impetrasse, misisseque mundo. *Ficus denique protulisse grossos suos*, & *vineas florentes suum dedisse odorem*, hoc est, donatum esse per se hominibus iustificationis donum, fidem, spem, charitatem, & reliquos spiritus fructus, salutemque adeo æternam. Quod autem Christus hæc omnia contulerit nobis, ex scripturis testatissimum est.

2 Cæterum quid vicissim ab ecclesia pro his tantis donis postulat, ostenditur, estque vt surgat & veniat, vtque ostendat ipsi faciem suam, & sonare faciat vocem suam in auribus ipsius: hoc est, vt surgat à vitiorum somno, veniat ad ipsum per fidem: vtque in sanctitate & iustitia seruiat coram ipso, atque ipsius nomē verbumque & gratiam coram vniuerso mundo publicè confiteatur.

Si ergo & nos tantis Christi fructibus participare cum Ecclesia cupimus, esseque sic & ipsi illius amici ac formosi: surgamus iidem à lecto incredulitatis & vitiorum: veniamus ad illum in foramina petræ per fidem & fiduciam in ipsius vulnera: simus quoque coram ipso sancti & irreprehensibiles per charitatem, atque ipsum intrepidè confiteamur.

EPILOGVS.

1 *Amatoria sancta cantica nuptiarum celestium Christi & Ecclesiæ mysticè hic videre licet. teste Augustino super Psalm. 143. Plato diuis commentus est amores: alterum, internum hominem querentem: alterum, externum petentem. Bene quidem pro ethnicorum cecitate philosophus ait,*

Dilectus suæ sponsæ hodie etiã presentissimus adest et colloquitur per sacramenta, per mysticã gratiã & verbũ suũ saluificum. Dilectus Christus quid suo aduentu et descensu ecclesiæ contulerit.

Quid dilectus pro tantis donis ab Ecclesiã postulet, ostenditur. Luc. 1. Nobis quid faciendũ, si tuis Christi fructibus participare cum Ecclesiã cupim?

est, sed ad amorem eum qui Spiritus sancti est, perungere non potuit. De amore isto vide Rom. 8.

Matth. 11. 2 Ecclesia confitetur Iesum esse Christum & filium Dei uiuentis, eque
Iohan. 8. celo iuxta diuinitatem descendisse ad terras, utrumq; virginis introisse,
Psal. 44. & quod uerbum caro factum sit, & habitauerit in nobis, Ioan. 1. & 3.
Matth. 5. 3 Singularem ex amore Ecclesiam Christus quasi sponsam euocat ab omni
Iohan. 3. idololatria, ut uerbum Dei audiat, custodiatque, ut obliuiscatur patronos
Colos. 3. penates, ut exemplum suum imitetur, & bonis operibus studeat, ut ingenium
I. Petr. 1. Spiritus sancti per quem renata est, referat. Ecclesie quoque sponse
refugium Christus sponsus declaratur.

IN EODEM FESTO

EVANGELIUM.

LUC. I.

IN illo tempore, exurgens Maria abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iudae: & intrauit in domum Zachariae, & salutauit Elizabeth. Et factum est ut audiuit salutationem Mariae Elizabeth, exultauit infans in utero eius: repleta est spiritu sancto Elizabeth, & exclamauit uocem magna & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui: & unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo & beata quae credidisti, quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timētibz eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exultauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

Aduentus
Christi hu-
mano te-
simonio
ostenditur
factus.

Hoc Euangelium complectitur tria. Primò, per quos homines Deus Pater salutiferum opus incarnationis Christi reuelari uoluit, nempe per Mariam & Elizabeth. Unde quum occultum Christi aduentum ostendisset angelico testimonio ut futurum, nunc humano ostendit ut iam factum, 1. Tim. 3. Manifestum est magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

Alius quispiam consulisset, ut hoc negotium in primis denuntiaretur Augusto Caesari, aut Herodi regi, qui deinde imperatoris mandatis & regis edictis uniuerso mundo hoc mirabile opus publicassent. Sed noluit Deus hoc negotium publicari per imperatorem aliquem uel reges mundanos, uel ponti-

fices

fices populi: sed per simplices & pauperes mulierculas, iuxta illud 1. Corinth. 1. Quae infirma & stulta erant mundi, delegit Deus, &c.

Hoc loco autem Maria uirgo postquam suscepit nuntium angeli, & inuenit in uirginali utero filium Dei, audiensque Elizabeth in senectute concepisse filium, non remorata tanta dignitate, exurgens à quiete contemplationis ad opera charitatis festinauit. Non quasi incerta de nuntio, non dubitans de exemplo, sed læta pro uoto, religiosa pro officio, festina praegaudio, abiit in montana festino cursu, quatenus gradum ueriret iuuenula, quemadmodum filius quem gestabat, non uenerat ministrari, sed ministrare. Maria maris stella, caelesti femine foecundata prodijt in lucem, ut omnibus pietatis exemplis luceret, maximè praegnantibus, quibus tum incumbit pijs ac sanctis exercitijs intetas esse. Simile exemplum habent in Anna Samuelis matre, 1. Reg. 1. 2.

Neminem sacra uirgo salutat obuium, cum nemine nugatur in itinere, non circumspectat, quoniam uerebatur diu inter homines palam commorari: sed tantum cogitat quomodo ad suam cognatam Elizabeth perueniat, eam salutet, ei gratuletur, felicitatem precetur, & illi ad tempus inferuiat. Quae in re exemplum praebet omnibus integris uirginibus & mulieribus, ut & ipsae sint uerecundae & honestè incedant. Contraria facientes, plerumque inuoluuntur criminibus. Hinc ait Ambrosius, Discite uirgines non circuncursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Nam ut Gregorius ait, Qui thesaurum in publico portat, ipso priuari desiderat. Turpe enim est tum uirgines, tum mulieres quolibet in plateis compellere homines, & aliquandiu confabulari. Vulgare est, gallinam plurimum gracillatē, statim deposituram ouum, aut iamiam deposuisse. Amat autem secretum uera uirginitas: non euocatur ab aedium intimis, nisi prouocet officium, in publico properat, in officio lentior est. Dinarardans ac curiosa ad uidendum mulieres regionis alienae, per Sichem filium Hemor Heuæi corrupta fuit: unde non parua clades subsecuta est, Genes. 34.

Docet praeterea ad opera pietatis festinandum, & ut uirgines alacres sint & festinae ad officia necessaria. Nescit enim tarda molimina Spiritus S. gratia, ut dicit Ambr. Sic pastores festinantes uenerunt in Bethlehem, Luc. 2. Zachaeus festinas descendit, & excepit Iesum gaudens, Luc. 19. Ambros. Discite uos sanctae mulieres sedulitatem quam praegnantibus debeat exhibere cognatis. Mariam quae ante sola in intimis penetralibus uersabatur, non à publico uirginitatis pudor, non à studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit.

Et in-

Exemplum
pietatis &
bonorum ope-
rum praebet
Maria praeg-
nantibus.

Docentur
uirgines
uerecundae
et honesta-
tem.
Thesaurum
qui in pu-
blico por-
tat, ipso
priuari de-
siderat.

Festinandum
ad opera
pietatis.

Adoleſcētulos & adoleſcētulas decet ſanctorū petere habitacula eorumque requirere alloquia.

Colloquiū familiare Mariæ & Elizabeth. Nō res parui momēti eſt quando Chriſticolæ ſeſe mutuo ſalutant.

Humilitatem eandē quā angelo exhibuerat Maria hominib⁹ quoq; exhibere curauit.

Humilitatis ac reuerentiæ exemplum præbet Maria virginib⁹. Senior debetur honor. Pœna in nō deferentes ſenio.

Et intrauit domum Zachariæ, &c. Zacharias grandæuus venerabilis ac ſanctus Domini ſacerdos erat, & Elizabeth anus religioſa, in quorum laudem dicit Euangelium: *Erāt ambo iuſti ante Dominum.* Docentur ergo hic adoleſcentuli & adoleſcentulæ, ſeruorum Dei petere habitacula, & eorum requirere alloquia. Quemadmodum enim qui tangit picem, inquinatur ab ea, & qui communicat ſuperbo, induit ſuperbiam, &c. ſic qui cum electis graditur & ſanctis, electus & ſanctus erit. Hinc monet Eccleſiaſt. 6. In multitudine preſbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde cōiungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus, &c.

2. Secundò complectitur familiare colloquium Mariæ & Elizabeth. Nam Maria comiter ſalutat Elizabeth, precaturq; illi omnia felicia & proſpera. Non enim eſt res exigua aut vana, vbi Chriſticolæ ſeſe inuicem ſalutant. Hinc Chriſtus Apoſtolis præcepit, Luc. 10. vt ſi quando ingrederentur domum, dicerent primū, Pax ſit huic domui. Porro hoc certum eſt, ſiquando pius homo nos ſalutat, tum Deus de cælo per eum hominem nos plurima ſalute impertit. Et qui eam ſalutationem fideli ac grato accipit animo, tanquam à Deo optimo maximo depromptam, ei ſanè non poteſt malè cedere, ſed haud dubiè ſaluti erit.

Eandem B. Virgo quam angelo exhibuerat, hominibus quoque curauit exhibere humilitatem, & quod maioris eſt meriti & virtutis, etiam minoribus, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. Quanto magnus es, humiliata te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Sic David 2. Regum 6. feciſſe legitur: Ludam, inquit, & vilior ſiam plus quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis, &c. Ambroſ. Didiciſtis virgines pudorem Mariæ: diſcite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, iunior ad ſeniorē: nec ſolum venit, ſed etiam prior ſalutauit. Decet enim vt quanto caſtior ſit virgo, tanto humilior ſit. Nouerat de ferre ſenioribus honorem, iuxta illud Leuit. 19. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum, ego ſum Dominus. Econtra Poëta dicit, Credebant hoc grande nephas, & morte piandum, Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat. Pueri quadraginta duo Eliſæo illudentes & acclamantes, Aſcende calue, aſcende calue; ab vrſis dilaniati & conſumpti ſunt, 4. Reg. 2. *Elizabeth veneranda anus. poſt quā audiuit ſalutationem Mariæ, exultauit infans in vtero eius.* Deum immortalem, quantum hic gaudij tuit, quam familiares hic ſermones habiti, quāta hinc miracula ſunt edita. Creator viſitat creaturam, Deus hominē, dominus ſeruū, magiſter diſcipulū. Mater Domini ſalutat

lutat matrem ſerui. Ioannes agnoſcit ſaluatorem priuſquam aſpexit cælū: & intra materni vteri ſinus, geſtu prædicat eum, quē olim erat ſua voce prædicaturus: & ſuſcepto ſingulari ſponſi, qui ſtat & audit eū, gaudio gaudet propter vocē ſponſi. Aderat enim tempus quo impleteretur angeli ſermo, quo ſpiritu S. ex vtero ipſum replendum prædixerat, Luc. 1. Matres mutuo ſeſe ſalutāt extrinſecus, & infantes vteris maternis adhuc clauſi congaudēt. Nec mirum. Si enim in præſentia arcæ veteris Teſtamenti ſic iubilabat Dauid cum Leuitis (1. Paral. 15.) quantò magis Ioannem cum matre exultare decebat in præſentia arce viuæ, quæ ſaluatorem mundi continebat?

Elizabeth vt audiuit ſalutationem Mariæ, repleta eſt Spiritu ſancto. Repletus autem eſt Ioannes Spiritu ſancto per eum quem geſtauit Mariæ vterus, nempe, filium Dei Ieſum Chriſtum. Per eundem & ipſa mater Ioannis Spiritu ſancto eſt repleta. Nam ſi Dominus olim ad præſentiam arcæ benedixit domui Obed-Edom (2. Reg. 6.) ſi Labā propter præſentiam Iacob, Gen. 30. ſi Ægyptijs propter Ioseph benedixit: quantò magis ad præſentiam Domini realem Zachariæ & Elizabethæ benedixit? *Et exclamauit Elizabeth voce magna.* Rectè voce magna, quia magna Dei dona cognouit, quæ illum quem vbique præſentem nouerat, etiam corporaliter ad eſſe ſentiebat. Magna, inquam, voce, non tam clamorosa quàm deuota, quia vocem verbi habuit in vtero, quemadmodum poſtea teſtatur, dicens, Ego vox clamantis in deſerto, Ioan. 1. Deuotio, magnus clamor in auribus Dei. Patuit hoc in Moſe, cui à Deo dictum eſt (Exo. 14.) Quid clamas ad me? Item in Anna. 1. Reg. 1.

Spiritu ſancto plena Elizabeth, non iam continet animi ſui gaudia, quæ prius tacita latuerat, conceptum pudore diſſimulans: ſed ingenti voce, quam ingens affectus ſuppeditabat, exclamauit, ea promens aſſatu ſpiritus, quæ nec ex vteri tumore ſuſpicari poterat, nec ex homine didicerat: & perinde quaſi angelum audiſſet cum Maria loquentē, ita verbis angelicis ſuam gratulationem auſpicatur, dicens:

Benedicta tu inter mulieres. Et verè ſingulariter benedicta inter omnes laudatas mulieres, quia à maledictionibus mulierum libera, de quibus primo Genef. 3. agitur, Multiplicabo conceptus tuos, & ærumnas tuas. In dolore paries filios. Deinde Exod. 23. Non erit infœcunda nec ſterilis in Iſraël. Et per eius partum à natis mulierum maledictio excluſa, in quo benedicendæ eſſent omnes gentes, Genef. 22. In ſemine tuo (ait Dominus Abraham) benedicentur omnes gentes. Verè iterum incomparabiliter benedicta, quæ & diuini germinis ſuſcepit gloriam, & integritatis ſeruauit coronam.

D

Eadem

Ioannes agnouit ſaluatorem priuſquam aſpexit cælum, eumque prædicat necdum natus. Meſſias & præcurſor mutua inter ſeſe celebrant gaudia. Elizabeth Spiritu S. repletur.

Deuotio ingēs clamor in auribus Dei.

Maria quorū rationibus benedicta.

Angelis et
hominibus
Maria de-
monstratur
veneranda.

Blasphemi
in Mariam
refelluntur.

Luce 11.
Psalm 32.

Fructus
Marie be-
neditus in
secula su-
per omnia.
Fructus
Marie, fru-
ctus vite.

Spiritus S.
vbi rectorē
agit, omnes
artes sunt
in summo
gradu.

Prophetie
& humili-
tatis dono
Elizabethā
Spiritus S.
decoravit.
Mora nulla
in discendo
est, vbi Spi-
ritus S. do-
ctor est.

Eadem ergo voce hic Maria ab Elizabeth, qua à Gabriele benedicetur, quatenus angelis & hominibus veneranda demonstratur. Ad hoc namque à Spiritu sancto edocta fuerat, cuius etiam opus est ad collaudandos sanctos incitare. Videant hic illi & confundantur, qui laudibus Mariæ invident, qui eius honori detrahunt, qui suas mēstruatas mulieres sacratissimo Dei tabernaculo æquare non verentur. Videant, inquam, quo spiritu agantur. Discant interim hic piæ ac synceræ mentes Mariam laudibus efferre, atque in summo habere honore, quæ angelis cælestibus ac sanctis hominibus, utputa Elizabethæ, nec non alteri cuidam Euangelicæ mulieri adeò veneranda fuit. Nam sanctos decer collaudatio, maximè Mariam. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, inquit Ecclesiasticus capite 44. Addit consequenter, *Et benedictus fructus ventris tui.* Non quia tu benedicta, ideò benedictus fructus ventris tui; sed quia ille te præuenit in benedictionibus, ideò tu benedicta, sed inter mulieres. Ille verè benedictus, nō in hominibus vel angelis, sed (vt Apostolus ait Rom. 9.) est benedictus in secula super omnia. Omnes enim in peccato concipimur, Psal. 50. & natura sumus filij iræ, Ephes. 2. nam per fructum ligni vetiti gustatum, mortem incurrimus, Genes. 3. Per hunc autem fructum, vitam consequimur, Prou. 3. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam. Alij filij fructus sunt parentum, hic solius ventris Mariæ fructus vnicus.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Sed quis indicauit Elizabeth, quòd Maria esset mater Domini? Haud dubiè Spiritus sanctus. Nam vbi is rectorē agit, ibi visus est acutissimus, auditus subtilissimus, sermo ardentissimus, opus beatissimum, & omnes artes sunt in summo gradu. Non ergo quasi ignorans hoc dicit, (scit enim esse spiritus sancti gratiam & operationem, vt mater prophetæ à matre Domini ad profectum sui pignoris saluteretur) sed quasi humani non sit hoc meriti, sed diuinæ gratiæ hoc munus esse cognoscat. Ipse enim spiritus qui ei donum prophetiæ quo matrē Domini cognouit, contulit, munus pariter humilitatis quo se minus dignam eius aduentu iudicauit, præstitit. quasi dicat: *Qua mea iustitia, quibus meis meritis accidit hoc mihi sterili & seni, hominū, que iudicio maledictæ, vt veniat tam humiliter & reuerenter, non in curribus arcuatis, & equis phaleratis, non in auro & gemis pretiosis, mater Domini mei ad me contemptam? Sic & filius eius postmodum loquutus est, Matth. 3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?*

Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ, &c. O quàm mira & cita Spiritus sancti operatio! Nulla in discendo mora est vbi Spiritus sanctus doctor est. En vno eodémque momento

cum voce saluantis nascitur gaudium infantis: quia cum vox intrauit aures corporis, virtus spiritualis cor intrauit audiētis: nec solam genitricem, sed & sobolem amore Dei aduenientis accendit. Subsilijt puer nondum natus, velut occurrere gestiēs Domino suo, ac debitum honoris officium exhibere, & applaudens voci quam Adam in paradiso timuit audire, & à facie Domini fugit, sed non aufugit, Genes. 3. Adam de publico absconditum fugit: Ioannes verò de abscondito in lucem gestit omnibus indicare agnum qui tollit peccata mundi, Ioā. 1. Sequitur.

Et beata que credidit, quoniam perficientur ea que dicta sunt ei à Domino. Hic Elizabeth omnia tribuit fidei, bonorum radici. Non enim habuit diuitias & potentiam, de quibus mundano more posset dici deata. Psal. 143. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Nec erat ex filiabus pontificum Annæ aut Caiphæ, sed pauperuli ciuis Ioachimi, in vrbe Nazareth: inter vicinas simplex puella, quæ domesticis laboribus, parentibus, vt fidelis filia, inseruierat.

Erat quippe ex regali stirpe Iuda, de tribu & domo David: sed nihil spei erat reliquum aliquid magni nasciturum de domo David. Herode crudelissimè in eam sæuiente. Ecce quanta est virtus fidei, quæ etiam in matre Domini commendatur, quam & charitate ornatam habuit, quando commendauit Mariam: & hanc in fide confirmauit, vocans scilicet eam beatam, & dicens omnia à Domino dicta in ipsa completum iri. Nam absque dubio charitatis est, de alio magnificè sentire, & alios in fide confirmare.

3 Tertiò complectitur celeberrimum canticum Mariæ, in quo tres præcipuas virtutes & opera Dei commendat: scilicet, 1 Misericordiam & clementiā Dei, quòd ipsam Deus respexerit, hoc est, sua gratia præuenit, & magnificis accumulauerit honoribus, eligendo nimirum ipsam in filij sui matrem, quum ait, *magnificat anima mea Dominū. Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo.* Ex quibus verbis talem omnino laudādi exultandi que modum audimus, quem totus mundus ignorat, nec imitari potest. Si enim laudat quempiam, sola lingua eum laudat: & si exultat, aut in sese aut in rebus perituris exultat. Verum Maria contrā, magnificatura Dominū, nō lingua tantum (hypocritarum more) illum magnificauit seu laudauit, sed & anima ac spiritu, hoc est, ex toto corde, per totam vitam, omnibus & corporis & animi viribus: exultans item non in sese aut suis meritis; neque in vllis rebus temporarijs, sed in solo Deo seruatore suo exultauit ac glorificata est. Sic & nos laudare exultatēque debemus, si quidem Dei esse videri velimus. Si, inquam, laudare quid volumus, eum laudemus so-

Beatitudi-
nem Mariæ
Elizabeth
tribuit fi-
dei, honorū
omnium
radici.
Fidei vir-
tus quanta
sit.
Charitatis
est de alio
magnificè
sentire, &
alios in fi-
de confir-
mare.
Canticum
Mariæ.
Misericor-
diam &
clementiam
Dei com-
mēdat Ma-
ria, quòd
ipsam respe-
xerit.
Isaie 20.
Matth. 15.
Prouer. 2.
Iaco. 4.
Modus ve-
rus laudā-
di Deum
& exultan-
ai in eo ex-
Maria pe-
tendus.

lūm, quem omnis decet laus & gloria, Dominum nempe: & laudemus quidem eum non verbis duntaxat, sed anima etiam tota, toto nimirum intellectu, omni voluntate, tota memoria, omnibus factis & cogitationibus nostris. Si item exultare & gaudere libet, non externis duntaxat gestibus lætemur, sed & cum primis spiritu: & exulemus non in sapientia aut iustitia nostra, non in generis nobilitate, nō in diuitijs aut mundi huius voluptatibus, non in corporis robore, sed in solo Deo seruatore nostro, ad huius vnus gloriam, Ierem. 9. 1. Corinth. 1. & 2. Corint. 10.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc be atam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timētibus eum.

Clemētiam suam Deus re ipsa erga Mariam declarauit.

His verbis, vt dictum est, immensam Domini misericordiam laudat. Hanc clemētiam declarauit Deus re ipsa: quia quum facile ditiores, potentiores, & pulchriores inuenisset virgines: attamen diuinos oculos coniecit in pauperulam virginem, eamq; elegit præter meritum. Principiō ergo canit misericordiam diuinam erga se abundē præstitam, mox verō & eam que omnibus æquē hominibus exposita est concelebrat. Et dicit in hoc opulenter Dominum erga se misericordiam suam declarasse, quōd respexit humilitatem ipsius, hoc est, quōd ipsam coram mundo abiectam (pauperulam nimirum & fabro desponsatam) in matrem filij sui vnigeniti elegerit, sicque supra cunctas totius mundi mulieres etiam sanctissimas extulerit: adeō vt & tunc & perpetuis temporibus ipsam pronuntiatū sint beatam, non solūm credentes Iudæi, sed & omnes totius orbis nationes quibus ex ipsa contigerit Seruator.

Maria prophetat misericordiā Domini nō modo non in ipsa desitura, sed etiam in totius mundi nationes propagandam.

Posteaquā verō Maria ineffabilem Dei erga se munificētiam dignis laudibus extulit, fit mox prophetissa, futuraque prædicit. Dicit enim misericordiam Domini non modō nō in ipsa desituram, sed & in alios quā latissimē propagandam: non in Iudæos tantūm, sed & in mundi totius nationes, omni tempore, ad vltimum vsque seculi huius diem: verūm in non impœnitentes & incredulos, sed in timentes ipsum, in pœnitentes, & in filium suum Iesum credētes: iuxta illud Petri Act. 10. Non est acceptio personarum apud Deum, sed in omni gente quisquis timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Iam & in nos hæc Domini misericordia opulenter effusa est: verūm videamus vt grati simus, Mariæ exemplo, vt que ex animo timeamus ipsum. Alioqui enim frustra illa in nos propagata fuerit. Eccles. 43. Exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude.

Commēdat potentiam Dei Maria.

2. Cōmendat potentiam Dei, quum ait, *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbes mente cordis sui. Deposuit pontentes de sede, et exal-*

exaltavit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Isaia 51. Hanc potentiam declarat re ipsa, quia dispersit superbos mēte cordis sui, & omnia eorum consilia reddit irrita, 1. Pet. 5. Deus superbis resistit, &c. Deturbat potētes de sede, & humiles euertit. Sic deturbauit Saul, Aman, Senes duos, & Iudæos, qui potentia sua diuinitus tradita abutebātur: & euertit Dauid, 1. Reg. 2. gum 16. Mardochæum, Ester. 6. Daniele, Dan. 13. & Gentes Rom. 9. 10. 11. in locum eorum. Esurientes implet bonis: non tantum satiat, sed affatim implet, & diuites dimittit inanes. Sic Lazarus famelicus in sinu Abrahæ æterno gaudio & salute satiatur: diues verō in inferno sepultus, iacet in æterno igne, & nullum habet solatium, Luc. 16.

Hoc igitur vult dicere Maria, Deus Pater filium suum Iesum (quem ego iam gesto in vtero) mirādā in potentiam exeret, qui tamen humilis & inermis apprebit. Humana enim potentia & autoritate formidabiles, habebunt filium meum pro imbecilli homunculo, ipsumque & eius doctrinam cælestem extinguere tyrannide sua conabuntur: verūm ille humilitate & imbecillitate sua omnem illorum potentiam euertet, eosque è thronis suis in ima tartara præcipitabit.

Humana sapientia turgidi, & qui religionis arcam tenere videbuntur, pro stulto ac seductore habebunt filium meum, ipsumque irridebunt, ac odio prosequuntur: at ille contra verbo suo (vt ipsis videbitur, stulto ac despicibili) stultam facturum omnem eorum sapientiam, & tanquam veræ religionis hostes, æternæ damnationi obnoxios declarabit.

Diuites item tum opum fluxarum, tum iustitiæ humanæ, filium meum, vtpote pauperem, & quibusuis calamitatibus pressum aspernabuntur, nec proin ditescere iustificarique per ipsum volent: cæterum ille efficiet interim, vt neque diuitiæ terrenæ, neque falso arrogatæ iustitiæ, quid eis salutis adferant, sed verè pauperes, impiōsque se in Dei iudicio esse sentiant.

Atqui qui corā mundo & in oculis proprijs sunt imbecilles, hos filius meus robore fortissimo donabit, vt ne ipsæ quidem portæ inferorū valere aduersus eos possint. Qui humiles sunt, & abiecti corā mūdo, eos ille sua benignitate extollet: Qui stulti corā mundo habentur, hos ille faciet sapiētissimos: Qui pauperes sunt & opibus & spiritu, eos ille æternū ditabit: Qui coram mundo & in oculis suis impij sunt: ipsos ille iustificabit. Qui denique de proprijs meritis diffident, & esurient gratiam Euangelicam, cibabit pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit eos. En hæc Mariæ mens fuit. Moncamur hic nos vt ante omnia in imbecillum, stultorum, humilium, pauperum, & esuriētium numero simus, quo & ipsi euehamur per Dei brachium, filium Dei & Mariæ, Iesum Christum.

Christus imbecillitate, stultitia, et paupertate sua, mundanam potentiam, sapientiam, et terrenas diuitias euersurus prædicitur.

Imbecilles robore donandos, humiles exaltandos, pauperes ditandos, stultos pro sapiētissimis habendos, &c. à filio suo vaticinatur Maria.

Iſa. 41. 30. et 54. Iere. 31. Pſal 131. Veritas Dei ſeu fides in promiſſis à Maria commendatur. Deus quicquid Abraham promiſit id in Maria perfectum eſt.

Commendat Maria veritatem Dei, ſeu fide in promiſſis, quum ait, *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordie ſuae. Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.* Hæc veritatem declarat re ipſa, quia recordatus eſt, non operum, meritorum, atque votorum hominum (non enim ex operibus iuſtitie quæ fecimus nos, &c. ad Tit. 3.) ſed præcipue miſericordie ſuae. Ac ſi dicat Maria, Quicquid clementiſſimus Deus Abraham promiſit, id in me perfectum eſt, non modo mihi, ſed toti Iſraël, hoc eſt omnibus credentibus, ſaluti: non ex merito noſtro, ſed ex benigna gratia quâ Abraham & ſemini eius promiſit, Gene. 22. Pſalm. 131. Ideoque & noſtrarum cum primis partium erit, vt laudemus illum perpetuo, quemadmodum ob miſericordiam & potentiam, ita & propter veritatem erga nos gratuito declaratam. Erit vero & hoc noſtrarum partium, vt tanta beneficia in nobis & conſtanti fide, & bonorum operum ſtudio conſeruare ſemper conemur, atque ita tandem, & ipſi læti fruamur iſdem gaudiis, quibus iam fruitur Maria vnâ cum omnibus ſanctis. Amen.

E P I L O G V S.

- 1 Fides ſana ſacramenta non contemnit, bene operari non ſuperſedet. Vtriuſque Maria exemplar eſt, & poſt Mariam Elizabeth.
- 2 Sanctos decet collaudatio, maximè Mariam, quæ omnium virtutum eſt ſpecimen. Glorioſa ergo ſemper in Eccleſia de hac vera & viua ciuitate Dei ſunt dicenda, per quam tanta nobis bona prouenerunt.
- 3 Sanctorum gloria & laus redundat in duplicem Dei laudem & honorem. Vnde & eximium hic habemus in Maria diuine laudis & gratiarum actionis paradigma: vt per quæ acceptum beneficium ſoli diuine munificentie tribuit, Deum ſolum ob hoc & animo & ſpiritu laudauit, eique ſoli gratias egit pro tribus miſericordia potentia, & veritate.

I N F E S T O M A R I A E M A G D A L E -
N A E, E P I S T O L A.

Pr:uer. 31. Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus terræ pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui, et ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ ſue. Quæſiuit lanam et linum et operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis iſtitoris de longe portans panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædã domesticis ſuis, et cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum et emit eum, et de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, et roborauit brachium ſuum: guſtauit et vidit quoniam bona eſt negotiatio eius, non exſtinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia, digiti eius apprehenderunt fuſum: manum ſuam aperuit inopi et palmas ſuas extendit ad pauperem: non timebit domui ſue à frigoribus niuis. Omnes enim domestici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit

ſederit cum ſenioribus terræ. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Cananeo. Fortitudo & decor indumentum eius, et ridebit in die noſſimo; Os ſuum aperuit ſapientie, & lex clementie in lingua eius: conſiderauit ſemitas domus ſue, & panem otioſa non comedit. Surrexerunt filie eius, & beatiſſimam prædicauerunt, & vir eius laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa eſt vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Mulier timens Dominum ipſa laudabitur: date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

IN hac lectione duo præſertim conſideranda veniunt. Alterum eſt probæ mulieris officium, alterum eiſdem fructus ſeu præmium. Principio, quod ad mulieris probæ munus attingit, quinque hic commendantur.

1 Fidelitas erga maritum, de qua ſic lectionis initium habet, *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius* Res ſiquidem bona mulier fortis dabitur viro Deum timenti. Talem mulierem inuenire, eſt theſaurum ingentem inuenire. Pro. 18 Corona ſiquidem eſt viri, cap. 12. Donum eſt Dei, ca. 19.

Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum et non malum omnibus diebus vitæ ſue. Contra otioſa, mollis laſciua, morte eſt amarulentior, Eccleſ. 7. Pleraque enim mulieres ſic comparatæ ſunt, vt maritis ſuis neque corporis pudicitia, neque rebus domesticis feruent fidem. Simul atque ille domum egreſſus fuerit, ſtatim alium taurum admittunt, mox comēſantur & abliguriunt omnia, aut in copularices ſuas transfundunt. In ſumma: non poteſt tantum ille inuehere, quantum ipſæ eiſciunt. At mulier virtute prædita, longè aliter affecta eſt. Sic ea marito fidem coniugalem ſeruat, ita res partas tueſtur, vt ſiue ille domum veniat, ſiue egrediatur, omnia perinde ſint in tuto. Amat maritum flagrantius, ſtudioſior eſt pudicitie, quam vt quippiam vel cogitet, nedum committat, quod illi ſit fraudi. Hinc quoque diuinitus ordinatur, vt ille ipſi ex animo confidat, nihil de ipſa ſuſpicetur mali: imo potius contra obirectatores eam defendat.

Huiusmodi fidelitatem imitentur omnes quæ probæ mulieres & eſſe & dici volent. Virgines autem eandem & ſuo ſpoſo Chriſto incontaminatam conſeruent.

2 Affiduitas in labore, cum ad huc modum in hac lectione ſic ſequitur: *Quæſiuit lanam et linum, et operata eſt libenter manibus ſuis. Facta eſt quaſi nauis iſtitoris de longe portans panem ſuum. Conſiderauit agrum, et emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, et roborauit brachium ſuum. Non exſtinguetur nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fuſum, et digiti eius ſuſtentauerunt colum. Multe inueniuntur hodie muliercule, quæ tempus aut dormiendo, aut ornando, aut edendo, & bibendo,*

Mulieris probæ officia 5.

1. Fidelitas erga maritum. Mulierem bonam et fortem qui inuenit, theſaurum ingentem inuenit.

Mulier otioſa, mollis, laſciua morte eſt amarulentior.

Ordinatio diuina maritus ſideli vxori ex animo confidit.

2. Affiduitas in labore.

In mulieres otioſas et negligentes.

aut nugando consumant: vt verò curent rem domesticam, vt laborent, vt operentur, ne semel cogitent quidem: de quibus & Paulus ait, 1. Timoth. 5. Sunt inquit, otiosæ, ac discunt circuire domos: non solum autem otiosæ, sed & loquaces ac curiosæ, loquentes quæ non oportet. Verum proba mulier cōtra in hoc tota est, vt curet rem familiarem, vt laboret noctu diuque, vt parta & conseruet & augeat, ne ijs dilapsis vnà cum marito & filijs laborare cogatur inopia. Hanc itaque assiduitatem omnes honestæ matronæ imitari satagant.

3 Liberalitas in familiam. Mulierum quarundā inhumani-
tas in domesticis.

3 Liberalitas in familiam, cum subditur: *de nocte surrexit, deditque victum domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Non timebit familie suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Quædam matres familias tam sunt inhumanæ in domesticos, vt eos non pudeat macerare illos fame & nuditate. Sæpe inusitata & irrationabilia ieiunia indicunt illis, sic labore assiduo opprimunt, vt viuere vix illis libeat. Ast mulier proba tam contā sollicita est pro suis, vt nihil patiat illis deesse, quod vel ad victum vel ad vestitum requiritur. Si tenuioris est fortunæ, ipsamet potius rotas noctes insomnes ducit & laborat, vt illis prouideatur. Talem ergo liberalitatem & omnes probæ sceminæ erga suos pro virili exerceant.

4 Munificentia in pauperes. Inclementia quarundā mulierum in pauperes.

4 Munificentia in pauperes, cum sequitur, *Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem, etc.*

Quarundam aures vsque adeo obturatæ sunt, vt pauperum clamores non exaudiant: habent ædes tam liberæ, vt ne semiobolus inde pendatur. Mulier autem timens Dei sic affecta est, vt quæ aliæ ad ornatum & delicias vertunt, ipsa pauperibus eroget. Sicut enim ornatum nullum Deo gratiorem, quam misericordiam & munificentiam esse.

5 Oris custodia.

5 Oris sui custodia: vnde sequitur: *Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua eius, &c.* Hoc nonnullæ periuasum sibi habent, quicquid liber, sibi licere effurire, eoque deierant, obtreçant, execrantur, iocantur, nugantur, turpia loquuntur. In summa, sic oris gladium circunquaque vibrant, vt quis optimo in re in vaginam alapam infringere possit. Cæterum mulier colens Dominum, aut tacet omnino, aut parè admodum loquitur, & nil nisi pia, honesta, & ædificatoria. Sapientiam depromit, verbum Domini laudat. Domini legem suis proponit. En has proprietates, hæc officia habet mulier timens Dei. Quidni vero? Bona arbor bonum fructum producit. Timor Domini, cum initium sit sapientiæ & omnis boni, non finit suum possessorem aliud vel cogitare, vel dicere, vel facere, quam quod deceat, & se sit dignum.

Muliercularum non nullarum garrulitas execrabilis

2 Secundo ostendit præsens lectio, qui fructus probam mulierem sequantur, quæ item manent præmia, cum dicit: *Notabilis*

bilis in portis eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicarunt eam, laudauit eam vir suus, etc. Date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius.

Hic sex enumerat fructus mulierem bonam sequentes.

1 Hic fructus eam sequitur, vt marito sit corona gloriæ, vt is propter eam omnibus honorabilis habeatur.

Fructus sex mulierem probam sequentes, seu præmia eadem manentia.

2 Eam is fructus comitatur, vt bona fama & prospera valedudine sit fruitura per omnem vitam.

3 Quod & liberos sit habitura minimè degeneres, sed probos, & tales, qui sua vita eam laudent.

4 Quod marito quoque sit placitura, vt ab illo vnicè & obseruetur & ametur.

5 Quod etiam nihil illi, quod ad vitæ sustentationem attineat, vnquam desiderabitur.

6 Quod & æterna lætitia ac beatitudine sit donanda.

Quibuscunque iam hi fructus, hæc præmia arrident, eam hanc probæ mulieris imaginem induant: Imo & omnes qui matrimonio volunt initiari, omnibus huc incumbant modis, quo tales sibi futuras vxores adsciscant. Nec dubium erit quin huiusmodi si qui inuenerint, habeant pretium ipsis etiã gemmis pretiosius.

EPILOGVS.

1 Mulier proba à multis virtutibus commendatur, reliquis quoque mulieres maximè concernentibus. *Beatus vir cui talis contigerit.*

2 Mulieres bonæ et malæ, sapientis et fatuæ conditiones variè adumbrantur: *Hæ fugiendæ, illæ amplectendæ omnibus mulieribus proponuntur.*

3 Fructus et præmia mulierem sanctam concomitantia, coniuges ad similem probitatem prouocare debent.

EPILOGVS MYSTICVS.

1 Metaphorica locutione Ecclesia Catholica mulier fortis describitur, quam Iohannes in Apocalypsi amictam sole, id est, Christus, vidisse perhibetur, Apoc. 12.

2 Vir huius mulieris Christus est caput Ecclesiæ: & Ecclesia subdita est Christo, Ephes. 5.

3 Variæ conditiones sponsi & sponsæ, in quibus virtutum chorus cernitur. Nam Christus dilexit Ecclesiam, & exposuit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundatam lauacro aquæ per verbum, vt exhiberet eam sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam.

I N F E R I I S I I S D E M

EVANGELIUM.

In illo tempore. Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum eo: et ingressus domum Pharisei, discubuit: Et ecce mulier quæ erat in

Luc. 7.

D 5. cinitas

ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubisset in domo Simonis, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, cepit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat & osculabatur pedes eius, & vnguento vnguebat. Videns autem Phariseus qui inuitauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. Et ait ille, Magister dic. Et respondens Iesus, dixit, Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat ei denarios quingentos: et alius quinquaginta: non habentibus illis vnde redderent, donauit vnusquisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon, dixit, Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit, Rectè iudicasti, et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, et capillis terxit, osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem vnguento unxit pedes meos, propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit; dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt quidam qui simul discumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Hoc Euangelium valde cõsolatorium complectitur duo: Primo historiam, quæ loquitur de tribus personis.

I De Phariseo, qui rogat Christum vt secum manducet. Et hoc signum fuit fauoris alicuius erga Christum, vt quidã putant. Quo docemur, quales hospites ad cõuiuia nostra debeamus inuitare nõ momos, gnathones, lenones, ioculatores, aut eiusmodi nebulonũ feces, sed ipsum Christum in suis membris, iuxta illud Lucæ 14. Cũm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, &c. Viri iusti sint tibi conuiuæ, ait Ecclesiasticus cap. 9. Tobias quoque ait 2. cap. Voca de tribu nostra timentes Deum, &c.

Alij tamen volunt Dominum maligno animo ab hoc inuitatum: quod contextui magis est consonum. nam cũm videret peccatricem accedere ad Christum, indignabatur, & ait intra se: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est. Hic vides Phariseorum propriam naturam: nempe quòd magnificè de se sentiant, opera & merita propria iactent, iustitiam propriam statuunt, alios præ se despiciant, & extremè aspernentur, Luc. 18. Et hi morbi animæ perniciosissimi non possunt curari, nisi Spiritus sanctus adueniat, atque ex veteri Adamo nouum hominem creet, sicuri dicitur Ioann. 14. Cũm uenit paracletus, suggeret vobis,

Phariseorum natura arrogans et superciliosa.

Hospites iusti et timentes Deum ad conuiuia vocandi.

bis, &c. Nam animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, 1. Corint. 2.

2 Historia hodierna loquitur de peccatrice quæ erat in ciuitate, non quòd ibi aliæ peccatrices non essent: (Nam facti sumus immundi omnes nos, ait propheta. & alius: Omnes declinauerunt, &c.) sed quia hæc famosa peccatrix erat, & mulier pessimæ famæ. Quanquam lege diuina prohibitum erat genti Iudæorum, Deut. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel: lupanaria tamen & scorta in oppidis tolerabantur & permittebantur ad maius malum euitandum, vt vult Aristoteles, quamuis non concedebantur: quemadmodum etiam nunc fit in Ecclesia. Ad hunc sensum facit similitudo quam B. Augustinus non absurdè adfert, inquit: Si quis palatium pulchrum ædificet, & in aliquo angulo cloacæ foetorem sustinere nolit, palarium totum foetoribus implebitur. Vnde tolle cloacam de palatio, & aula foetore efficitur inhabitabilis. Sic tolle meretricem de mundo, & Sodomia totus efficietur reprobus.

Quenam hæc peccatrix fuerit, per nomen non aperuit Lucas, sed tantum factum, vt declaret se nõ personam, sed vitium detestari. Nos verò non sic solemus. quando enim magnum aliquod crimen audimus commissum ab aliquo, apud omnes traducimus: nihil omittentes quod potest factum exaggerare, & condemnare personam peccantem. Christianorum est sic traducere & arguere peccata proximorum, vt videamur odisse vitia, amare verò personas.

Hæc quia peccata sua agnoscit, & gratiam Dei esurit: vbi cognouit quòd Iesus accubisset in domo Pharisei, qui nullum repellebat ab sese, qui malis omnium omnibus promptissimè mederetur, sibi tota displicens, non veretur ingredi: non timet sibi ab hospite, neque à conuiujs, quamuis non esset ignara quanto fastu soleat Pharisaicum genus auersari peccatores, cũ ipsi intus grauibus maderent vitijs: sed cum fiducia intrat domum Pharisei. ardor enim animi omnem pudorem excusserrat. Quo nimirum docemur, quod nemo erubescat pœnitere, qui olim non erubuit peccare. nemo erubescat nec confundatur confiteri peccata sua, nemo verecundetur ieiunare, pectus tundere, lachrymas fundere, &c. ne obnoxius fiat sententiæ Euangelicæ, qua dicitur Luc. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, &c.

Attulit alabastrum vnguenti. Hoc est, attulit secũ delicias suas: pristinae vitæ (quam oderat) monumenta omnia, quibus antè malè placuerat sibi ac mundo, in Christum cuius amore flagrabat, effusura. Est autem alabastrum genus marmoris, in quo incorrupta seruantur vnguenta. Eratq; vnguentum quod secum

Per excellentiã dimittitur peccatrix. minus malũ permititur ad maius malum euitandũ, sed non conceditur. Similitudo apta.

Euangelista ostendit se nõ personã, sed vitium detestari. Christianorum est sic traducere & arguere peccata, vt videantur odisse vitia, et amare personas

Pœnitentia ob neminẽ erubescenda

Alabastrũ quid sit.

*Ad pietatē
vertenda
sunt ea qui
bus aliquā-
do ad va-
nitatem et
voluptatē
vsi sumus;
verecūdia
principium
penitētiæ.*

secum ferebat, eximium, magnoque emptum. Olim autem qui voluptatibus carnis seruiebant, vnguentorum impendio delectabantur, præsertim in conuiujs. Quod ergo tempore vanitatis ad voluptatem, nunc ad pietatem vertit. Cuius exemplo & nos si diuitiis, vestibus, cibis, aliisque Dei creaturis abusi fuerimus, denuo vertamus in obsequium Christi, & pauperum vsum. Isai. 58. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. Et iterum: Quod superest, date eleemosynam.

Et stans retrò secus pedes Iesu. Quoniam verecundia est quasi principium penitentiae, retrò stetit, ac si illud Ierem. 31. dicere voluisset: Conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi penitentiam: & postquam ostēdisti mihi, percussi fœmur meum. Confusa sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Verè foelix confusio & erubescencia. Est enim confusio adducens gloriam & gratiam, Ecclesiast. 4.

*Quatuor
peccatrici
obsequia
in Christū.*

Flens cepit lachrymis rigare pedes eius. Quatuor narrat Lucas obsequia, de quibus Gregor. Cogitanti mihi, inquit, de Mariæ Magdaleniæ penitentiâ, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel saxum cor illæ huius peccatrici lachrymæ ad exemplum penitendi non emolliant? Discite quæso quo dolore ardet, quæ flere & inter epulas non erubuit. Non legitur hîc quid locuta sit. Nihil illa precata fuerat, nihil confessa verbis, sed euidentius confessa est factis, efficacius precata est lachrymis. Sacrificium quippe Deo, spiritus contribularus, &c. Psalm. 50. Flens cepit rigare pedes lachrymis, extergere capillis capitis sui, vnguento vngere, osculari ore. His operibus charitatis & misericordiæ ipsa suam fidem insigniter probat: & sunt certa argumenta resipiscentiæ, fidei & charitatis.

*Argumenta
certa resi-
piscētiæ fi-
dei et cha-
ritatis.*

*Ingens te-
stimonium
fidei et cha-
ritatis in
peccatrice.*

*Fides mu-
lieris non
fuit otiosa
aut sine o-
peribus.*

*Illis rebus
& mēbris
placandus
est Deus,
quibus of-
fensus est.*

Tanto insuper rapitur impetu, vt Phariseorum exprobra-
tiones nihil moretur: quod rursus ingens fuit ipsius fidei &
charitatis testimonium: sicut Christus ait, *Fides tua te saluam
fecit.* Hæc autem fides mulieris non fuit otiosa aut sine ope-
ribus, sed ex omni parte erupit. Nam secundum consuetudi-
nem eius regionis, Christo pedes suis lachrymis rigabat. Om-
nia quondam inhonestæ voluptatis instrumenta, vertit in ob-
sequium illius qui solus est amandus. Illis quippe rebus &
membris, quibus offensus est Deus, illis itidem placandus est,
teste Apostolo, Roman. 6. Sicut exhibuistis membra vestra
seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibe-
te membra vestra seruire iustitiæ, &c. Oculos quos olim spe-
ctaculis & scenicis ludis inquinauerat, sibi ad turpitudi-
nem

nem depinxerat, turpiter alios ad sui amorem pellexerat, salu-
bri lachrymarum imbre expurgauit: quasi dicere voluisset hoc
Ieremiæ 9. Heu iam scio & video, quàm malum & amarum
mihi est dereliquisse me Dominum, & eius timorem non esse
apud me. Et ideo exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia
non custodierunt legem tuam, Psalm. 118. O felices lachrymæ.
His enim conscientia mundatur, hic imber erumpens extin-
guit fulmen iræ diuinæ, hic fluminis imperus lætificat ciuita-
tem Dei. Exemplo sunt, Petrus, Dauid, Manasses, Ezechias,
Magdalena, quæ tot effudit lachrymas, quot antè ex peccatis
patris conceperat gaudia. Cuius exemplo illachrymemus &
nos, tantum dolētes ob peccata commissa, quantum in eorum
patratione concepimus voluptatis & gaudij. Lauemus cum
Daude per singulas noctes lectum nostrum, & lachrymis stratum
rigemus, Psalm. 6.

Capillis capitis sui extergebat. Lachrymarum imbre lotos pedes,
non aliquo linteo, sed capillis suis extergebat, corporis Christi
humillimam partem, quos antea consueuerat ad carnis volu-
ptatem vngere, tingere, comere, auroque intexere, contra illud
1. Pet. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circun-
datio auri, aut indumēti, vestimentorum cultus, sed qui abscon-
ditus, &c. Hæc nimirum agens quo dignaretur Iesus men-
tis eius sordes ablucere: quasi dicere voluisset: Miserere mei
Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum
multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.
Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo
munda me, &c.

Osculabatur. Nec his contentus mirus peccatrici amor, lo-
tis & exteris Iesu pedibus defigebat oscula. Ore quo vana &
lasciua superbaque protulerat, osculabatur pedes Iesu: quasi
dicat, *Fy peccatum, fy vanæ voluptates.* Vanitas vanitatum,
& omnia vanitas, dicere: *Vadam & affluam delitijs, & fruam
bonis.* Vale munde immunde cum tuis vitijs & concupiscen-
tijs. *Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo
spem meam.* Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec
dimittam, Cantic.

Vnguento vngēbat: quo vti solebat ad carnis delicias explen-
das. Maria ergo quot in se habuit oblectamenta, tot de se in-
uenit holocausta: ac conuertit ad virtutum numerum, nume-
rum criminum.

Id & nobis eius exemplo faciendum, vt scilicet peccata
agnoscamus atque confiteamur. Threnor. 3. Scrutemur vias
nostras, &c. Credamus peccata nobis per Ecclesiæ sacramen-
ta remitti, propter meritum Christi. Luc. 24. Oportet in no-
mine eius prædicari penitentiam, et vt fidem nostram per
opera

*Lachrymis
conscientia
mundatur,
& fulmen
iræ diuinæ
extingui-
tur.*

*Ornamen-
tum suum
muliebri
precipuum
obtulit in
obsequium
Christi.*

*Signū præ-
cipui amo-
ris in Chri-
stum.
Eccles. 1.
& 2.*

*Maria quot
in se ha-
buit oble-
tamenta,
tot de se
inuenit ho-
locausta.*

Fidem nostram per opera charitatis & misericordie declarare et manifestam facere debemus. Studium Christi precipuum. Calumnia Pharisaei aduersus Christum & mulierem. Sancta coinquinari non possunt, nisi vitiorum contagione participent. Peccatores cum conspiciamus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, qui in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus. Similitudine hac ostendit Christus, quod propter pecca-

opera charitatis & misericordie declarem, & manifestam reddamus. Matthaei 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.

3 Historia haec eadem loquitur de Christo: hic nullam praetermittebat occasionem docendi, praedicandi, & iuuandi, si qua spes melioris vitae reliqua erat. Non quaerebat suum commodum. Roma. 15. Christus non sibi placuit, &c. nec approbavit eorum peccata, scelera & flagitia. Psal. 5. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Sed in hoc intentus erat, ut perditas oves colligeret. Ioan. 11. Luc. 15. utque miseros peccatores & peccatrices a perditis suis moribus & flagitiosa vita conuerteret. Matth. 11. Venite ad me omnes, &c.

Pharisaeus haec conspicatus, cum fauere debuisset mulieri tanto affectu se ingerenti, tanta modestia sese deiciens, tot indicij testanti vitae prioris poenitentiam, cum amare debuisset Iesu mansuetudinem, nullum hominem a se repellentis, pro-uocatur ad vtriusque calumniam. *Si esset*, inquit, *propheta, sciret publicam esse peccatricem, nec se tangi permitteret.* Existimabat enim sanctos homines pollui, si cum peccatore vel colloquium habuissent. Hicque erat fastus falsae iustitiae, qua sibi placebant, Deo displicentes. Quae enim sancta sunt, coinquinari non possunt, nisi vitiorum contagionem participent. Habitauit enim in Sodomis Loth, Genes. 19. 2. Petr. 2. Aspectu & auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Iob frater fuit draconum, & socius struthionum, Iob. 30. Sic sancti lucent in medio nationis pravae & peruersae sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes, Philip. 2. Vnde hic Pharisaeus de falsa iustitia superbus, nulla compassione motus, suae fragilitatis oblitus, agrum reprehendit de aegritudine, & medicum de subuentione. Necessse est enim cum peccatores conspiciamus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, 1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Gal. 6. Fratres, si praecipuus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris.

Christus ad cogitationes Pharisaei, respondet, *Simon, inquit, habeo tibi aliquid dicere: duo debitores erant cuidam feneratori, &c.* His verbis, atque similitudine Christus ostendit cur in mundum venerit: nempe, propter peccatores, Luc. 5. Vtinam ex animo agnosceremus debitum, & crederemus Deum per poenitentiam velle debitum remittere: & deinde gratum quoque declararem animum, sicut haec peccatrix fecit, & Dauid Psalm. 50.

Conuersus autem ad mulierem, animi propensione, ut moestam, erige-

erigeret: Vides, inquit, hanc mulierem? tu peccatricem vocas, toto corporis habitu praeseferentem poenitentis imaginem? Huius peccatricis pietas longe vincit tuam iustitiam, quae tibi placeat. Numerat officia charitatis, Aquam pedibus meis non dedisti, quod est de consuetudine hospitalitatis, Gen. 18. 19. & 24. Item 1. Timoth. 5. Haec lachrymis, &c. De huiusmodi lachrymis Christofost. sic inquit: Sicut ubi vehemens imber prorumpit, fit serenitas, sic lachrymis effusis oritur mentis tranquillitas, & perit caligo reatum: & sicut per aquam & spiritum, ita per lachrymas & confessionem denuo mundamur, Et capillis tersit, qui precipuum sunt ornamentum mulierum, 1. Corinth. 11. Osculum in signum charitatis, Rom. 16. mihi non dedisti: ipsa pedes plus appretiat, postquam eos deosculata est, etiam vnxit. Noli ergo perpendere, quantum peccauit, sed considera quantum amat. Quo enim grauius peccauit, hoc sibi magis displicet, ac me, cuius gratuita clementia liberata est a peccatis, vehementius amat. Vos vobis iusti videmini ob legis obseruationem, neque multum habere quod vobis ignoscat Deus, & ideo frigidius amatis condonantem.

Et ideo fert sententiam de hac muliere, dicens: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* 1. Petr. 4. Ante omnia autem mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum, de qua Gregor. sic ait: *Quid fratres mei dilectionem esse credimus, nisi ignem? quid culpam, nisi rubiginem? Tanto ergo peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.* Pro. 10. Vniuersa delicta operit charitas.

Cum acumbentes Pharisaei intra se dicerent, *Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Christus mulierem a se dimisit. dicens: *Fides tua te saluam fecit, vade in pace?* Quasi dicat, Vos offendimini quod huic mulierculae me tam benignum exhibeam: quodque mihi arrogem etiam auctoritate propria remittere peccata, quod nemo prophetarum aut patriarcharum vsurpauit sibi: imo nec ipsi sacerdotes aliud sibi vendicarunt, quam orare pro peccatis populi: sed quia in me credidit, atque dilexit quem vos contempnit, remisi illi omnia peccata, pacem conscientiae praestiti, ac iussi ut in pace vadat: hoc est iuxta Theophylactum, in iustitiam: pax enim iustitia est, sicut peccatum inimicitiae cum Deo. Beda, *Vade, inquit, in pace, ne a via iustitiae labaris in viam scandali.* Roman. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum, &c. Philipp. 4. Pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Aduerte quod postquam remisit ei peccata, non contentus est remisisse peccata, nisi adiecisset & operationem boni: *ratiorem*

tores in mundum venerit. Peccatricis pietas vincit Pharisaei iustitiam. Consuetudo hospitalitatis pedes abluere. Sicut per aquam et spiritum ita per lachrymas et confessionem denuo mundamur.

Charitas operit peccata.

Iustitia pax est, sicut peccatum inimicitiae cum Deo.

Post peccatorum remissionem, adiecit et operationem boni.

Vade boni.

Vade in pace, id est, Fac ea quæ te Deo concilient.

Mysterium presentis historie. Phariseus Iudeos significat. Mulier significat Gentes.

2 Secundo complectitur hoc Euangelium mysterium huius historie. Phariseus significat Iudæos: Nam Iudæi Christum inuitabant, magno desiderio eius aduentum expectantes. Cum autem venisset, contemnebant. Iohan. 1. In propria venit, & sui cum non receperunt. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines, &c.

Mulier significat Gentes. Nam Gentes simul atque diuinam misericordiam agnouere, Christum obuijs vlnis exceperunt. Act. 13. Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad æternam vitam.

Pedes Christi sunt euangelij concionatores.

Pedes Christi concionatores Euangelij sunt. Hos debemus lachrymis rigare, capillis extergere, osculari, & vngere, hoc est, in concionibus diuini verbi debemus ex animo peccata nostra deplorare, & Deo confiteri, ac veniam rogare: ministris verbi, & egenis fratribus in rebus necessarijs succurrere: mutuo nos amore complecti: in afflictionibus inuicem consolari, & ad pacem hortari: vt exemplo huius peccatricis per fidem & charitatem peccatorum cōsequamur remissionem, & vitam æternam, Amen.

E P I L O G V S.

1 Habes hic imaginem peccatoris, per improbitatem ardoris, et pertinaciam fidei, veramque pœnitentiam, irrupentis in regnum celorum. Tales requirit Deus. Iohel. 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Si ergo secuti sumus peccantem, iam imitemur pœnitentem.

2 Christi benignitas & clementia erga peccatores ex toto corde ad se cōuertentes ostenditur: vt vbi abundauit delictum, superabundet & gratia Romanor. 5. Hinc Zachar. 1. dicit, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quemcunque ergo sui pigere cœperit, ad Iesum properet: in hunc effundat quod prius prodigere solitus est in impias voluptates. Huius obsequio consecret omnia membra sua, quæ prius seruibant sœdis cupiditatibus. Roman. 12. Obsecro fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, &c. 1. Corinth. 6. Non estis vestri. Empti enim estis pretio magno: glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro.

3 Phariseorum arguitur falsa iustitia. Vera nanque iustitia cōpassionem habet: falsa verò dedignationem. hinc et arguebant medicum caelestem, quod succureret miseris et egrotis peccatoribus, et egrotos quod malagma gratia et misericordie ab ipso susciperēt. Qualis hospes, tales conuiua. Ad quos Christus Matth. 23. Væ vobis Scribæ et Pharisei hypocritæ: quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.

I N

I N F E S T O I A C O B I A P O -
S T O L I , E P I S T O L A .

ET Iesus veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis & pacem ijs qui prope. Quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum et domestici Dei: Superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. *Ephes. 2.*

HÆ lectio Epistolæ duo præcipua docet. Prius est, quæ beneficia nobis cum Iudæis tū Ethnicis credentibus per Iesum Christum Dei filium contigerint, cum his verbis dicit Apostolus: Iesus veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, credentibus & pacem ijs qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites et aduenæ, sed estis Christi conciuies sanctorum, et domestici Dei, superedificati super fundamentum Dei filium Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. facta ab Erasmo omnes antè tam Iudæi quàm gentiles, propter peccata & transgressiones nostras, Dei capitales inimici, longissimè que ab eo separati, & vt verè inquit Isaias, peccata nostra ab ipso nos veluti gladius diuiserant. Inde etiam exules facti & profugi, in omnes miseras prolapsi fueramus. Nam hinc conscientie morsibus impetebamur, illinc peccati stipendium (mors nimirum æterna) nos terreat vndiquaque: Satan veluti tortor crudelissimus nos miserimis exagitabat modis. In summa, nihil nobis reliquum erat spei, nisi desperatio, æterna abiectio, æterna damnatio, æternus cruciatus. Verùm pater ille indulgentissimus, præ summo in nos amore (qui plasma ipsius eramus) miserrus nostri, suam & potentiam summam, & inexhaustam bonitatem exeruit, misitque filium suum vnigenitum Iesum ad nos in mundum, qui nos è manibus inimicorum nostrorum liberatos, pristinae innocentie & libertati restitueret. Is igitur propter patrem, & in nostri fauorem causa nostra in se suscepta, factus est pacificator & mediator noster, soluensque medium macerie parietem, hoc est, intercapedinem per peccatum inter Deum & nos obfirmatam, nempe, inimicitias, per carnis suæ propriæ oblationem, ac effusionem sanguinis sui, nos tum Iudæos tum Gentes suo patri reconciliauit, ita vt iam liberati simus à peccato, à lege, à morte, à satana & inferno, atque ambo ad ipsum patrem accessum habeamus per illum in vno spiritu. Atque sic pacem non nuntiauit solum, sed & æternam nobis impetrauit: ita vt qui antè appropinquare Deo non poteramus, iam ad ipsum tutum habeamus accessum: & qui antè diaboli eramus

E serui

*Ex seruis
facti sumus
filij ex alie
nis ciues
& dome-
stici regni
caelestis.*

*Iudaeis lo-
gè remo-
tius Gētes
sefe à deo
alienarant.*

*Samarita-
nus Iesus
Christus nō
Iudaeorum
tātūm, sed
& Gentium,
hoc est, nō
stra obli-
gavit vul-
nera.*

*Ad quantā
felicitatem
per Christū
venimus.
Exhortatio
ad constan-
tem bene-
ficientiae Dei
fidem atq;
gratiarum
pro eadem
actionem,*

serui, iam Dei patris filij charissimi simus: qui que ante alieni eramus, & extranei, iam simus ciues, & domestici regni caelestis.

Hoc igitur pacto desijmus esse (vt hic Apostolus inquit) hospites & aduenæ, hoc est, alieni & inimici, & facti contra sumus conciuēs sanctorum, & domestici Dei, hoc est, filij ac hæredes ipsius.

Iudæi item sese à Deo alienarant, idque non solum ante circumcisionem, sed & post: ideoque merito hospites ac aduenæ dicendi erant, quemadmodum & Dominus Psal. 18. eos vocat filios alienos & inueteratos, claudicantes à semitis suis. Longè tamen remotius sese Gentes (progenitores nostri) à Deo alienarant, quàm illi. Hi enim aberrauerant adeò, vt neglecto Deo vitio & vero, mortales homines, imò bestias, quin & ligna lapidesque pro Deo adorarint: adeoque peius & propudiosius viuerent, quàm si brura fuissent animantia aut belluæ, Rom. 1.

Hinc iam factum est, vt fuerint hospites & aduenæ, hoc est, vt Paulus ipse exponit, abalienati à republica Israël, extranei à testimonijs promissionis, sine Christo, spem non habentes, Deo que carentes in mundo: in summa, reiecti omnino & damnati.

Sed vbi venit Samaritanus ille verus, Dominus noster Iesus Christus, pax nostra: non is Iudæorum duntaxat vulnera obligauit, eoque in diuersorium gratiæ & salutis duxit, qui nempe, aberant propius, sed & Gentium, hoc est, nostra obligauit vulnera: eoque ac nos (qui longissimè aberamus) gratia & salute dignatus est. Inde nimirum qui quondam eramus longinqui, nunc propinqui facti sumus per Christi sanguinem: qui ante Deum habebamus iratum, iam eundem habemus propitium ac patrem. qui prius eramus hospites & aduenæ, iam sumus conciuēs sanctorum, ac domestici Dei. qui olim fatana eramus structura, modò superstructi sumus super fundamentum Apostolorum & prophetarum, hoc est, ipsum summum angularem lapidem Christum Iesum. En, ad tantam foelicitatem per Christum peruenimus, idque ex nimia charitate Dei, & ex mera Christi gratia, non autem ex nobis aut operibus vllis præcedentibus.

Admonemur hic igitur primò, vt constanti fide credamus hæc nobis per ipsum contigisse, idque gratis per suam immensam misericordiam: Deinde vt & omnem porro in ipsius meritum ac gratiam fiduciam collocemus: persuasissimum habentes, vti antehac, sic & posthac ipsum nos respecturum. Postremò, vt gratias etiam illi & laudis sacrificium deferamus per omnem vitam.

2. Posterius verò est, quid vicissim nostri muneris esse debeat, quid

quid pro tantis bonis debeamus illi refundere: quod his verbis explanat Paulus; *In Iesu Christo omnis ædificatio extructa, crescit in templum sanctum in Domino: in hoc igitur & vos coedificemini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.* In cum finem nos pater caelestis per filium suum asseruit, vt essemus ipsius templum, sacerdotium, & regnum, in quo per spiritum filij sui habitaret, sacrificaret sacrificia iustitiæ, & dominaretur. Itaque omnes electi quotquot fuerunt ab ipso orbe condito in præsentem vsque diem, propter tanta ipsis vniuersoque humano generi collata diuinitus beneficia, sese totos consecrarunt templum Domino, vero functi sunt sacerdotio, vtpote corpora sua exhibentes hostiam viuentem, subdiderunt se ipsius dominio in obedientia maxima. Hinc ergo & nos iisdem affecti beneficijs, huc omnibus modis debemus eniti, quo nosmet totos Deo constituamus habitaculum Spiritui sancto, hoc est, vt Paulus alibi ait, abnegantes omnem impietatem & carnalia desideria, veluti superbiam, auaritiam, libidinem, luxum, odium, & id genus alia, in hoc mundo porro piè, castè, sobriè, humiliter, & iustè viuamus. Quod autem reuera in hunc finem simus redempti, testis Zacharias, Luc. 1. Memoratus est, inquit, Dominus testamenti sui sancti, iurifurandi quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Testis est & Dominus ipse Ioan. 15. Ego, inquit, elegi & constitui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Testatur etiam Paulus Roman. 6. Liberati, inquit, à peccato, serui facti estis iustitiæ. Testatur Petrus quoque in priori sua epist. cap. 2. Christus, inquit, pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus.

Quin & hoc nostri muneris erit, vt quando Seruator nos à peccatis purgarit, in hac puritate porro maneamus, cum ille pacem nobis impetrauerit, eam omnibus modis per vitæ innocentiam tueamur: posteaquam ille filios nos Dei fecerit, tanquam filij charissimi ambulemus, cum denique conciuēs sanctorum, & Dei domesticos nos constituerit, concordiam & vnitatem conscientiae conseruemus. Summa: Simus structura tanto digna fundamento, simus quoque habitaculum & templum tanto dignum inhabitatore. Porro templum requirit & sanctitatem & religionem puram. Vt igitur & templum ipsius esse mereamur, sanctos nos ac religiosos esse necesse est, & ante omnia fide & charitate præditos. Nam teste Paulo, Christus per fidem & charitatem habitat in cordibus nostris, Ephes. 3.

*Munus nō
strum pro
collatis bo-
nis quod
esse debeat
In quē sinē
nos pater
caelestis per
filium suum
asseruit.
Rom. 12.
Conatus
noster præ-
cipuus esse
debet, vt
nosmet to-
tos Deo cō-
stituamus
habitaculū
in spiritu
sancto.*

*Quales nos
Christus fe-
cerit, tales
nos exhibe-
amus.
Structura
simus tāto
digna fun-
damento
simus &
templum
tanto di-
gnum inha-
bitatore.*

E P I L O G V S.

1 Proponuntur bona per Christum (ipsissimum fundamentum Apostolorum ac Prophetarum) Iudæis & Gentibus communicata & parata: que nempe sunt, quod euangelizauit pacem ijs qui longè, & iis qui propè fuerunt, &c. quodque qui olim eramus hospites & aduenæ, hoc est, à gratia alieni, ac à salute exclusi, iam sumus conciuues sanctorum & domestici Dei per Christum facti, hoc est, vocati, reconciliati, sanctificati & saluati. Hæc definitio est hominis Christiani.

2 *Isa. 28.* *Psal. 117.* *Matth. 21.* *Luc. 20.* *Act. 4.* *Prædictum, & ab Apostolis prædicatum. His fundamentis omnes sancti vnice nituntur, & in his omnium spes recumbit. Præcipue tamen superstruxit nos Christus super semetipsum, hoc est, infirmitates nostras, iniquitatesque portauit, & dependit, suorumque meritorum nos per fidem ac sacramenta fecit participes, Isa. 53. 1. Pet. 2. Tit. 3.*

3 *Finis huius spiritualis structuræ est, vt succrescamus in edificium spirituale, hoc est, in templum sanctum Domini per inhabitantem spiritum sanctum, hoc est, corpora & corda nostra ipsi sanctificemus, ipsumque in nobis per fidem & charitatem habeamus habitantem. Tale templum perpetuam mansionem sibi sancta Trinitas vendicat. Qui dicens me, ait, audit, & seruat sermonem meum, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, Ioan. 14.*

I N E O D E M F E S T O

E V A N G E L I V M.

Matth. 20. **I**n illo tempore, Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram meam vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, discipulorum sed ministrare, & dare animam suam in remissionem pro multis.

Ignorantia æstimantiū Christi regnum fore mundanū. *Matth. 19.* **E**VANGELICA hæc historia tria complectitur obseruata digna. 1 Primò ignorantiam horum duorum discipulorum, qui toties audierant Christi regnum fore spirituale: semper tamen putauerant illud futurum mundanum, quale fuerat regnum Saulis, Dauidis, Salomonis, Cyri, Alexandri, & aliorum

rum monarcharum. Quoniam igitur sanguine Christo deuincti erant, summum apud nouum regem se locum nactus sperabant. Audierant enim de honore duodecim sellarum, sed rudes & adhuc humana somniantes, carnale scilicet regnū, statim à resurrectione venturum hoc regnū & hos honores credebant, quia dixit, Tertia die resurget, Vnde & post resurrectionē dicebant, Luc. 24. Nos verò sperabamus quia ipse esset redempturus Israël. Quod ergo sibi quoque præcellentem dignitatem aliquam impetrent, cum se nossent inter discipulos specialius diligi, specialius cum B. Petro arcanorum conscios sæpe factos, quæ ignorant cæteri, subornat matrem quæ pro filiis interpellat, vt possint esse tales in regno Christi, sicut Ioseph olim in Ægypto, Daniel in Chaldæa, Mardocheus apud Assuerum. Non enim succurrebat illis fuga magistri, cum volebat eum rapere populus, vt sibi in regem constitueret. Ioan. 6.

Nec audent quicquam ipsi proferre: sed matri illud negotium demandant, cogitantes, Si effecerit aliquid nostra mater, nobis in vtilitatem id cedet. Si repulsam passa fuerit, omnes mulieri illud imputabunt, & sic nos excusati erimus. Videmus hic tam in matre quam in filiis carnalem hominum sapientiam, quod illa quæ Dei sunt, non intelligat. Commune hoc parentum virium est, vt liberis suis conditiones amplas & magnificas parent honores: & quod malè affecti filijs, sæpe laborent, vt quod iniquè petunt, impetrent: & quod malè ambiunt, peius adipiscantur. Alij filijs suis militiam prouident, alij honores, alij diuitias, sed nemo prouidet Deum. Perditionem illorum magno pretio comparant, salutem autem illorum nec dono accipere volunt. si viderint eos pauperes, tristantur: sed si viderint peccantes, non contristantur: vt ostendant se corporum parentes, non animarum. Quamuis iuxta Paulum, 2. Corint. 12. parentes debeant thesaurizare filijs, &c. non tamen debent illis iniqua, illicita, & humeris eorum imparia officia aut beneficia procurare, sub quibus tandem succumbant. Talis olim fuit Neronis mater Agrippina, quæ consulens Chaldæos philosophos quid de filio futurum esset, cum illi responderent, eum futurum Cæsarem, sed tyrannum, & matricidam, respondiisse fertur, Occidat, dum imperet. Ad eam ambitiosa fuit illa mulier, vt nō abhorruerit à proprio filio trucidari, modo contingeret illi imperium. Mater itaque hæc potius dehortari à proposito filios debuerat: sed re non considerata, accessit ad Iesum, procidit coram eo, adorat, petit, & dicit, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo.

Idem petierunt & filij, matrem secuti, imò preces matris descendebant ex voluntate filiorum. Hinc Marc. 10. dicitur,

E 3 Acce-

Ambitiosus honores mentes itillauit Apostolicas.

Sapientia carnalis tam in matre quam in filiis. Parentum vitium commune est liberis suis conditiones amplas & magnificas parare honores.

Agrippina ambitiosissima.

Accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis. Verum ne nos hanc Apostolorum ambitionem miremur, aut existimemus hos solos fuisse affectibus huiusmodi prauis implicitos: inueniuntur & hodie in omnibus propè hominum ordinibus paria vota. Magistratus quidam (non enim de omnibus loquimur) quæruat in Euangelio dispensationem seu direptionem potius opum Ecclesiasticarum. Concionatores quoque plerique venantur Euangelij prædicatione honores, opes, vulgi fauorem, & gloriam huius seculi. At promiscua plebs sperat se in libertate Euangelica reperturam ne decimas & census iure diuino cogatur pendere. Insolentes proles subornant quoque parentes ad consequenda plura noxia & illicita, puta honores, pingua beneficia, primatus, &c. qui aliquando ad stiuam aptiores essent, quàm ad prælaturam. Breuiter, nemo ferme est qui non apud pauperem Christum opes, & in rigida disciplina quærat licentiam. Contra quos Pro. 1. dicitur: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupient? Et Psalm. 4. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Concionatores ambiciosi. Vulgi ambitio. Proles sæpe subornant & sollicit parentes, ad consequenda illicita & noxia.

Error Apostolicus. Insignia regni Christi spiritualia.

Ignorantia horum Apostolorum arguitur, non temeritas.

Matth. 25.

Existimabant enim hi duo Apostoli Christi regnum aliis mundi regnis simile futurum, sed falluntur. Nam in regno Christi sunt spiritualia, sceptrum, gladius & arma. Versatur enim circa Euangelium, fidem, orationem, spiritum, & sacramenta: & pugnat contra satanam, mortem, infernum, & carnem. Nemo igitur in hoc regno quærat dies otiosos. Dicitur enim Actuum 14. Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum Dei. & Lucæ ult. Sic oportebat pati Christum, & ingredi in gloriam suam. Propterea respondet Christus, & ait: *Nescitis quid petatis*. His verbis declarare voluit, se non ignorare, quo consilio illi subornassent matrem: vnde pius Dominus non exprobrat matri ignorantiam, quæ nondum erudita erat doctrinæ Christi sapientia, sed filiis, qui à principio cum eo fuerant, & iam multa ex eo de contemptu mundi, & de commendatione dextræ & non sinistræ audierant, & nihilominus adhuc carnales erant, & matrem ad hoc induxerant: nec illorum imputat temeritati, sed ignorantia. Nesciebant quid petebant, qui in regno cælestis patris quenquam ad sinistram Christi sessurum putabant, cum in illa discretione nouissimi examinis, omnes electi ad dextram summi regis & iudicis legantur statuendi, reprobi ad sinistram. Nesciebant quid petebant, qui regnum terrenum ambiebant, Ecclesiast. 1.

2 Nesciebant quid petebant, qui sublimitatem præmiorum potius

potius à Domino, quam operum perfectionem querebant. Ita enim præmia pollicetur, vt digna præmijs merita præmōstret: sic vitam donat æternam, vt angustam portam & arctam viam ad hanc esse decernat, Lucæ 13. Contendite intrare per angustam portam. Ipsi autem exaltari voluerunt antequam humiliarentur: ante metere, quàm seminare: nucleum edere, antequam fregissent nucem. Hinc consequenter addit, dicens: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* de quo Psalm. 115. Calicem salutaris accipiam, &c. & *baptizari baptizatio quæ ego baptizabor?* de quo Luc. 12. Quibus verbis regi sedem quærentibus, iter ad ipsum regnum ostendit: quasi dicat, Nemo extolletur, nisi antea humiliatus: nemo coronabitur, nisi qui pugnaverit, Luc. 18. 2. Timoth. 2.

Passionem suam poculum nominat, quod ab ipso magna cum auiditate sumpta sit: & baptisma eam vocat, quod futura esset peccatorum purificatio, Apoc. 1.

Bibitur vero calix ipsius, & sumitur eius baptisma tripliciter, fide scilicet, vita, & cruce. Fide quidem, vt passionem & mortem Christi credamus vnicum esse pretium redemptionis animarum nostrarum. Vita autem, vt moriamur peccatis, carnemque nostram cum vitijs & concupiscentijs & operibus illius per spiritum crucifigamus. Cruce vero, vt pro nomine Iesu, & iustitiæ ergo, quasunque afflictiones toleranter patiamur. His, inquam, tribus calibus & baptismis instructi simus oportet, si quidem in regno partem nobis esse velimus. Nam tympanis saltationibusue nunquam perueniemus eo. In regnis quidem huius mundi, primo est in vigore honor & gloria, ac deinde finis ferè miserabilis: verum in Christi regno principium est labor & dolor, ac deinde gloria ac honor immortalis.

2 Secundo complectitur Euangelium præsumptionem horum fratrum. Cum enim audirent Christi responsum, non verentur dicere, se posse & hunc calicem bibere, & baptismo illo baptizari. Auiditate consequendi quod optabant, sicut stultè postularant, ita temerè de se pollicentur, nondum sibi satis noti. Sicque peccatum peccato augent: & ignorantia præsumptionem, pessimum in homine vitium, addunt. Simili modo Petrus ex propria sui ipsius fiducia promittebat Christo, se cum eo non tantum in carcerem, sed etiam in mortem iturum Matthæi 26. Item Thomas dicebat ad reliquos discipulos, Ioan. 11. Eamus & nos, vt moriamur cum eo, &c. Sed quid factum est? Petrus ter negauit, Luc. 22. Thomas etiam tot Christi reuelationibus eum à mortuis resurrexisse non credit, priusquam illum tangeret, Ioan. 20. Discamus inde, ne nimium fidamus proprijs viribus. Dū enim sanitate & omni

Premia ita pollicetur Deus, vt digna præmijs merita præmōstret. Galat. 6.

Iter ad regnum Christi ostenditur, si ostenditur.

Passionem suam poculum & baptisma vocet. Calix Christi bibitur, & sumitur eius baptisma tripliciter.

Matth. 5. Regni Christi principium labor & dolor.

Præsumptio horum fratrum notatur.

Documentum pro nobis.

felicitate fruimur, secuti sumus. Non facile tyrannidē peccati, ac mortis sēuitiam, aut satanę timemus furores: sed in agone constituti experimur nos sine singulari Dei auxilio subsistere omnino non posse, vtrumque esse quod Christus dixit, Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere: & illud Pauli 2. Corint. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est.

Patientia Christi erga hos duos fratres.

3. Tertio complectitur hæc Euangelica historia patientiam Christi, quam ostendit erga hos duos fratres, quibus amicissime respondet dicens: *Calicē quidem meum bibetis, et bap̄tismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autē ad dextram et sinistra meam nō est meum dare vobis, sed quibus est paratum à Patre meo.* Quasi dicat Patiemini quidem propter nomen meum, hæredesque regni mei eritis: sed antea tamē omnes in me offendemini. Sed quia tandem compatiemini mecum, propterea etiam regnum à Patre vobis paratum, possidebitis.

Martyrem facit non pœna, sed causa. Difficilius est mereri infernum quam calū

Notandum hic ex priori loco occurrit, quod non dicit Calicem vestrum, sed meū bibetis: hoc est, propter me martyrium & passionem subibitis, quia martyrem facit non pœna, sed causa. Habent enim & mali suam crucem. Difficilius enim est mereri infernum, quàm cœlos, sicut fatentur Sapient. 5. Lassari sumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Latronis sinistri crux, nonne & ipsa crux erat? Atqui non crux Christi, sed satanę, à qua nos dehortatur Petrus 1. Can. capite 4. dicens, Nemo vestrum patiatutur vt fur, aut homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat, &c. Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Passio Christi & suorum martyrum vnus calix & vna passio. Iohannes etiam calicem Domini bibit. Ad iustum iudicē spectat non ad gratiam

Ostenditur item his verbis, quod passio Christi & martyrum suorum vnus calix & vna passio sit. Nam Christi martyres patiuntur tam dura tormenta, non quod fures sint vel latrones, &c. sed tantum quod sint Christiani. Huc pertinet quod Christus ad Saulum dicit, Acto. 9. Saule, Saule, quid me persequeris; Et idem postea Coloss. 1. dicit se supplere que defunt passioni Christi. Sic ergo Christus & duo fratres isti cūdem biberunt calicem, hoc est, pro nomine Christi. Nam Iohannes veraciter calicem Domini cum fratre suo Iacobo (qui ab Herode Agrippa gladio occisus est, Acto. 12.) bibisse intelligitur, quia qui tanta pro veritate sustinuit, quàm promptus etiam ipsam mortem, si offerretur, exciperet, ostendit Act. 5.

Notandum quoque est ex posteriori loco, quod ad iustum iudicem pertineat, non ad gratiam dare dignitatem, sed secundum merita. Non est meum, inquit Christus, hanc dignitatem respectu consanguinitatis, prout petitis, dare vobis. Regnum enim

enim cœlorum vim paritur, & violenti rapiunt illud, Matth. 11. Non enim est personarum acceptio apud Deum, Rom. 2. Sed quibus paratum est. Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Audiant hæc & pertimescant qui beneficia & dignitates ex personarum acceptione metiuntur & præstant, & hoc sæpe in perniciem Ecclesię. Hieronymus, Ecclesiastica, inquit, dignitas non debetur sanguini, sed virtuti. Nolite (inquit beatus Iacobus capite secūdo) in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi glorię. Væ qui ædificatis Ierusalem in sanguinibus, id est, propinquis, & cognatis, Micheę 3. Abacuc. 2.

Duobus fratribus quidem paratum erat regnum cœlorum, nō quod Christi cognati, non quod ambitiosi, sed quod Christi vestigia essent sectaturi, & animum in melius mutaturi. Datum est enim illis Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Vtinā inquam, principes huius mūdi hoc exemplum Christi potius imitarentur, quàm exemplum Salomę. Salōme intercedit pro filijs suis, vt ad altiora prouehantur, siue digni sint, siue indigni. Christus autem non respicit vllam cognationem, sed dignitatem seu potius idoneitatem personarum. Iacobum & Ioannē præficit Ecclesię, non quod cognati sunt sed quod ad munus Ecclesiasticum idonei. Facile patiemur vt præ alijs tuos amicos, affines, cognatos & familiares nobis obtrudas, modo etiā præ alijs ad id muneris sint idonei. Iam vero præficiuntur Ecclesijs, quibus non essent porci committendi. Ad hanc illi pertinent, non ad aram.

Cæterum complectitur patientiam Christi, quam ostendit erga reliquos Apostolos, qui offensi ægrè ferebant hos duos sibi præferri. Chrysoft. Patitur Dominus sæpe discipulos suos vel dicere aliquid, vel petere non rectè, vt ex eorum culpa occasiones inueniat docendi regulam pietatis. nec enim est periculosus error præfente magistro. Sicut ergo illi carnaliter perunt esse super omnes, sic & isti carnaliter indignantur esse aliquem ante se de duobus fratribus. Itaque Iesus intelligens & duorum stultam petitionem, & aliorum indignationem ex eodem fonte proficisci, omnes simul aduocat, vt omnibus eodem pharmaco medicinam admoueat, vocatione sermonem ante demulcens. Nouit quàm sit tyrannica, & graui indigēs reprehensione plaga, ambitio: ideo acrius eos perstringit, & abiicit eos in infidelium & Gentilium portionem, si inani glorię studere voluerint. Vnde Christus eos conuocans, dixit, *scitis quia principes gētiū dominantur eorū: & qui maiores sunt pote-*

dare dignitatem, sed secundum merita. Regnum Christi quibus paratum sit. Dignitas Ecclesiastica non debetur sanguini, sed virtuti. regnum cœlorum datum his Apostolis, non quod Christi cognati, sed quod eius vestigia essent. sectaturi. Christus non respicit vllam cognationem sed idoneitatem Patientia Christi erga reliquos Apostolos. Indignatio reliquorū Apostolorū contra hos fratres. Ambitio tyrannica est & gra-

gradu indi-
gēs reprehē-
sione.
Marc. 10.
Lucæ 22.
Philip 2.
Marc. 10.
Lucæ 18.
Amare pri-
mas, genti-
lium est.
Discipulos
Christi hu-
militas cō-
mendat, et
honorabi-
les facit.
Exemplū
humilita-
tis seipsum
proponit
Dominus.

Dominus
cur Apōsto-
los permise-
rit labi.

Ordines du-
os in mun-
do consti-
tuit Deus
Pater, mū-
danum &
spiritualē.
Apōstolos
non decet
regnare
gladio ex-
terno, sed
verbo diui-
no.

statē exercēt in eos. Nō ita erit inter vos: sed quicumq; voluerit inter vos
maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse,
erit vester servus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministra-
re: et dare animam suam redemptionem pro multis. q. d. Alii hominēs
quia regunt, clari sunt: & amare primas, Gentilium est. Nam
dominatum & tyrannidem exercent in illos quibus imperant:
& qui primates sunt, potestatem suam exercent in sibi subie-
ctis. Populi enim malo, suæ consulunt authoritati: eaque cu-
rant, non quæ conducunt multitudini, sed quæ faciunt ad stre-
pitum fortunæ gloriæque suæ. Meos autem discipulos humi-
litas commendat, & honorabiles facit; atque adeo qui maior
esse voluerit gratia & gloria, debet his qui opus habent, mini-
strare. Nec enim in aliud sibi sumit primū locū, nisi vt omniū
commodis inseruiat, nihil inde venans nec honoris nec com-
pendii. 1. Tim. 3. Fidelis sermo: si quis Episcopatum desiderat
bonum opus desiderat. Ne autem quis tergiueretur, seipsum
Dominus proponit exemplum illis. Ipse filius Dei viui est, do-
minus & magister omnium, rex regum & dominus dominā-
tium, & tamen nullam omnino inter mortales sibi dignitatem
arrogavit, sed omnium factus est nouissimus: quanto ergo
iustius humilientur & inseruiant serui? Sed hoc exemplum
imitemur & nos omnes, siue Ecclesiastici simus præfides, siue
subditi: nam humiles exaltabuntur, Lucæ, 14. 18.

Opus habebant hac correptione Apōstoli: nam ex ignorā-
tia & carnali prudentia eorum procedebant cogitationes. Sed
permisit dominus eos ita labi, vt postea prædicatores Euāge-
lii effecti discerent patienter ferre lapsos, Rom. 15.

Adhortatur autem Dominus utrosque ad humilitatem &
subiectionem, seque illis exemplum proponit, & vult dicere,
Minimè putetis meum regnum vt mundanum administrari.
Parer enim meus in mundo duos instituit ordines, mundanū
& spiritualem. Mundanum commisit administrandum Imper-
atori, Regibus, Principibus, Comitibus, Iudicibus, Senato-
ribus, &c. vt gladio externo defendant bonos, & puniant ma-
los, Roman. 13.

Spiritualē commisit administrandum Episcopis, Pastori-
bus, Doctoribus, Presbyteris, Concionatoribus, vt prædicent
Euangelium, administrent sacramenta, excommunicatione le-
gitimè vrantur. Quasi dicat: Nō decet vos gladio regnare ex-
terno, sed verbo diuino. Quare ex mea doctrina, & ex mea vi-
ta exemplum sumite. Ego enim Dominus cæli & terræ omniū
vestram sum factus seruus. Præbete ergo etiam & vos erga
omnes faciles, inseruite inuicem, ferte alterius imbecillitates,
& in patientia & spe afflictiones sustinere. Sic eritis veri dis-
cipuli mei, & hæredes vitæ æternæ. Amen.

EPI-

EPILOGVS.

1 Regnum Christi describitur nō esse mundanum seu terrenum, in quo
sunt Consiliarij, Satrapæ & aulici: cuius opinionis fuerunt aliquādo Apo-
stoli, sed spirituale, cælestē, & æternum, quare etiam spirituales requirit
affectus. Spiritualia exercitia: & falluntur qui in eo quarunt mundanos
honores, carnales voluptates, fluxasque diuitias.

2 Regnū Christi non occupatur vi aut armis, sed humilitate, fide, cha-
ritate, & impletione voluntatis Christi. Est autē voluntas eius, id quod
à Iacobo & Ioanne exegit: nimirum vt in regnum ipsius ingredi cupiens,
ipsum bibat calicē, ipsum baptizetur baptisate. Nec datur secundum per-
sonarum respectum, sed preparatione Patris ab æterno, hoc est, prædesti-
natione, Ephe. 1. Et quamuis citra fidem, vitamque innocentem & affli-
ctionum tolerantiam nequeamus (adulti præsertim) in Christi ingredi
regnum, non tamen preparatio illa mansionum cælestium continget nobis
ex præcedētib; meritis, sed ex gratia, rursus testante Apōstolo 2. Tim. 1.
Deus, inquiens, saluos fecit nos, & vocauit nos vocatione sancta: non
secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam quæ
data est nobis per Christum lesam ante tempora æterna.

3 In mundi regno quantū quis plus potestatis habet, tantū censetur
magnificentior. At in regno Christi ille est maximus, nō qui plus in alios
habet potestatis, sed qui plurimum sese infra alios omnes humiliat, omni-
busq; lubentissimè ceteris inseruit. Quod maximè pertinet ad magistra-
tus Ecclesiasticos, nimirum vt quemadmodum sese vocant seruos seruo-
rum Dei, sic re vera ab omni ambitione & tyrannide sint alienissimi, se-
seque seruos & agnoscant et habeant: vt quemadmodum dicuntur Pape
& Episcopi, hoc est, patres & inspectores, sic quoque tales sese præsent:
& quemadmodum dicuntur pastores & presbyteri, sic quoque pascant
& præsent piè. Seipsum Dominus proponit exemplum illis.

In ferijs D. Petri ad vincula Epistolam & Euangelium
reperiet sincerus diuini verbi declamator in
Festo Apōstolorum Petri & Pauli.

I Nstitutum est hoc festum diligenti cura & opera Theodo-
siae filiae Theodosij Imperatoris vxoris Valentiniani, ad ri-
tum Gentilium destruendū: qui primum diem Augusti quot-
annis solennius celebrabant in honorem Octauij Augusti
Gentilis, ob victoriam eodem die contra Antonium & Cleo-
pattam adeptam anno Domini 425. Decretū est igitur à Pon-
tificē, & à regina impetratum, in memoriam principis Apo-
stolorum Petri, & vinculorum eius, vt quod hominum indi-
screta religio faciebat gentili damnato, in bonum commutata,
faceret Apōstolorum principi Petro, & sic ex iniquo princi-
pio, salubris conflata est religio. hoc ipsum diuerſa testantur
historiæ Ecclesiasticæ.

Institutio-
nis festi hu-
ius causa.

I N F E-

2. Cor. 9.

Fratres, *Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Vnusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.*

Parsens Epistola ad subministrationem in sanctos, hoc est, ad eleemosynarum inter pauperes distributionem vnicè spectat: & sunt tria præsertim quæ circa subministrationem seu distributionem huiusmodi nobis in presenti commendantur.

Pauperibus quatum et qua mensura sit distribuendum. Exhortatio ad liberalitatem in pauperes.

Primum est, quanam mensura, aut quantum pauperibus sit distribuendum: de quo adducit Apostolus similitudinem à semente, quum dicit, *Qui seminat parce, is parce quoque messurus est. Et qui seminat benigniter, copiosè etiam metet.* Qua nimirum similitudine metaphorica (à re rustica sumpta) hortatur nos ad liberalitatem, inquitque non parcè, sed largiter & liberaliter esse impertiendum pauperibus: odit enim Deus contractam manum, diligitque contra extensam, Eccles. 4. Vnde & de ipso scribitur Psalm. 144. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione.

Similitudo aprißima.

Cupiunt agricolæ vberes semper prouetus in agris suis: Sic & nos copiosam mercedem in benefactis & operibus nostris expetimus. Verum si agricola vberes prouetus consequi vult, copiosè quoque sementem faciat oportet. Sic igitur & nos, si mercedem nostram copiosam esse volumus, copiosè quoque pauperibus elargiamur, necesse est. Alioqui enim quemadmodum agricola parcè seminans parcè etiam metit: sic & nos, si parcè demus, parcè quoque mercedem recipiemus.

Parcè dās, parcā mercedem recipitur est. Quo animo seu intentione sint dādæ eleemosynæ. Largitas nō tam in quantitate consistit, quā animo.

Si ergo (ut debemus) eleemosynas volumus elargiri, elargiamur liberaliter & copiosè. Sed hoc cum distinctione intelligi debet, ut nempe pro facultate nostra demus largiter: Si habemus multum, multum demus: sin parum, illud impertiamur, Tob. 4. Marc. 12.

2. Secundum est, quo animo seu intentione dandæ sint eleemosynæ, de quo ad hunc modum Paulus dicit, *Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia, aut necessitate: nam hilarem datorem diligit Deus.*

Largitas eleemosynarum non tam in quantitate consistit, quā animo. Hinc nēpe est quod Dominus Luc. 21. viduam pauperulam præ omnibus diuitibus laudavit, quum tamē nil nisi

nisi æra minuta duo misisset in gazophylacium: vere, inquiēs, dico vobis, vidua hæc pauper plus quā omnes misit. Hi enim omnes ex abundanti miserunt in munera Dei, hæc autem ex penuria sua vniuersam habitā substantiam misit. Si igitur animus sit hilaris & paratus, multum dedit qui minimum etiam dedit, modò non potuerit dare commoda plura. Vnde & Tobias pulchre monet filium, *Quomodo potueris, inquiens, ita esto misericors: Si multum tibi fuerit, abundanter tribuc: sin verò exiguum, & hoc libenter impertiri stude.*

Quum ergo Deus eleemosynarum remunerator in omnibus factis cor intueatur, ut nobis certò maneat præmium apud ipsum, cor & animum nostrum recte affectum esse oportebit. At ita demum istuc erit, si demus vltro & hilariter, non autem inuiti. Nam inuitum obsequium Deo displicet, vltro autem placet. Ad hæc verò & simplici animo demus oportet, hoc est, ob nullam auram popularem, sed in solius Dei gratiam, & ex amore proximi. Hinc nimirum prohibet in Euangelio Dominus, ne tuba ante nos canatur. Nesciat sinistra quod facit dextra, Matth. 6. Hac igitur intentione demus, quoties damus.

3. Tertium est, quid fructus & vtilitatis distributionem eleemosynarum sequatur, de quo Apostolus cōsequenter infert d. *Potens est, inquit, Deus efficere, ut totum beneficium in vos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, exuberetis in omne opus bonum, &c.* Putat vulgus Christianum, si quid pauperibus impertiat, id suis facultatibus decessurum, seque egestate ob id premedum: inquiunt enim, Tam exundantem eleemosynam in alios effundere possem, ut & ego ipse ad mendicitatem quoque impellerer.

Verum Paulus contrarium hic probat: dicit namque totum beneficium exuberaturum in nos, nos & omnem sufficientiam rerum temporalium habituros, & prouentu etiam iustitiæ bonorumque operum accumulandos. Vide, sic Deus vnum opus duplici præmio remunerat: ut non immeritò dicat Salomon, Prouer. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt aliena, & semper in egestate sunt. Item 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Et Syrach cap. 29. Fœneratur proximo, qui facit ei misericordiam. Si quis de hacre quærat exemplum, legat 3. Reg. 17. de vidua in Sareptha.

Non pauperant igitur quæquam eleemosynæ: Nam duplex bonum operantur. Efficit enim Deus ut pauperum alumni & omnem in rebus corporalibus habeant sufficientiam, & in omnibus etiam bonis operibus ditescant, ut neque hic deficient neque illic. huc etiā & illud Tobia quarto spectat, Præmium, inquit, bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemo-

Cor rectū erit et sincerus affectus, si vltro & hilariter detur. Vana gloria in eleemosynarū largitione fugitāda. Vtilitas & fructus eleemosynæ. Vulgi diffidentia.

Duplex lucrum facit qui largus est in pauperes, temporale & spirituale.

Eleemosynæ non pauperant, sed ditant.

eleemofyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.

Dispergamur igitur & nos, demusque pauperibus, sanctis nimirum, largiter & hilari animo demus, vt detur nobis: simus misericordes, vt misericordiam consequamur, Luc. 6.

E P I L O G V S.

1 *Similitudine seminantis & metentis, vt liberaliter simus benefici & spontanei, adhortatur Apostolus.*

2 *Beneficium hoc non peribit. Nam quicquid Dei amore in sanctos confertur, Deus sibi collatum imputat, Matth. 10. & 25.*

3 *Bona pietatis & iustitie pars est munificètia, qua sanctorum inopia subuenitur, Psal. 91. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet, &c.*

IN F E R I I S E I V S D E M M A R T Y -
R I S, E V A N G E L I V M.

IOAN. 12.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus qui in caelis est.

EVANGELIUM hoc duas in se continet partes. In priori Seruator noster Christus, de sua ipsius agit morte, & ostendit quid fructus inde sit promanaturus, quum dicit, Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.

Grano frumenti cur se cõparet Christus.

Comparat se Christus grano frumenti, ad differèntiam aliorum hominum quorumcunque, qui vt plurimum palea sunt, hoc est, foris speciosi & intus vani: item ad nihil aliud quam vel ad ignem, vel ad cibum iumentorum apti. Christus autem granum est solidum in seipso, item ad cibum hominum ordinatum, iuxta illud Ioan. 6. Ego sum panis vitæ, &c. Hoc est, granum illud vnicum spei nostræ præsidium, nostræque inopiæ solatium. Omnia alia grana vel putrefacta erant, vel à vermibus corrosa. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, ait Psal. 13. Vnus hic Christus, vnus hoc granum horrea impleuit Ecclesiæ. Verè mirabile granum, mirabiliter orrum sine semine, nec corrumpi potuit per originale aut actuale peccatum, solum sufficiens ad refectionem totius humani generis, solum denique & Ecclesiam & cælum repleuit, vt verè dixerit Ioannes, se vidisse turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, stantem ante thronum Dei, Apoc. 7. Hoc granum prius beatos angelos pavit, nunc autem granum frumenti, hoc est, etiam

Granum Christus sufficiens ad refectionem totius generis humani.

etiam homini cibus factum est. Hoc granum feliciter exortum est de terra illa quam benedixit Dominus, virgine scilicet gloriosa. Solum autem mansisset, nisi morte pro peccatis nostris satisfecisset, Patrem reconciliasset, & cælum nobis aperuisset. In terram autem proiectum fuit, non quod peccati vel mortis debitor esset Christus, sed vt vna mors eius multorum vitam fructificaret, sicut granum frumenti non idcirco proicitur in terram quia vitiosum est, sed vt fructum adferat.

Sub his obscuris itaque & allegoricis verbis Dominus comprehendit & summam necessitatem, & præstantissimam utilitatem suæ mortis. Non secus cum Christo comparatum est, ac cum frumenti grano. Nisi granum in terram deiiciatur, & ibi veluti moriatur, solum incolume manet & in frugiferum. At nisi adferat fructum, omnibus hominibus fame pereundum erit. Ne igitur pereant homines, in terram deiiciatur, & com-putrescat granum oportet, hoc summa postulat necessitas. Ad eundem modum, si Christus (verum granum frumenti) in terram passionis se deiici non fuisset, hoc est, passus, mortuus, & sepultus non fuisset, ipse solus incolumis mansisset, nec quid attulisset nobis fructus, hoc est, mansisset ipse quidem idem & talis, qui ac qualis erat, & de nobis fuisset actum omnino, perissemusque omnes fame æterna, hoc est, æternum fuissemus damnati.

Iam contrà, quemadmodum granum frumenti, si in terram deiiciatur, & ibi veluti moriatur, fructum adfert copiosum, emergit multo cum fœnore, pro vno grano centum reddit, latè campos lætis segetibus occupat, adeoque totam regionem vberè proventu ditat, omnibus denique esurientibus sup- peditat fructum, sicque à fame extrema homines liberat. Eodem modo Christus quum passus, mortuus & sepultus sit, multo cum fœnore resurrexit, attulitque fructus quamplurimos vniuerso mortalium generi. Nam primò quidem famem illam nostram extremam, peccatum, inquam, satanam & mortem æternam profligauit: deinde vero reduxit nobis veram sanitatem & sufficientiam, Patris nimirum fauorem, sempiternam iustitiam, veram æternamque libertatem, adoptionem filiorum Dei, Spiritum sanctum, & vitam denique hæreditatemque perennem, vt iam certatim irruant etiam peccatores, & regnum cælorum vim patiantur, Matthæi vndecimo. Denique effecit vt à solis ortu vsque ad occasum laudabile sit nomen Domini: & quod non in vno tantum vt olim, sed in omni loco offertur ei oblatio munda, &c. Hunc fructum, tantamque mortis Christi utilitatem præuidēs Isaias dixit, cap. quinquagesimo tertio, Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum.

Psal. 84.

Utilitas & summa necessitas mortis Christi allegoricè ostēditur.

Similitudo grani aptè quadrat passioni & mortis Christi.

Mortuus et sepultus Christus, multo cum fœnore resurrexit, fructusque multos attulit. Rom. 4. Psal. 112. Malach. 1.

Hic

Hic igitur & ad poenitentiam permoueri, & ad fidem excitari, & ad gratiarum actionem inflammari debemus. d. cum Psal. 102. Benedic anima mea Domino & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, &c.

Seruator vult nos sui esse imitatores.

Cruce nō tā sū ad Christum, sed etiā ad nos pertinet.

Anima hic vita corporalis intelligitur. Animā suā amare quid sit.

Seneca.

Duplex vita maleamādo presentem vitam perditur.

2. In posteriori parte de morte ac passione agit discipulorum suorum, hoc est, Christianorum omnium, & declarat quā inde ad eos vtilitas prouentura sit. Vult enim Seruator nos sui esse imitatores: imō & in hoc prædestinati sumus à Deo ante tempora secularia, vt simus conformes imagini filij ipsius: ergo & nos patiamur, moriamur que oportet. Oportet, inquam, nam summa nos vrget necessitas. Nisi enim moriamur, perdemus vitam, quam nobis impetrauit Christus sanguine suo. Hinc subdit: *Qui amat animam suam, perdet eam.* Hæc ad nos dicit, ne putare possemus ad solum Christum pertinuisse mori, pati, & crucem ferre, nihil autem ad nos, imō nobis licere in desidia & luxu viuere. Verum non sic se res habet, ait Christus, *Qui amat animam suam, perdet eam,* &c. Ac si dicat, Sicut nihil contulisset vobis mea incarnatio, nisi sequeretur mea passio, sic nihil vobis proderit in gratia renatos esse, nisi omnino in vobis occidatur quod veterem illam redolet vitam.

Anima hic ponitur pro vita corporali & naturali, sicut etiā Matth. 6. accipitur, quum dicit Seruator. Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, &c. Amare autem est alicui bonum velle. Amat igitur animam suam qui vitæ corporali perimitrit quæcunque desiderat & appetit; contā autem ei parit in omnibus quæ ipsi contraria sunt. Appetit autem vita corporalis quæ iucunda & delectabilia sunt, luxum scilicet & voluptatem, diuitias, delicias, otium, &c. Econtrā fugit quæ dura sunt, laborem scilicet, ieiunium, vigiliis, crucem, mortem, etc. etiam si sciat Deum talia præcipere. Mundanus igitur homo animæ suæ & vitæ optimè consultum putat, si concupiscentijs fræna laxet, quantūcunque prohibitis, omnia que tristia longè repellat, etiam si aliud suadeat gloria Dei & charitas proximi. Atqui hoc modo anima seu vita nō seruator, sed perditur: qui enim concupiscentijs suis obsequitur in omnibus, faciliè in morbos incidit corporis, attestante hoc Siracho & dicente, In multis escis erit infirmitas, & auiditias appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt. Quapropter præmittit d. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam, Eccl. trigesimo septimo. Deinde huiusmodi amator animæ suæ etiā æternaliter eam perdit. Nunquam enim videbit vitam. Hinc sapiens Eccl. 18. ait, Si animæ tuæ præstes concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Et Dauid Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam*

animam suam. Er Apost. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini.

Ex grano igitur tritici disce, quomodo seruare possis animā tuam, scilicet, moriendo concupiscentijs. Granum non semper seruare poteris, si arcæ aut granario recondas ac ei parcas. fortassis enim aut à muribus deuorabitur, aut alio modo peribit, & à vermibus corrodetur. Si autem terræ recondas, tunc optimè seruasti, perit quidem vnum granum, sed resurgunt viginti aut triginta. Sic vitā istam velis nolis amittes: iam si eam impensè diligas & carnaliter, & eam perdes, & futuram non consequeris. Si autem eam pro Christo impedas, aut alioqui mortifices, ac omnia cum Paulo vt derimētum æstimes, perit tibi quidem hæc vita, sed succedet melior. Ideò subdit:

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit illam. Non hoc vult, vt nos ipsos occidamus, vitāque hanc violenter nobis ipsis abrumpamus, id quod quidam malè suspicati sunt. Quomodo autem odienda sit anima aut vita, ab ipso externo odio disce; *Qui aliquem odit, nec vocem eius audire sustinet, nec visum videre, nec in aliquo illi obsequitur, imō contraria ei semper facit.* Sic anima quum contraria legi Dei suadet, non audienda est, non obsecundandum concupiscentijs eius: sed quæ ei displicent faciēda, qualia sunt crucem portare, abstinētia domare carnem, abnegare propriam voluntatem, &c. *Qui sic animam suam odit & perdit, verè eam custodit.* Primo enim non tot morbis eam obnoxiam habet. *Qui enim abstinens est, adiecit vitam,* ait Ecclesiasticus capite 37. Deinde seruat eam in vitam æternam, hoc affirmante Apostolo Roman 8. Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et si enim præsens vita deficiat, tamen succedit melior & æterna. Quemadmodum enim agricola qui frumentum suum deicit in terram, ac eius veluti iacturam facit, illud demum egregiè & prudenter seruat, sibiq; magnum frugum conciliat prouentum: sic & nos, si vitæ nostræ & temporalis & carnalis, propter Christum iacturam faciamus, insigniter seruabimus vitam nostram, pro tristitia carni nostræ inflicta, referemus gaudium perpetuum, pro breui spreta voluptatula, consequemur voluptatem æternam, pro temporali vita recipiemus sempiternam.

Et ne quis ab his quæ iam dicta sunt resiliat cum his qui dicebant, Ioan. 6. Durus est hic sermo, quo addat calcaria. Primò admonet nos vocationis, d. *Qui mihi ministrat, q. d. In disciplinam meam vosmet ipsos tradidistis, restat igitur vt non resiliatis, etiam si ardua videantur quæ præcipio.* Ministros Dei vos nominatis: restat igitur vt re ipsa hoc ostendatis. Signum crucis in fronte suscepistis & gestatis, non decet vt crucem

Anima quomodo seruari poterit, ex grano tritici discitur.

Anima seu vita quomodo odienda sit, ab externo odio discere possumus. Vita duplex seruator, vitam presentem odiendo.

Vocationis nostræ admonemur.

Ministrum oportet se-
qui magi-
strum.

fugiat, & suavia sectemini. In baptismo iurastis mecum vos morituros, restat ut promissum impleatis, ne fidefragi inueniamini. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c. Matt. decimosexto. Et 1. Ioan. secundo. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ille ambulare. Secundo admonet nos sui exempli, *Me sequatur*, inquit, *inquiens*. Non, inquit, solus es, ego præcessi. Non præcipio nisi quæ per meipsum feci & facio. Nemo tam timidus qui si viderit ducem in prima acie pugnare, quin animum recipiat. Hæc igitur duo nos ad odium vitæ præsentis & amorem crucis quasi duo calcaria excitare debent, consideratio scilicet voti in baptismo facti, & exemplum Christi. Cæterum duo quædam hic ponit ad discipulam Christi pertinentia: ministrare Christo, & sequi Christum. Non quidem exprimit certum aliquod ministerium, sed simpliciter: *Qui*, inquit, *mibi ministrat, &c.* Quilibet enim in suo statu & officio Christo ministrat, si officium suum diligenter exequatur. Ministrare autem debemus non nomine tantum, sed officio insuper & affectu, ut dicamus cum Paulo, Act. 9. Domine, quid me vis facere? Et iterum Psalm. 107. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum, &c.

Exemplo suo prouocat
nos ad se se
quendum.

Duo nos ad amorem
crucis ex-
citantia.

Quilibet in suo statu
& officio
Christo mi-
nistrare po-
teſt, si illud
diligenter
exequatur.
Promissio-
nibus dua-
bus inuitat
nos ad se se
quendum.

Non leuis honor est,
quem Deus
dabit suis
ministris.

Et ut facilius persuadeat, duas nunc addit promissiones. Prima est, quum dicit, *Et ubi ego sum, illic & minister meus erit.* Cum Christo namque perpetuo erunt & manebunt sui ministri & imitatores. Hinc ipse dicit, Lucæ 22. Dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam. Et iterum Ioan. 14. Veniam & assumam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis. Item Apocalip. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum. Et Paulus 2. Timoth. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus. Non leue autem premium est, esse cum Christo. Vbi enim male quis esse poterit cum ipso, ipse vita, salus, lux & hæres omniam bonorum Dei. Hinc Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona cum illa.

At ne quis præcedentem promissionem contemnat propter humilitatem Christi adhuc in terra conuersantis, addit maiorem: *Si quis mihi*, inquit, *ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Quis autem non videt magnum esse à Deo honorificari? Si magnum putant homines honorari à principe qui homo est, quantum erit honorari à Deo? Non autem exprimit quo honore ipsos honoraturus sit: tum quia satis innuitur non leuem esse honorem quem ipse Deus dabit, tum quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt eum, Isaïæ 64. Hic igitur videre licet quam verè dictum sit Sapien. 3. Bonorum laborum gloriosus fructus. Itemque Rom. 8. Non sunt condignæ passionibus huius

huius seculi ad futuram gloriam. Et iterum 2. Corint. 4. Quod leue & momentaneum est tribulationis, æternum pondus gloriæ operatur, &c.

Eia itaque, ministremus Christo, sequamur illum, nos totos & dictis & factis & cogitationibus ad ipsius doctrinam ac exemplum componamus, vitam hanc temporalem despiciamus, mundi voluptates calcemus, per patientiam in cruce & mortificationem contendamus ad gloriam.

EPILOGVS.

1 *Parabola grani proiecti in terram ostendit Christus utilitatem & multum fructum mortis & passionis sue. mors enim Christi, meritum nostrum, salus, vita & resurrectio.*

2 *Exhortatio post propositam parabolam, qua iubemur perdere animas nostras, non ad id valet, ut se quisque interimat (quod inexpiabile nefas est) sed ut in se interimat carnalem affectum animæ, quo cum impedimento vitæ future, præsens delectat. Ita de parentibus, ut qui eos amat, perdet, non more patricidarum interficiat, sed spiritali gladio verbi Dei carnalem affectum eorum occidat.*

3 *dulcissima promissio & dignitas ministrantium Christo, honorificabit eos Pater, hoc est, erunt cum Christo filio dei; maiorem honorem accipere non potest adoptatus, quàm ut sit ubi est vnicus.*

IN SACRIS FERIS ASSUM-
PTIONIS B. MARIE,
EPISTOLA.

IN omnibus requiem quaſiui, & in hereditate Domini morabor. Tunc *Eccles. 246*
præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi in Iacob inhabitare, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio ante secula creata sum, & usque ad futurum seculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rose in Iericho, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, & quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

Lectio præsens propriè intellecta, æternæ Sapientiæ filio nē. *Sapientia*
pe Dei, potius quàm matri cōuenit, & duo nobis proponit. *diuina in-*
Primo loquitur Sapiencia diuina de regno suo spiritali, & *nuit se nō*
vbinam, seu inter quos regnet: & nihil innuit aliud quàm re- *alibi regna-*
gnare se in Ecclesia, quam multis epithetis exornat, ut omni- *re, quàm in*
bus Ecclesiæ indoles & proprietas fiat quàm notissima, ne quis *Ecclesia,*

fese falso Ecclesie annumeret. Dicit ergo si iussu creatoris omnium, (hoc est Patris sui caelestis) regnare ac habitare in Iacob, in Israel haeredem agere, in electis radicari, in Sion esse firmatam, in ciuitate sancta requiescere, in Ierusalem habere potestatem suam, agere radices in populo honorificato, inter partes Dei sui habere haereditatem, & in plenitudine sanctorum commorari. Quibus verbis indicat, regnum suum esse in Ecclesia, ut dictum est, imo ipsam Ecclesiam esse regnum suum. Est itaque Ecclesia primo Iacob, hoc est, supplantatrix, quod scilicet peccata & carnem, satanaeque suggestiones supplantet: est & Israel, hoc est, pugnans cum Deo, quod contra spem in spem credat, Dei que promissis & gratia nitatur. Est quoque electa, hoc est, Deo chara, & Dei vicissim amans. Est etiam Sion, hoc est, specula, quod opera ipsius bona luceant omnibus. Est item ciuitas sanctificata, hoc est, communio sanctorum, quod vnanimitatem, pacem, concordiam & charitatem constantissime exerceat & conferuet. Est praeterea Ierusalem, hoc est, pacis visio, quod pacem cum Deo habeat, & conuersationem suam gerat in caelis in superna illa Ierosolyma. Est ad haec populus honorificatus, hoc est, regale sacerdotium, & sacerdotale regnum, quod semper Deo offerat corpora sua hostiam viuentem, & carnem spiritui subijciat ad obsequium Christi, & in super pars Dei, & plenitudo sanctorum, quod in iustitia & sanctitate viuat coram Deo cunctis diebus vitae suae, quod huius sanctissimae voluntati sese totam consecrauerit. Vide, huius indolis & proprietatis est Ecclesia, regnum Christi.

Imo ostendit etiam iisdem, vndenam suum regnum, vera inquam Ecclesia, cognosci & deprehendi possit: nimirum, omnes illos esse Ecclesiam ac Ecclesiae viua membra, qui sunt spiritualiter Iacob, hoc est, supplantatores vitiorum: item Israel, hoc est, fide praevalentes: item electi, hoc est, charitate (certo nempe electionis signo) praediti: item Sion, hoc est, contemplatores caelestium: item ciuitas sanctificata, hoc est, vnanimes & sancti: item Ierusalem, hoc est, pacis studiosi: item populus honorificatus, partes Dei, & plenitudo sanctorum, hoc est, omnium virtutum corona redimiti.

Contra vero quicumque his notis carent, vtcunque immisceant se Ecclesiae, & de Ecclesia gloriantur, & visibiliter in ea conuersentur, non sunt tamen in Ecclesia Christi, sed in synagoga satanae, nec possunt saluari vnquam, nisi notas has sibi concilient, ideoque nec inter tales Christus regnat. Expendamus igitur quales & nos esse oporteat, siquidem in Christi regno esse atque ab eo curari velimus.

Secundo proponit nobis sapientia Christus, in suis verbis quonam regnet successu, quum dicit, exaltatum se esse quasi cedrum

Regnum sapientiae aeterna Ecclesia.

Genes. 32.

Rom. 4.

Matth. 5.

Epitheta egregia perque vera Ecclesia cognoscitur.

I. Petr. 2.

Rom. 12.

Indoles & proprietates Ecclesiae regni Christi.

Luc. 1.

Ecclesiae viuorum membrorum nota.

Notis his carentes in Ecclesia vere non sunt, sed in synagoga satanae.

Successus regni Christi.

drum in Libano, quasi cypressum in monte Sion, &c. Quibus sane verbis rex noster suum regnum eminentius, fortius, suauius, feliciusque esse omnibus totius mundi regnis declarat, imò etiam si omnes vniuersi orbis reges longè superare, adducta arborum aromatumque similitudine.

Primo quidem Cedro sese comparat, quod quemadmodum cedrus arbor est omnium altissima, aedificando aptissima, & nihil planè onerosa, ita & ipse solus sit altissimus, fundamentum & aedificator spiritualis aedificij, ac omnium oneratorum refocillator.

Secundo autem assimilat sese Cypressus: quemadmodum enim cypressus arbor est violētissimi odoris, adeò ut & serpentes fuget, ita & Christus morte sua amarissima & sacrificij crucis odore serpentis antiqui venena fugauit.

Tertio verò Palmae se confert, quod quemadmodum palma in cacumine fructus fert longè dulcissimos, nec cedit ponderi, sed surgit aduersus pondus, ita & ipse Christus in crucis cacumine fructus nobis ediderit plurimos, non cesserit ponderi mortis & satanae, imò vtrumque potentia deuicerit, nosque ab ijs liberauerit.

Cæterum quarto Roseto sese facit similem: quod quemadmodum rosa mirae pulchritudinis & suauissimi odoris est, sic & ipse sit speciosissimus pra omnibus filiis hominum, ac credentibus odor vitae in vitam aeternam.

Porro quinto Oliuae sese confert: quemadmodum enim oleum hominis vires & corroborat & exhilarat, ita & ipse conscientias nostras verè suo Spiritu ac gratia corroborat exhilaratque.

Sexto verò comparat sese Platano: quod quemadmodum platanus latè ramos extendit, & fessos suo vmbaculo à folis aestu defendit, sic & ipse sua gratia omnia ambiat, inque tentationum & afflictionum ardore sibi fidentibus succurrat.

Ita tandem & Cinnamomo, Balsamo ac Myrrhae sese comparat: quod quemadmodum haec aromata mirè debile corpus confirmant, ad eundem modum & ipse sit credentium confirmatio, refectio, consolatio, gaudium, denique omnia. Talis ac tantus rex est Christus.

Quis iam nolit sub tali tantoque rege lubens agere? Quis huius recuset tollere iugum, cuiusque subditus esse? Quis hunc nollet supra se regnare? Quum praesertim & suos clientulos faciat altissimos, latissimos, fortissimos ac suauissimos, ne quis malorum ipsis possit incommodare, neque quis bonorum odisse eos queat. Agite itaque abnegemus regnum mundi, carnis & satanae, atque hunc vnum regem agnoscamus, exostulemur, veneremur, audiamus, ac sequamur, simus ac permaneamus

Regnum Christi emendatius, suauius, feliciusque esse omnibus mundi regnis declaratur.

Cedrus arbor altissima.

Ephes. 2. Matth. 11. Cypressus arbor violentissimi odoris.

Palma in cacumine fructus fert dulcissimos.

Rosa flos mirae pulchritudinis et suauissimi odoris.

Oliua arbor corroboratiua & exhilaratiua.

Platanus arbor latè ramos extendens, fessosque suo vmbaculo ab aestu defendit.

Cinnamomo-

*num, balsa-
mū et myr-
rha arbo-
res aroma-
tice debilia
corpora mi-
rè confirmā-
tia.* in regno ipsius, sumus ipsius populus. Ita enim & ab omni ma-
lo erimus tuti, & in perpetua viuemus pace, & nihil nobis de-
erit, & tandem regnabimus cum ipso in æternum.

*Elogium sapientiæ diuinæ etiam potest accipi de deipara
virgine gloriosa.*

Hanc ob causam verba lectionis presentis hodiernę festiui-
tati dedicata sunt, nimirum quod persona loquens inter cetera
dicat, creatorem suum requicuisse in tabernaculo suo, & se ex-
altatam esse instar cedri, cypressi, palmæ, roseti, oliuæ, & plata-
ni. Nam hæc verba si iuxta literam sumantur, non ineptè con-
ueniunt matri virgini, vt cuius creator (vnigenitus nempe Dei
filius Iesus Christus) in ipsius carne tanquam tabernaculo no-
uem menses requicuerit, quæque in assumptione sua exaltata
sit supra omnes choros angelorum ad cælestia regna.

E P I L O G V S.

*1 Sapiētia Dei Iesus Christus filius Mariæ nō vbiuis vult morari, sed in
hereditate Domini, quæ sunt animæ timentes Dei. Delitiæ sunt ei esse cū
hominibus, sed nō cū omnibus. Iacob elegit, Esau verò odia habuit, Cainū
necē fratri meditantē abominatur, simplicē autē Abelā, nihil mali suspicā-
tē, fratris verbis acquiescentē amplectebatur. Sic etiā idololatras et san-
guinarios ethnicos auersabatur. Iudeos verò sanctarū patrū germē elegit.*
*2 Pulchris epithetis et notis Christi renum, scilicet Ecclesia describitur,
& vnde eius vera membra cognoscantur, apertè demonstratur.*
*3 Sapiētiæ diuinæ altitudo captui nostro sese attēperat, quæ quum sit
incōprehensibilis & inuestigabilis, tamen cedri, cypressi, palmæ, rosæ hie-
richuntinæ, oleæ, & platani comparationibus, suam eminentiam, fortitu-
dinem, & suauitatem explicat.*

IN IISDEM SACRIS FERIIS

EVANGELIUM.

LUC. 10.

In illo tempore intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quæ dicitur
Martha nomine, accepit illū in domum suā: & huic erat soror nomine
Maria quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbū illius. Mar-
tha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & ait Domi-
ne non est tibi curæ quod soror mea relinquit me solā ministrare: dic ergo
illi vt me adiuet. Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha, soli-
cita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium, Maria op-
timam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

*Hospitali-
tas nobis in
Martha cō-
mendatur
Oppidu-
lum quod
intra*

Proponūtur nobis hic duæ mulieres sorores, Martha vide-
licet & Maria: & in vtraq; proponitur nobis peculiare sin-
gulareque exemplum. In Martha commendatur nobis ho-
spitalitas. Nam primo quod ad Marthæ personam attinet, au-
dimus ex textu Euangelico Iesum intrasse quoddam oppidu-
lum. Nam solitus erat hoc intrare, quum à Galilæa in Ierusalē
celebraret ascensum, quia intermedium erat, quod Bethania
vocabatur: & mulierem quandam Martham nomine excepit: sic & nos eundem debemus excipere. Excipiemus autē illū, diligēdo Christū & sermonem eius seruādo. Ioan. 14. Si quis diligit me, &c. Excipiemus eū venerabile sa-
cramentū sumendo, nam in eo veraciter totus cōtinetur Chri-
stus, idque vi & virtute verborum Christi. Excipiemus itē illū
in pauperib; nudis & vagis esuriētibus & sitiētibus. Quicquid
enim his impēderimus, id sibi impēsum putabit ipse, Mat. 10.
& 25. Hos igitur excipiamus, cibemus, potemus, regamus, cō-
solemur: sic nō minus excipiem; Dominū, quā ipsa Martha.
Sed Martha excepit illū alacris & magno cum gaudio, fœ-
licem & beatam se reputans, quæ mereretur excipere ipsum
Dominum. Sic & nos quicquid impenderimus, pauperibus,
id impēdamus alacriter & hilariter, non ex tristitia aut neces-
sitate: nam hilarem datorem diligit Deus, 2. Cor. 9. 1. Pet. 4.
Præterea sollicita erat Martha de apparatu conuiuij, satagēs
ac cursitans ne quid omnium deesset quæ ad excipiendum re-
ficiendumque Dominum & eius discipulos pertinebant: nec
hic vllis vel sumptibus vel laboribus parcebat. Ad hunc ergo
modum & nos in excipiendis cibandisque pauperibus, imo &
diligendis proximis, neque diligentia, neque laboribus, neque
sum-

vocabatur: & mulierem quandam Martham nomine excepit: sic & nos eundem debemus excipere. Excipiemus autē illū, diligēdo Christū & sermonem eius seruādo. Ioan. 14. Si quis diligit me, &c. Excipiemus eū venerabile sa-
cramentū sumendo, nam in eo veraciter totus cōtinetur Chri-
stus, idque vi & virtute verborum Christi. Excipiemus itē illū
in pauperib; nudis & vagis esuriētibus & sitiētibus. Quicquid
enim his impēderimus, id sibi impēsum putabit ipse, Mat. 10.
& 25. Hos igitur excipiamus, cibemus, potemus, regamus, cō-
solemur: sic nō minus excipiem; Dominū, quā ipsa Martha.
Sed Martha excepit illū alacris & magno cum gaudio, fœ-
licem & beatam se reputans, quæ mereretur excipere ipsum
Dominum. Sic & nos quicquid impenderimus, pauperibus,
id impēdamus alacriter & hilariter, non ex tristitia aut neces-
sitate: nam hilarem datorem diligit Deus, 2. Cor. 9. 1. Pet. 4.
Præterea sollicita erat Martha de apparatu conuiuij, satagēs
ac cursitans ne quid omnium deesset quæ ad excipiendum re-
ficiendumque Dominum & eius discipulos pertinebant: nec
hic vllis vel sumptibus vel laboribus parcebat. Ad hunc ergo
modum & nos in excipiendis cibandisque pauperibus, imo &
diligendis proximis, neque diligentia, neque laboribus, neque
sum-

*uit Iesus,
Bethania
vocabatur
Martha
hospita Do-
mini.
Cibi indi-
gus erat
Christus
quo ad hu-
manā na-
turā.
Matth. 4.
Ingēris gra-
tia signum
est, quotic
nūm Dei
pauper mē-
dicus ades-
ditis pe-
tit.*

*Dilectionē
proximi et
dilectionis
modum ex
facto Mar-
thæ discere
debemus.
Christus
quomodo
excipitur
hospitio.
Alacriter
& hilari-
ter pauperi-
bus subue-
niendum.
Laboribus
ac sumpti-
bus nō par-
cendum in
excipiēdis
cibandisque
pauperibus.*

sumptibus vllis parcamus. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ait senior Tobias ad suum filium, Tob. 4. Zachæus dimidium bonorum suorum dat pauperibus, Luc. 19.

Neminem pudeat pigeatq: proprio ministerio pauperibus inferuire.

Hospitalitatis virtus ad omnes Christianos nos pertinet.

Verbi Dei auditus in Maria sorore Marthe nobis commendatur.

Ad hæc, quemadmodum Martha non famulorum aut ancillarum, sed proprio ministerio inseruit Domino & discipulis: ita nec nos pudeat aut pigeat proprio ministerio pauperibus inferuire: quin pudeat nos potius inertiae & superbiae nostrae, Isai. 58. Carnem tuam ne despexeris. Christus attrectavit leprosos.

Hospitalitatis virtus ad omnes pertinet Christianos hospitalia habentes, extendiq; se indifferenter ad omnes. Vnde Chrysost. Quiescamus, inquit, ab hac absurda curiositate, vt simus personarum acceptores in recipiendis in domum nostram pauperibus. Nam Abraham circa omnes se ostendebat hospitalem, qui si curiosus scrutator fuisset, refugiētes ad se angelos hospitio non recepisset. Hinc monet Seruator Luc. 6. Omni petenti te, tribue. Rationem assignat Chrysost. dicens, Non ex vitam corum quos recipis, tibi mercedem tributurus est Dominus; sed ex tua intentione, voluntate, misericordia & bonitate. Discant ergo Christiani sine distinctione exhibere hospitalitatem; ne forte cui domum clauserint, ac humanitatem negauerint, ipse sit Christus. Ad hanc virtutem nos prouocare debet eius utilitas & fructus. Nam bona temporalia multiplicat, vt patet de vidua 3. Reg. 17. cui nec farina nec oleum defecit propter Eliseum hospitio susceptum. A temporali malo præseruat, vt patet in Raab, Ios. 2. saluata cum domo sua, quia nuntios Iosue suscepit. Sic Loth Genes. 19. quia angelos recepit, cum filiabus suis incendium euasit: de quo Orig. Domus, inquit, hospitales ingressi sunt Angeli: domus vero hospitibus clausas ignis & sulphur accendit. Audite qui peregrinis domum clauditis, qui hospites abigitis. Loth in Sodomis habitauit, alia eius bona gesta non legimus, quam quod angelos hospitio receperit, & ideo incendia ignis euasit. Præterea gratiam & salutem impetrat, Patet hoc in Zachæo Luc. 19. cuius domui à Deo salus contigit, & 4. Reg. 4. quando Elisei precibus hospitiæ suæ filius à mortuis excitatus fuit. Tandem cæli hospitium confert, hoc nimirum testante Augustin. Præbe rectum, accipe cælum. Caritas ergo fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatis nolite obliuisci. per hanc enim quidam placuerunt, angelis hospitio receptis, Hebr. 13. Rom. 12. 1. Pet. 4.

Secundo in Maria auditus verbi Dei nobis commendatur quam audimus ad pedes Iesu assedisse, sermonemque eius audiuisse. Semper in Euangelio inuenies Mariam ad pedes Iesu. Mortuo namque Lazaro corruit ad pedes eius, Ioan. 11. & in

& in die resurrectionis voluit tangere pedes eius. Hic quoque Ioh. 20. sedet secus pedes Domini: & dum parantur alimenta, ipsa soli Dei verbo vacabat. Postposuerat quippe hæc omnem corporis curam, sibi vacans, sibi attendens, sibi que intendens, non ad erogandum, sed accipiendum sollicita, & propensius auida. In nullo actu, sed in contemplatione tota erat, agens plus intentione quam opere. Audiebat verbum illius quoniam semper verbum bonum eructabat, ad quod præ dulcedine liquefiebat anima eius, ac si dixisset cum sponsa ad sponsum, Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.

Videtur quidem Maria multo præstitisse minus, quam soror Martha; nam & hodie pluris fit dilectionis officium, quam verbi Dei auditus. Est quidem hospitalitas & cura pauperum, opus Deo gratum, verum non aliter, nisi hæc duo simul accedant: Verbi Dei auditus, hoc est, fides vera & catholica (in verbo nimirum Dei fundata) cum primis nobis adsit necesse est. Nam quicquid fit extra veræ fidei vnitatem, abominationi est Domino. Deinde vero & rerum cælestium cura, contemplatioque requiritur: vt videlicet agamus cælestem conuersationem in terris, vt que omne desiderium nostrum à terrenis euehamus ad cælestia, & solius Dei gloriam quæramus in omnibus. Hinc Dominus suo responso quo illam defendit, longo interuallo prætulit auditum verbi Dei officio dilectionis, curaque pauperum.

Docemur igitur hic humanum iudicium in rebus diuinis planè mancum & cæcum esse: ideoque Dei iudicio omnia committenda. nam is solus nouit quid vel vilius vel præstantius sit. Martha enim ex illorum persona loquebatur, qui adhuc diuinae contemplationis ignari, solum quod didicere fraternæ dilectionis opus Deo placitum ducunt: ideoque cunctos qui Christo deuoti esse volunt, huic mancipandos autumant. Nondum autem aduertebat magis delectatum Iesum pascepe mancum & cæcum esse.

Sed consideremus quonam modo verbi Dei auscultatio præferenda sit dilectionis officio. Non nudè & solis corporeis auribus audiebat Maria verbū Iesu, sed & internis, hoc est, animo & toto affectu. Credebat nimirum verbo Dei, tota que interim amore desiderioque rerum cælestium rapiebatur, adeo vt terrestrium oblita esset, nec audiret nec videret Martham sororem sic discurrentem apparentemque. Huiusmodi igitur verbi Dei auscultatio in tantum placuit Christo, vt dixerit ad Martham, Mariam optimam seu meliorem partem elegisse, quæ nec auferetur ab ea.

Vnum, inquit, est necessarium. Q. d. Vna re in primis & maximè opus est, auditu videlicet verbi Dei, ac verâ fide, interna que pietate

Ioan. 20. Semper se se Mariam ad pedes Iesu composuisse sacra testantur Euangelia.

Cantic. 5. Hospitalitatis & cura pauperum opus est Deo gratum, verum non aliter nisi simul accedant verbi Dei auditus, hoc est, fides vera, & rerum cælestium

cura cõtemplatatioque. Iudicium humanum in rebus diuinis per se mancum & cæcum est.

Modus quo verbi Dei auscultatio præferenda sit dilectionis officio in Maria notã dus.

Vnum sum mopere no-

bis necessarium quid sit.

Quicquid cum verbo Dei pugnat, abominabile est coram Deo. Rom. 4. Psal. 118. Sine verbo Dei omnia sunt tenebrae, sine hoc languent omnia charitatis officia.

Exhortatio

pietate. Ratio est, quia quicquid Deo gratum, & animæ salu-
tiferum esse debet, id iuxta verbi Dei præscriptum, & in fide
spirituque fiat necesse est. Nam quicquid cum verbo Dei pug-
nat, abominatio est coram Deo. Quicquid non est ex fide,
peccatum est. Quicquid non procedit ex spiritu, hypocrisis est.
Summa: Verbum Dei est lucerna pedibus nostris, & lumē se-
mitis nostris. Sine hoc omnia sunt tenebrae, sine hoc languēt
omnia charitatis officia. Similem autem habemus locum. Act.
6. vbi Apostoli verbi ministerium, mensarum ministerio an-
reposerunt. An non sanctissima est institutio Baptismi & Sa-
cramentorum? tamen his præfert Paulus ministerium verbi,
1. Corinth. 1. Huc & locus Luc. 11. facit: Beati qui audiunt
verbum Dei, & custodiunt illud.

Monemur igitur hic ut quidem cū Martha sedulo in pau-
peribus & proximis charitatis officijs excipiamus Dominū,
verū ante omnia cum Maria assideamus ad Iesu pedes, ver-
bumque eius audiamus, hoc est, iuxta verbū Dei omnia no-
stra & dicta & facta componamus, Domino adhæreamus fide
firma ac viua, ac huic seruiamus in spiritu ac veritate, omni-
busque rebus terrenis postpositis ad cælestia anhelemus. Sic
denique & nos partem meliorem elegerimus, quæ nec aufe-
retur à nobis vnquam.

EPILOGVS.

1 *Duas vitas hæc sorores in Ecclesia demonstrat, actiuam scilicet, & contemplatiuam. Martha quidem actiualem, qua proximo in charitate sociamur, demonstrat. Maria verò contemplatiuam, qua in Dei amore suspiramus.*

2 *Vna & sola est theoria, id est, contemplatio Dei, cui merito omnia iustificationum merita, vniuersaque virtutum studia postponuntur.*

3 *Pars Martha non reprehenditur, sed Mariae laudatur: et optimam partem elegerit Mariam dicit, ut intelligatur etiam pars Martha bona. Quare autem pars Mariae optima sit: subinfertur, cum dicitur: Quæ non auferetur. Actiua enim vita cum corpore deficit, contemplatiua autem vita hic incipit, ut in cælesti patria perficiatur. Caritas enim nunquam excidit, 1. Corinth. 13.*

SENSVS MYSTICVS SEV ALLEGORICVS EIVSDEM EVANGELII.

Quoniam Evangelica historia ultra ascensionem Christi, &
Apostolorum diuisionem non protenditur, nec de obitu Ma-
riæ eiusque assumptione aliquam mentionem facit, ideo or-
dinatione Ecclesiæ (quæ Spiritu sancto regitur, ut patet Ioan.
14. quæ & columna & firmamentum dicitur veritatis. 1. Ti-
moth. 3.) Euangelium hoc in assumptione gloriosæ virginis
marris

matris Domini Mariæ legitur. Nam tametsi quo ad literam
ad sorores duas Martham & Mariam refertur, secundum my-
sticum tamen sensum, locum etiam suum habet, si de virgine
matre intelligatur. Vnde non inconuenienter ipsi aptari po-
test, quæ vtriusque vitæ energiam summè habuit, quæ & par-
tem elegit optimam. In sacra quippe scriptura, res vna & ea-
dem multoties inuenitur diuersa significare, sicut leo, hœdus,
ignis, & aqua, vel etiam sol, &c. Est enim leo de tribu Iuda,
Apoc. 5. & est leo qui circuit quærens quem deuoret. Est hœ-
dus emissarius qui peccata nostra portauit, cuius figuram ha-
bes, Genes. 22. est & hœdus à sinistris qui damnatur, Matth.
25. Est ignis quem misit Dominus in terram, & quem vult ut
ardeat, Luc. 12. est & ignis qui super impios cadat, ut non
videant solem. Est aqua cuius flumina fluunt de ventre cre-
dentis, Ioan. 7. Est etiam aqua cuius tempestas nos demer-
gat. Est sol iustitiæ, qui nos illuminet, Ioan. 8. Est quoque
sol, qui nos non vrat per diem. Similis ratio est de castello.
Licet enim castellum aliàs malum significet, ut illud de quo
dicitur Matth. 21. Ite in castellum: vbi & additur, quod con-
tra vos est: tamen hic castellum in quod intrauit Iesus, singu-
larem & intemeratam virginem intelligimus. Fuit namque
domus Domini firmiter ædificata, beneque fundata supra fir-
mam petram. Vnde non ineptè comparatur mulieri sapien-
ti, quæ ædificauit domum suam supra petram. Nam descen-
dit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irru-
erunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat su-
pra petram. Econtra Eua non castellum, sed domus infir-
ma, superba, & fatua fuit, super arenam ædificata, turbini-
bus & procellis tentationum euerfa, & ideo fuit ruina illius
magna, Genes. 3.

In primis Martha commendatur in hoc, quod Dominum
Iesum exceperit in domum suam, & distracta sit circa frequēs
ministerium: sed hoc factum longè perfectius in matre Do-
mini deprehenditur. Hæc enim exceperit illum non in domum
materiale, sed in corporis sui castissimi domicilium: & si
quis vnquam ministrando illi occupatus fuit, hæc sanè in eius
ministerio distracta fuit omnium maximè, ut quæ illum carne
vestiuerit humana: & si quid nebat aut texebat, Domino in
vestitum apparauerit: illum adhuc paruulum vberibus suis la-
ctauerit: pannis inuoluerit: vnà cum illo in Aegyptum fugi-
t: illius anxiam curam egerit, adeoque & gladium doloris
propter illum senserit, & summatim nullius alterius Marthæ
indiga, nullius egens ancillæ opera, ipsa omne obsequium
exhibuerit, cæteraque misericordiæ opera illi præstiterit. Verè
in illam competit quod hic dixit Dominus, Martha, Martha,

felicita

*Mysticè
præfens le-
ctio nō in-
cōueniēter
de B. vir-
gine inter-
pretari po-
test, quæ
vtriusque
vitæ ener-
giā summè
habuit.
1. Per. 5.
In sacra
scriptura
sæpe res
vna diuer-
sa habet si-
gnificata.
Maria ca-
stellum est
quod Iesus
intrauit.*

*Eua non
castellum
fuit, sed
domus in-
firma.*

*Hospitali-
tatem longè
perfectius
exercuit
Maria ma-
ter Iesu,
quàm Mar-
tha.
Luc. 2.
& 11.*

Maria quā sollicita, & turbata fuerit, quantum turbata fuerit.
Ioan. 19.

solicita es, & turbaris circa plurima. Quantum putatis Maria turbata fuerit, quo mœrore affecta, quando vidit illum vincitum circuncidi de loco ad locum, immaniter capi, flagellari, ludibrijs affici, tandem in cruce siti torqueri, mortēque rursissima extingui? Quando vnquam huiusmodi Martha fuit in terra, quæ tantis affecta sit doloribus, tot emacerata curis? Cerrè dicere potuit: Domine, non est tibi curæ quòd omnes amici, proximi, & noti relinquunt me solam ministrare? Iube vt me adiuuent. Si ergo Martha meretur laudem suam ob factum, multò sanè iustius virgo mater ob suum laudanda est.

In vita contemplatiua mater Iesu longè superauit Marthæ sororē Mariam.
Luc. 1.

Cæterum Maria Marthæ soror euehitur in hoc laudibus, quòd affecerit ad pedes Iesu, verbumque eius audierit, ac sic optimam elegerit partem. At quis vnquam magis ad pedes Iesu affedit, quàm mater ipsius Maria? hæc namque etsi mater esset Domini, tamen ipsius sese humilem ancillam agnouit. Quis item verbum Iesu audius audiuit quàm ipsa? Beata enim pronuntiatur, quòd credidit Domini verbis. O quanta contemplationis dulcedo fuit in Maria, quando Spiritu sancto superueniente, & virtute Altissimi obumbrante, ipsum Dei filium concepit? Quid de Deo non sapiebat, in qua sapientia Dei latebat, & in cuius vtero sibi corpus aptabat? Christus enim Dei sapientia, & Dei virtus, 1. Corinth. 1. in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi. Conseruabat enim omnia verba angelorum, patrum, magorum, aliorumque iustorum, necnon ipsius filij, conferens in corde suo. At quis vnquam melius gustauit & vidit quàm suauis est Dominus, quàm Maria? Inebriabatur enim ab ybertate domus Dei, & torrente voluptatis eius portabatur nec mirum, quoniam apud eam, imò in ea erat fons vitæ, de quo manabat tanta perfectio vtriusque vitæ. Quis deniq; partem elegit meliorem quàm ipsa? Elegit namque in domo Dei sui esse magis quàm in tabernaculis peccatorum. Nam etsi multis externis rebus hic occupabatur, omne tamen eius gaudium & vniuersa lætitia erat in vno, quòd solùm permanet cæteris transeuntibus: ideòque & nunc agit in gloria filii sui, cælestibusq; gaudijs saturatur. Nam pars Marthæ ablata est, cum nihil iam habeat cur perturbetur, sitque sollicita vt seruiat Domino vt infantulo, cui nunc omnes angelorum chori inseruiunt sedenti in throno cælesti. Iam non turbatur amplius, nec est quòd cum illo fugiat in Aegyptum à facie Herodis, quia Christus ascendit in cælum, Herodes detrusus est ad inferos. Iam non turbatur propter Iudæos, qui tunc occupati erant in capiando Domino, in præcipitando de monte, in lapidando, cum illi nunc subiecta sint omnia, & inimici eius sub pedibus eius pro-

strati,

strati. Nihil iam flagella metuit: non virgas, non clauos, non crucem denique formidat. Resurrexit namque Christus, neque moritur, mors illi vltra non dominabitur, Roma. 6. Pars ergo Marthæ ei ablata est, sed bono suo, quia pars Mariæ in ea perficitur, quæ non auferetur. Sicut enim compassa est, ita & conglorificata, 2. Timoth. 2. Et quia patienti nunquam defuit: ideo nunc ab eo pascitur, eumque contemplatur facie ad faciem, quem hic contemplabatur fide. O foelix visio, videre non solum corporis Christi claritatem (qua conspecta Petrus, omnium quæ in cælis siue in terris sunt, oblitus, ait: Domine, bonum est nos hic esse) sed & deitatis. nam 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est. Verè oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, 1. Corinth. 2. Si fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, qua ergo gloria in cælis sacra virgo colitur, quæ Domino cæli præbuit hospitium sui sanctissimi corporis, & super omnes dilexit? Exaltata est super omnes choros angelorum. In bonis repletum est desiderium suum, à filio suscepta comitantibus angelis. Nam Lazarum legimus ab angelis deportatum in sinum Abrahamæ, Luc. 16. Adfuere angeli Domino nato, Luc. 2. mulieribus ipso rediuiuo, Matth. 28. Discipulis, ascendente ipso, Act. 1. nec dubium quin arcam fœderis, Domini templum, sacrarium Spiritus sancti, cum iubilo in domum deduxerint, David, 2. Reg. 6. Imo & filius festiuus illam amplexibus, vt matrem & talem matrem decuit, iuxta se in throno collocavit, 3. Reg. 2. Famulo suo B. Stephano de ergastulo carnis egressuro conspicuum se præbuit, Act. 7. Multo magis matri. Nam Ioan. 14. promisit, Iterum veniam, & assumam vos ad meipsum: vt vbi ego sum, & vos sitis. Item Ioan. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Sed quo honore? Ioan. 17. ait Christus: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Extendit ergo verus Noe manum suam extra arcam, & apprehendit columbam, quæ modò videt Deum facie ad faciem, gaudetque cum filio in æternum. Si igitur Maria soror Marthæ ob suum factum laudibus est digna, longè certè magis Maria mater Domini ob sua præclara facinora laudem meretur æternam.

Videte: huc solùm respexerunt illi patres veteres, qui Evangelium hodiernum ad præsentem matris virginis ferias ordinarunt.

Pars Maria in sacra virgine

Maria perficitur, quæ nunquā ei auferetur.
Roma. 8.

Matth. 17

Matth. 13.

Maria exaltata super omnes choros angelorum.

Filius festiuus illam amplexibus matris occurrit, eamque iuxta se in throno cælesti collocavit.

Eph. 1.

Deo gratia
rum actio-
nes agen-
da propter
quinq; er-
ga nos be-
neficia.

Deus pater
Deus Chri-
sti dicitur
vt incarna-
ti: Pater
verò, vt
coeterni et
cōsubstantia-
lis verbi.

Deus quo-
modo à no-
bis benedi-
citur.

Deo quo-
modo gra-
tias agi-
mus.

Deū quan-
do lauda-
mus.

Creatori
nostro tria
hac debe-
mus, bene-
dictionem,
gratiarum
actionē &
laudem.

Ratio cur
laudandus
et benedic-
tus deus.
Iob 1.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in caelestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsam secundum propositum voluntatis suæ, in laudē gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis.

In hac lectione ostendit Apostolus nos Deum debere laudare, & ei gratias agere propter quinque sua erga nos beneficia. Vnde Apostolus considerans Dei erga nos dignationem, in vocem gratiarum actionis & laudis erumpit, dicens: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi.* Deus est Christi, vt incarnati: Pater verò, vt coeterni & consubstantialis verbi, Deo Patri hoc ipsum per Psal. testante: Ipse, inquit, inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Quo exemplo nos Apostolus informat vt idem faciamus, scilicet benedicamus ac laudemus Deum, & gratias illi agamus, Deum etenim benedicimus, cum illum (sicuti verè est) bonum dicimus: cum summè bonam esse Dei maiestatem, potentiam, iustitiam, sapientiam, clementiam, misericordiam, beatitudinem & æternitatem fideliter confitemur, totis animæ viribus cupientes, vt hoc ipsum de Deo sentiant & dicant vniuersi. Gratias illi agimus, cum bona quæ ab ipso recepimus, in ipsum fideliter referimus, & illa ei cuius sunt, adscribimus, nec vllatenus inde nostram, sed suam gloriam quærimus, dicentes cum Psal. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Porro Deum laudamus, quando mente sapimus et intelligimus Deum in omnibus operibus suis & multò magis in semetipso summè laudabilem esse, & suæ bonitatis dignitatem, laudem omnem in immensum superare. Sicut enim intellectu creato comprehēdi Deus non potest, ita nec par est laudari. Hæc ergo tria creatori nostro Deo debemus, et ad ea illi fideliter persoluēda nos semper intenta mente et animo grato decet esse sollicitos, iuxta verba Psal. Benedicam Dominum in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. Et iterum: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

1 Laudandus et benedicendus est Deus, quia benedixit nos in omni benedictione spirituali, non temporali aut carnali, quomodo Iob olim benedixit, et Iudæis, sicut scriptum est

Genes.

Genes. 27. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei seruiant tibi populi, & adorent te tribus. & Deuter. 28. Dei mandata seruaturis dicitur: Benedictus eris in ciuitate, & benedictus in agro: Benedictus fructus ventri tui, & benedictus fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum: benedicta horrea tua, & benedictæ reliquæ tuæ. Omnes hæc benedictiones carnales erant: Nostra vero benedictio spiritualis est, & adeo munifica & liberalis vt nihil ex ea desit, quādoquidem & immortalitate donamur, Dei filij, & Christo cohæredes effecti. Merito igitur in omni benedictione, dixit. Qui enim (ait Apost. alio loco) proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illam, quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donauit?

Et ne quis putet hanc benedictionem in terra refundendam, addit, *in caelestibus.* Nam Iudæorū benedictio duntaxat in terris erat, & ideo non spiritualis, sed corporalis tantum erat. Si audieritis me, inquit, bona terræ comedetis, Isai. 1. In nostra vero benedictione cælestia & diuina omnia in præmium promittuntur, sicut testatur hæc voces: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, Matth. 5. Item, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, Matth. 3. Et ne rursus existimet quis, nostris meritis hanc nobis benedictionem prouenire, subiunxit Apostolus, *in Christo,* hoc est, non vt quondam benedictio temporalis per Moysen Iudæis contigit, sed per Christum benedictio spiritualis nobis obuenit. Tir. 3.

2 Benedicendus est Deus, quòd elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Potior & dignior est electio, quàm benedictio. Nā multi excidunt à salute prius à Deo benedicti, non tamē perire possunt electi. Sicut ergo nos per Christum benedixit, ita & per eundem elegit, hoc est, per fidem Iesum Christum, qua & benedictionem consequimur, & electione efficimur digni. Quicumque igitur in Christum fidem non habent, maledicto subiacentes reprobantur. Et ne quis putet vel præuisa à Deo merita nostra huius electionis causam esse, dicit quod elegit nos ante mūdi constitutionem, videlicet priusquam essemus. Ad hoc, inquit, elegit nos Deus, ne torpeamus, existimantes nil esse vltra virtuti studendū, vt vitam assequamur æternam, quum iam pro Dei arbitrio qui salui fient sint electi: sed vt sancti simus, & sine labe, & in ea sanctitate viuamus, quam baptismo abluis largitus est dominus, idq; in conspectu eius, non autem in præsentia hominum, more Pharisæico. Quia vero nos spontaneus elegit ex sola sua bonitate, adiecit, *in charitate,* scilicet nos elegit. Prior quippe dilexit nos, commen-

Prima est benedictio, qua nos benedixit non temporali, sed spirituali.

1. Benedictio.

Roma 8.

Benedictio Iudæorū in terris erat.

In nostra benedictione cælestia & diuina omnia in præmiū promittuntur.

Benedictio

dei non nostris meritis nobis prouenit,

sed per Christum.

2. Electio.

Benedicti à Deo multi à salute excidunt, electi verò perire nō possunt.

Deus quare nos elegit.

Spōtaneus nos elegit Deus ex sola sua bonitate.

dans 1. Ioan. 4.

dans charitatem suam in nobis, id iure reposcens, ut tanta charitati suae vicem rependentes, & ipsum mentibus synccris amemus, & proximum diligamus propter ipsum, omnia nostra in charitate Dei & proximi facientes, ut per huiusmodi charitatem sanctificati, diuina electione simus non indigni.

1. Cor. 6.

3. Adoptio.

Benignitas diuina summum est indicium quod nos filiorum & nomine et gratia dignatus est.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

Deus maxime vult ut nemo pereat, sed ut magis conuertatur et viuat.

Deus nolentes non cogit sed volentes trahit.

3. Benedicere debemus Deum: *Qui praeordinauit nos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum.* Superius dictum est, electionem maius aliquid esse quam sit benedictio: verum hic dicit Apostolus, quod adoptio electionem ipsam praecellit. Hoc enim diuinae benignitatis summum est indicium, quod nos filiorum & nomine & gratia dignatus est. Videte, ait Iohannes, qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur & simus. Et haec quidem adoptio per Iesum Christum efficitur. Pater enim praeordinauit, filius autem nos ad patrem duxit. Hoc itaque bonum tam grande non interuentu ferui cuiuspiam, sed per Dei filium nobis obuenerit. Ut enim homo per adoptionis gratiam Dei filius efficeretur, filius Dei prius factus est filius hominis, ut particeps factus nostrae humanitatis, nos suae diuinitatis tribueret esse participes. Verbum enim caro, factum, potestatem dedit omnibus qui per fidem se receperunt, filios Dei fieri, Ioan. 1. Non per carnalem aliquam generationem, sed per regenerationem spiritualem ex aqua & Spiritu sancto, de qua ait Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et quoniam vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, ideo consequenter subdit: *Secundum propositum voluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae*, quasi dicat, propterea praeordinauit futurum, ut nos in filios adoptaret, ut suae in nos benignitati & beneuolentiae satisfaceret: & ut gratiae & munificentiae ipsius gloria palam manifestaretur, & ut nos per haec ipsius gloriam & bonitatem agnoscentes, ipsum ampliori charitate complectamur. *Praeordinauit nos, inquit, secundum propositum voluntatis suae.* Nam id vel maxime vult Deus, ut nemo pereat, sed magis ut conuertatur & viuat, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. 2. Ipse ramen nolentes non cogit, sed volentes trahit: de quo tractu Dei filius ait Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Qui autem trahit volentem, trahit etiam humi iacentem, modo praebat manum auxiliatori. Dum enim id cupimus & precamur ut operi manuum suarum (id est nobis ipsis) porrigat dexteram, tunc inopes manus nostras ad ipsum auxilij petendi gratia extendimus. Quod si non fecerimus, etsi ipse nostram velit salutem, quia tamen nos non volumus, ad salutem nobis nihil proficiunt ea quae alioqui efficacia sunt: non quod infirma sit eius voluntas, sed

sed quia saluare non vult inuitum. Hoc patet in Paulo Act. 9. & Elym Act. 14.

4. Deum laudare & benedicere debemus, quod in gratia sua (non in nostris meritis) *gratificauit nos in dilecto filio suo*, hoc est, acceptos nos coram se fecit & gratiosos, per dilectum filium suum. Quemadmodum si quis senem quempiam squallentem, scabie multa affectum, tabidum & in formem, quem curandum accepit, confestim decorum & incolumem cunctisque gratum reddat: sic Deus omni nos deformitate squallentes, per filium suum iucundos reddidit & hilares, formaque praestantes, ut hunc talem decorem nostrum ipse concupiscat, dicente Propheta: Et concupiscet rex decorem tuum, illum utique qui intus est, quia omnis gloria filiae regis ab intus.

4. Gratificatio.

5. Gratiarum agentes Deum benedicere debemus, *quia in filio Dei habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis.* In dilecto, inquit, Dei patris filio habemus redemptionem illam quam misit Dominus populo suo. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret, & poneret in eo iniquitates omnium nostrum, & propter scelus populi percuteret eum, & esset disciplina pacis nostrae super eum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. O donum omni maius aestimatione, quod nemo potest mereri, & quod solus potest dare Deus! *In quo, inquit, habemus redemptionem per sanguinem eius, &c.* Quos ante proscriserat, nunc per sanguinem suum redemit, venditos scilicet per peccatum: quibus per Isaiam prophetam dicitur: *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini.* Verum ne putaremus tantae gratiae donum quasi nostris meritis redditum, & non potius esse diuinae munificentiae gratuitum donum, omne meritum in immensum excedens, adiecit: *Secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis.* Cum igitur tanto nos ille emerit pretio, non debemus nos rursus peccati seruitio macipare. Empti, inquit, estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro, sicut & ille peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.

5. Redemptio.

Ioan. 3.

Isaie 53.

Per sanguinem Christi redemptionem accipimus.

Isaie 52.

1. Cor. 6.

1. Pet. 2.

EPILOGVS.

1. *Ad gratiarum actionem pro Dei benedictione, electione, adoptione, gratificatione, & redemptione, suo exemplo nos prouocat Apostolus, ne propter ingratitude accipiendis in futurum Dei beneficijs indigni reddamur, quae alioqui exsiccat fontem pietatis, fluentem gratiam, & rorem misericordiae Dei.* Ad locum, inquit Sapiens, unde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant, Eccles. 5.

2. *Christo mediatore saluandis omnia diuinae munificentiae beneficia obueniunt. Ipse siquidem factus est nobis sapientia, & iustitia et sanctificatio*

& redemptio: ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. 1. ad Cor. 1. & Ierem. 9.

3 Thesaurum gratiarum & misericordie suae super nos Deus aperuit, ut nostram exinde inopiam non modò leuaret, sed etiam ditaret. Gratia enim eius superabundauit in nobis.

IN FESTO EIVSDEM APOSTOLI,
EVANGELIUM.

LUC. 22. **I**n illo tēpore. Facta est & contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis Iesus. Reges gētiū d. minūtur eorum: & qui potestatem habent super eos benefici vocātur Vos autē non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. et qui praecessor est sicut ministrator. Nā quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vīs autē estis qui permāsistis mecum in tentationibus meis. Et Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnū: ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo, & sedeatīs super thronos iudicātes duodecim tribus Israhel.

Matth. 20.

Ambitio
duos fra-
tres ad pe-
tendum

primatum,
& reliquos
decem Apo-
stolos ad in-
dignationē
concitauit.

Ambitus
fontē bello-
rum et dis-
sidiorum.

Ambitio
causa fuit
quod Ro-
mani totū
orbem ma-
cularunt
sanguine
humano.

Imperfe-
ctio disci-
pulorū non
parum no-
bis profuit.

In hoc Euangelio tria videmus, scilicet primo contentio-nem Apostolorum intempestiuam, qui suam inter ipsos pri-mas in regno Christi tenere debeat. Quoniam enim Dominus in cœna meminerat de regno Dei, incidit rursus inter discipu-los adhuc infirmos, & carnem ex parte sapientes contentio, quis à morte Domini primatum haberet in regno Dei. Mar-thæus ait: Audientes decem indignati sunt, & c. Vix dum Chri-stus duorum fratrum morbo medicatus fuerat, & ecce aliud malum oritur. Decem enim illi eodem morbo se laborare pro-diderunt, nempe ambitione. Hæc enim illos ad petendum pri-matum, hos autem ad indignationem concitauit. Indignaban-tur enim contra duos, quòd parum agnoscentes mediocritatem suam, primum locum ausi fuissent postulare, qui potius alijs debebatur. Hi enim sunt affectus eorum qui in aulis principū viuunt, sibi quisque placet, sibi quisque pollicetur honores, & vnus alteri inuidet. Habes autem hic ex quo fonte bella & diffi-dia oriantur, nempe, ex ambitione. Inter superbos enim sem-per sunt iurgia, Prou. 13. Hæc fuit causa quòd Romani totum orbem macularūt sanguine humano, nec alia causa nunc bella excitat, quàm ambitio principum, quibus leuius videtur plu-rimum Christiani sanguinis funderè, quàm leuē aliquam ia-cturam externorum facere.

Sed interim nemo miretur sic affectos fuisse discipulos. Nō-dum enim Spiritum sanctum acceperant. Longè aliter postea affecti sunt. Non parum autem nobis profuit eorum imperfe-ctio. Hinc enim plerunque Christus sumpsit occasionem do-cendi ea, quæ pieratis sunt: sicut incredulitas Thomæ, nostræ fidei facta est confirmatio. Quòd autem Christo hic contigit,

hoc

hoc sibi quisque prælatus polliceatur, sciat se inter infirmos esse, nec vnquam orij tempus esse.

Habet hæc historia duplices auditores. Quidam suam imbecillitatem inde agnoscunt, et vitam emendant, atq; gratiam oblatam cum fide in humilitate suscipiunt. Quidam verò cau-sas et occasiones peccandi inde sumunt: vt malitiam suam, san-ctorum casibus et lapsibus excāsent. Admonitū se igitur quilibet sciat, ne Euangelio in deteriore abutatur partem: neque sub prætextu eius, cordis sui exerceat malitiam, sed discamus potius ex hac & alijs historijs nostram humanam imbecillita-tem (sensus enim & humani cordis cogitatio ad malum prona sunt, Genes. 8.) & Christi erga lapsos ineffabilem bonitatem.

Disceptatio oritur inter discipulos de primatu in regno Christi ex ignorantia, putabant enim illud fore mundanū. Vbi monemur, non statim ex vna concione putare nos omnem ca-pere diuinarum rerum intellectum, sed sæpe esse Domini ver-bum audiendum. Cum enim hi discipuli errent, qui tot Christi conciones audierant: quid de contemptoribus verbi fiet? Mo-nemur quoque fidem non esse cuiuslibet, sed singulare donum Dei. Non tantum igitur audiendū est verbum: sed orandus est etiam Deus, vt suo Spiritu sancto agente in nobis sit efficax.

Peccant autem discipuli dupliciter, scilicet ambitione & contentione. Non considerant quod Christus dixerat, Seruus non est maior Domino. Et illud, Filius hominis tradetur. Item, Mitto vos sicut oues in medio luporum, Matth. 10. Vi-demus igitur liberum arbitrium in rebus diuinis sine Dei gra-tia nihil omnino valere. Dicitur enim Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Ibidem præmittitur, Sapientia car-nis inimica est Deo.

Hæc igitur de discipulorum imbecillitate scripta sunt in nostrum vsum: Primò, vt nobis ab inani caueamus præsum-ptione. Secundò, ne ægrè feramus nos corripri verbo diuino, cum hodierno adhuc die Euangelium Apostolorum arguat imbecillitates. Tertio, omnes contentiones huius mundi esse de rebus nullius momenti. Quarto, in primis verbi ministros omnem debere operam dare, ne inter eos de primatu oriantur contentiones.

Secundò videmus in hoc Euangelio patientiam Christi er-ga discipulos, qui debuerant considerare tempus ab omni con-tentione alienissimum, tum enim dies instabat dominicæ pas-sionis: & conciones præceptoris sui, de regno spirituali iucho-ando erant, non de mundana exercenda potentia. Non tamen eos Dominus reijcit: sed (vt Matthæus dicit) vocauit eos ad se, tanquam ad salutis medicum, à quo mitigarentur: tanquam ad pacis vinculum, quo vnirentur: tanquā ad virtutis magistrum,

G 2

à quo

Ioan. 20.
Historia
hæc dupli-
ces habet
auditores.
Euangelio
nemo abu-
tatur in
deteriore
partem.
Discepta-
tio discipu-
lorum de
primatu
orta est ex
ignorantia.
Luc. 24.

Peccarunt
discipuli
dupliciter,
ambitione
et conten-
tionem.

Liberū ar-
bitrium in
rebus di-
uinis nihil
omnino va-
let sine Dei
gratia.

Quadru-
plex vsus
ex discipu-
lorum im-
becillitate
nobis ca-
piendus.
Patientia
Christi er-
ga suos di-
scipulos.

Occasio erroris quorundam ex his verbis erronea & falsa. Cōmunitas nulla sine rectore stare potest. Discrimen facit Christus inter suū regnū & regna mundana. Principes mundani quò propius accedūt ad tyrannidē, hoc plus honoris exigūt à suis, & magnificis titulis gaudent honorari. Principes mūdi ideo fiunt, vt dominētur minoribus, principes ecclesie, vt seruiant minoribus suis.

à quo instruerentur: vt ab errore reuocaret, vt ad pacem reformaret, vt regulam debitæ prælationis proponeret, vt non esset denarius sine binario charitatis. Ideoq; familiariter increpat, & amicissimè erudit, & dicit: *Scitis quia principes gentium dominantur, &c.* Nolite, inquit, quippiam imaginari in regno cælorum, quale videtis in regnis mundanis. Longè aliud regni genus est, quod beneficiis constat, non vi: spiritualibus præsiidiis obtrinetur ac defenditur, non violentia: persuasione dilatatur, non necessitate. Fuerunt qui ex his verbis occasionem arriperent erroris, dicentes Christianos tāquam liberos per Christū, nulli hominum subiici debere, quemadmodum & quidam Iudæorum tributum non pendendum Cæsari censuere, Mat. 22. Sed hunc Dominus errorem corrigit, dicens, cap. eodem: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Nulla enim communitas sine rectore stare potest, Prouerb. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Vnde Iudic. 17. In illis diebus non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Facit itaque discrimen inter suum regnum, & regna mundana. Nam in regno Christi, eos qui præsent, aliis inseruire oportet. In regnis vero mundanis primates potenter regnant, & ab omnibus eis est inseruiendum: quemadmodum Gen. 10. de Nemroth legitur: quod cœpit esse potēs in terra, & erat robustus venator corā Domino, Sopho. 3. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Siquidē principes huius mundi dominatum exercent in eos, in quos habent magistratum; non enim persuadent, vt ament honesta, sed metu suppliciorum deterrent à maleficis, Roman. 13. & honorem exigunt à suis, etiam si non promereantur: imo, quo propius accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris exigūt à suis, & interim magnificis titulis honorantur. Vocantur principes, patres patriæ, seruatores, consules, quod potestate sua premant inferiores. Tale est regnum gentium. Prouerb. 28. Leo rugiens, & vrsus, esuriens, princeps impius super populum pauperem, veruntamen non semper impunè, Eccl. 8. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Isaiæ 10. Væ qui condunt leges iniquas, &c. Talem quoq; comminationem olim Dominus dedit Ioachim filio Iosia regis Iuda, Ierem. 22. Chrysof. Principes mundi ideo fiunt, vt dominantur minoribus suis: principes Ecclesie, vt seruiāt minoribus suis: vt proprias utilitates negligant, & illorū procurent, nec mori timeāt pro salute ipsorum. Non ergo extollat præsentē dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat: illud autem nouerit, quòd humilitas vera ministerium pluriū est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneris, abstergēs cuiuslibet vulneris saniem, non sumit ex ministerio

sterio illo causam elationis: sic multò minus cui commissæ sunt curæ fraternalium languorum, vt omnium minister, redditurus pro omnibus rationem, humilis esse debet atq; sollicitus, Ecclesiast. 32. Rectorem te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, &c. Quò ergo quisque maior est, hoc minus sibi vindicare debet violentiæ, potestatis, & gloriæ. Nec enim huc spectabit, vt suis dotibus quas accepit à Deo, premat inferiores, sed profit ac subleuet: nec sibi vindicabit honorem, sed Deo totum transcribet: non quòd non sit in hoc regno futurus ordo, sed quòd is qui delectus est ad primatum, vt alijs dux sit ad pietatem, adeo seruiat omnium commodis, vt videatur minister potius esse, quàm princeps. Fauorem non ambiet, sed promerebitur animus ad benefaciendum omnibus promptissimus: auctoritatem tuebitur vitæ integritas, non supercilium aut fastus. Nunc ad verba exhortationis, suimet exemplum adiungit humilitatis, dicens: *Ego autem in medio vestrū sum, sicut qui ministrat.* Nam in cœna pedes lauit, corpus & sanguinē in cibum & potum ministravit, nec non optima fercula gratiæ in præsentī, & gloriæ in futuro administrat. Psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

Sed hoc loco quæritur, num Christus reiiciat magistratus politici ordinem? Respondetur: Non, sed magis illum confirmat, non tamen à suis Apostolis & concionatoribus illum vult administrari. Nam Rom. 13. nō est potestas nisi à Deo. Et Prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potētes decernunt iustitiam. Quæritur item, num Christianus possit bona conscientia administrare magistratum? Respondetur, Ita, & multo rectius quàm alij homines & Deo. Propterea dicitur hoc loco principes vocari beneficos, quò vocabulo illos sui admonet officij. Et Roman. 13. dicitur omnem potestatem esse à Deo. Item 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ, &c.

At his postremis temporibus, huius mundi princeps (Deo propter peccata coniuente) omnia confundit. Videmus enim Ecclesiastici status homines, neglecto suo officio, mūdā exercere negotia, bella gerere, prouincias vicinas deuastare, arces & oppidula occupare, contra dictum Pauli, Nemo militans Deo, implicet se negotijs secularibus. 2. Tim. 2. Contrā magistratui politico præfecti, neglecta iustitia & iudicio, reformationes Ecclesiarum pro temporis conditione, contra sacram scripturam & Apostolicam doctrinam instituūt: contradicentes damnant, eiiciunt, occidunt, &c. venationibus, crapulæ, & voluptatibus inuigilant: ac ita in hoc mundo omniū ordinum est mera confusio.

Tertio, videmus hīc promissionē, qua Christus suos aduersus

Simile pulchrum.

Quò quisq; maior est, hoc minus sibi vindicare debet violentiæ, potestatis, & gloriæ. Exemplum humilitatis sese præbuit Christus suis discipulis. Magistratus politici ordinem nō reiicit Christus, sed conf. mat. Cōscientia bona Christianus potest administrare magistratum. Ecclesiastici prælati, & magistratus politici sua iura sibi mutuò præripiunt. Omnium ordinum in hoc mundo mera est confusio.

Promissio
Christi cō-
solatoris
aduersus
futuras ca-
lamitates.

modo eodē
prædicit
Apostolos
suscepturos
regnum, quo
& ipse il-
lud esse su-
cepturum,
per mul-
tas, scilicet
tribulatio-
nes et affli-
ctiones.

Regnum
Christi non
in initio, seu
perseueran-
tia exqui-
ritur.

sus futuras & iam illis imminētes calamitates consolatur, cum dicit: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, perseueranter: quia nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei, Luc. 9.

Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Quasi dicat, Bono tantummodo estote animo, discipuli charissimi. Hactenus enim mecum multa estis perpeffi aduersa: quare & regnum vobis adornabo, non temporale, sed æternum, faciam vos principes non huius mundi, sed cæli: sed eo modo illud suscipietis regnum, quo me id suscipere videtis, per multas scilicet tribulationes, & afflictiones. Sed cōuertetur mœror vester in gaudium, & gaudium vestrum nemo tolliet à vobis. Hoc ita futurum testatur Christus in oratione sua, Ioan. 17. Pater, quos dedisti mihi, volo ut vbi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, &c. Et Iacob. 1. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Item Paulus 2. Corint. 1. Sicut socij passionum estis, ita & consolationis eritis. Quis huius regni gloriam exprimere, quæ mens excogitare possit? Verè id quod in præsentibus est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. 2. Corint. 4.

Patiēter igitur feramus afflictiones propter Christi nominis confessionem: & perseueremus in vera fide vsque ad vitimum nostræ vitæ terminū. Qui enim perseuerauerit vsque ad finem saluus erit, Matth. 10. Non enim in initio, sed perseuerantia Christi regnum exquiritur. Nam Iudæ bonum initium, sed malus exitus fuit: contra, Paulus malè cœpit, bene finiuit. Sic & quidam discipuli retro abierunt, dicētes: Durus est hic sermo, &c. & iam non cum Domino ambulabant. Petrus verò ait: Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes, Ioan. 6.

EPILOGVS.

1 Contentionem, carnis vitium, corrigit magister cælestis, & Deus pacis, quod semper ferè nascitur ex ambitione. Maxime hæc pestis per multos in Ecclesia concitat tumultus, imò multos turbat pacem habentes, & pacem amantes.

2 Dominatio tyrannica longè absit quàm à magistratu prophano Christianorum, tum Ecclesiastico. Decet enim ut rectorem subditis disciplina patrem, & pietas matrem, & humilitas seruum exhibeat, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa, sed utrobique seruetur discretio.

3 Vera via ad veram gloriam ostenditur: quæ est humilitas gloriæ mundana

dane fuga, & tribulationum tolerantia. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & coregnabimus. 2. Tim. 2. Atqui nos speramus aliam et compendiarium viam esse, si quis se omnibus præferat, nemini inferuiat. Tales fuere aliquando filij Zebedæi, Matth. 20.

IN FERIIS DECOLLATIONIS S. IOANNIS BAPTISTAE, EPISTOLA.

Expectatio iustorum lætitia, spes autē impiorū peribit. Fortitudo simplicis, via Domini, & paor his qui operantur malum, iustus autē in æternū non cōmouebitur: impij autē non habitabūt in terra. Os iusti parit sapientiam, & lingua prauorum peribit. Labia iusti cōsiderant placita, & os impiorū peruersa. Statera dolosa, abominatio est apud Deū, & pondus æquū, voluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & cōtumelia: Vbi autē est humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorū dirigit eos et supplantatio peruersorū vastabit illos. Nō proderunt diuitiæ in die ultionis: iustitia autem liberabit à morte. Iustitia simplicis dirigit viam eius, & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorū liberabit eos, et in insidijs suis capiuntur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes, & expectatio solitorū peribit, iustus de angustia liberat⁹ est, et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autē liberabūtur sciētia in bonis iustorum exaltabitur ciuitas, et in perditione impiorū erit laudatio. Benedictio iustorum exaltabitur ciuitas, et ore impiorum subuertetur.

CVM natura nostra deprauator sit, quàm ut scire possimus quid fugiendum, quid item amplectendum, utrunque ex hac pulchra antithesi deprehendere licet, in qua Sapiens cōtra ponit pios & impios, utrorunque vitam & utrorunque exitū: vnde tria potissimum occurrunt consideranda.

Principio (ut omnia dilucidiora fiāt) scitu necessariū est, quoniam re ipsa sint pii, simplices, & recti: qui que contra sint impii, duplices & prau. Illi igitur sunt verè pii, simplices & recti siue iusti, qui de propria iustitia, propriis meritis, propriis operibus desperantes, ex toto corde credunt, censent & agnoscūt Dominum solum suum esse Seruatorem, suam iustitiam, suorum operum auctorem, suum auxilium, suam spem, consolationem, fortitudinem, etc. Quam definitionem Dominus ipse confirmat, Ierem. 9. Non gloriatur (inquiens) sapiens in sapiētia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quod ego sim Dominus faciens misericordiam, & iudicium & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi. Et Paulus 1. Cor. 1. Ex Deo (inquiens) vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut

quæadmodū scriptū est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. At illi contra impii, duplices, prau, & iniusti verè sunt, qui (teste Ieremia cap. 2.) relicto fonte aquæ viue, fodiunt sibi lac-

Proub. 10.

Antithesis
pulchra ad
discernendum
inter
pios et im-
pios.
Pij qui ve-
rè sint, sim-
plices et re-
cti.

Impij, du-
plices et ini-
usti qui
sint.

cunos contritos, non continent aquam, hoc est, qui aspernati Dei iustitiam, sapientiam, sanctificationem, auxiliū suometipsorum iustitiæ, sapientiæ, sanctitati nituntur. De his ait Dominus in Euangelio: Vos estis qui iustificatis vosmetipsos sed scrutator cordium Deus est, Luc. 16.

Piorum & impiorum vita. Vita piorum duabus notis reprehenditur, verbis scilicet & operibus. Verba & opera piorum utilia, salutaria et iusta. Matth. 7. Impij quoque ex verbis et factis cognoscuntur. Verba et opera impiorum inutilia, noxia, dolosa, iniusta, et iniqua. Premia piorum et impiorum.

Iam considerandum, quæ utrorunque vita sit. Nam hinc certissimo deprehendemus nos vel pios vel impios: Primo piorum vita duabus notis deprehenditur: verbis scilicet & operibus. de verbis sic Sapiens, inquit: *Os iusti parturit sapientiam: labia iusti considerant placita.* de operibus vero: *Simplicitas iustorum diriget eos, iustitia rectorum liberabit eos.* En pij, iusti, & simplices, nihil aliud loquuntur, quàm utilia & salutaria, quàm ea, quibus proximus docetur ac ædificatur ad pietatem, quemadmodum Petrus 1. cap. 4. monet, & Paulus Ephes. 4. nihil aliud operibus suis exercent & testantur, quàm iustitiam, simplicitatē, & æquitatem: faciunt cuique, quemadmodum sibi & alijs velint fieri: Vbi iam has deprehenderimus notas, ibi re vera adest pius, iustus, simplex. Non enim potest arbor mala bonos fructus facere, nec arbor bona malos fructus.

2. Secundo loco quemadmodum pij, sic & impij tum verbis tum factis certo cognoscuntur, nam sic Sapiens, inquit, *Os impiorum peruersum: Simulator ore decipit amicum suum,* & hoc de verbis: de factis vero infert: *Supplantatio peruersorum vastabit illos, in insidijs capientur iniqui.* Vide, impii nihil loquuntur aliud quàm praua, inutilia, noxia, dolosa: quàm ea, quibus proximum decipiant, peruertant, & ad impietatem alliciant: nihil item aliud faciunt, aguntque, quàm meram iniustitiam, fraudem, iniquitatem. Vbi hæc itaque notæ videntur, ibi impii adsunt certissimè Non enim potest bona arbor malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus, Matth. 7.

3. Tertio, utrorunque ponit præmium, cum dicit: *Expectatio iustorum letitia, spes autem impiorum peribit.* Fortitudo simplicis via Domini, & peior his, qui operantur malam. Iustus in æternum non commouebitur, in pij autem non habitabunt super terram. Ecce, pii hic sentient tranquillitatem, & lætitiā conscientiam, confortanturque in via Domini, & post hanc vitam saluabuntur æternūm pii contra, hic sentient usque pauperem, & desperationem, & tandem æternum eradicebuntur. Varii huius utrorunque exitus etiam testis locuples est Isaias, cap. 65. Iam eligat quisque nostrum alterutram viam, vel impiorum; vel piarum, aqua nanque & ignis apposita sunt nobis. Sed si sapimus, eligamus piorum potius consortium, ut cum sanctis & electis & nos sancti & electi simus.

EPILOGVS.

1. *Utili & necessaria antithesi Sapiens contraponit pios & impios, ut iuxta*

iuxta Philosophum: opposita iuxta se posita elucescant: indeque scire possumus quid fugiendum, quid item amplectendum.

2. *Duabus præsertim notis distinguit pios ab impijs, et vicissim impios & pijs, verbis scilicet et operibus: diuersa enim loquuntur, diuersa ite operantur. Hi arctam viam inambulans ad vitam, isti latam currunt ad perditionem, Mat. 7.*

3. *Fidelium gaudia, & impiorum supplicia, utrorunque dispar exitus & premium quemadmodum dispares amplexi sunt vitam. Qui bona fecerunt, ibunt in resurrectionem vitam; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, Ioan. 5.*

I N F E R I I S I I S D E M E V A N G E L I V M.

IN illo tempore misit Herodes rex manus, ac tenuit Ioanem, & vinxit *Marc. 6.* eum in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Herodias autem insidiabatur illi, & volebat eum occidere, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum et sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset, Herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis, & primis Galilee. Cumque introisset filia Herodiadis, et saltasset, et placuisset Herodi simulque discumbentibus, rex ait puellæ, *Pete à me quid vis, & dabo tibi.* Et iuravit illi, quia quidquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ, *Quid peti?* At illa dixit: *Caput Ioannis Baptistæ.* Cumque introisset statim cum festinatione ad regem petiuit dicens: *Volo ut protinus des mibi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Et contristatus est rex propter iusturandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare: sed confestim misso spiculatore, præcepit adferri caput Iohannis in disco, & decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audio discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius, et posuerunt illud in momento

IN PRÆSENTI Euangelio, quod annuam recordationem decollationis D. Ioannis Baptistæ nobis ob oculos ponit, quatuor proponuntur, quæ non solum ad historiam faciunt veritatem, verum etiam ad peculiaria aliquot dogmata.

1. Primo quidem expressè dicit Marcus personam, à quo Ioannes coniectus sit in lacum, Herodem, videlicet, regem manus in Ioanem iniecisse, vinxissetque in carcere illum, & tandem etiam decollari eum iussisse. Hic est ille ipse Herodes, qui Iesum videre desiderauit multo tempore, Luc. 23. qui & Pilato assensum dedit in mortem eius, & dictus est Antipa, filius Herodis Ascalonitæ, qui pueros innocentes trucidauit, sub quo Christus & Ioannes nati fuerunt. Herodes versipellis, aut (ut B. Hieronymus vult) pellicens interpretatur. Nam finxit se piū, cum crudelissimus esset. Hinc Christus dixit de eo (Luc. 13) *Dicite vulpi illi, quia dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie*

Herodes Antipa Ioannem coniecit in vincula.

Herodes interpretatur versipellis, aut pellicens.

& cras, & tertio die consummor. Hic tenuit captiuum, qui ad hoc laborabat, vt cum & alios adduceret illi, qui soluit à funibus peccatorum, Psal. 145. Tenuit Ioannem, innocentem, quo nemo sanctior, teste Christo, Matth. 11. In cuius natiuitate multi gauisi sunt, qui plusquam propheta extitit, imo angelus ac præcursor Messia, qui præparauit viam Domini, qui testimonium perhibuit de lumine, & agnum digito ostendit, qui tollit peccata mundi, qui tantæ abstinentiæ fuit, quod locustis ac melle siluestri pastus sit, atque pelle camelina tectus. Hunc, inquam, Ioannem, tot Dei gratijs fulgentem tenuit Herodes, ac vixit in carcere, vt se probaret. malitiæ paternæ imitator. Nam vulgo dici consuevit: Raro filios suis parentibus emendatioribus euadere.

*Herodes
paternæ
malitiæ
imitator.
Potestatem
et gladium
tradidit
Deus magi-
stratui, non
vt pios per-
sequantur,
sed defen-
dant à ty-
rannorum
furore.
Causa vin-
calorum Io-
annis adul-
terij dese-
statio.
Herodes
propriam et
legitimam
uxorem re-
pudiavit.*

Hoc nempe exemplum damnat in magistratu tyrannidem & abusum potestatis, monetque magistratum, ne accepta potestate abutantur, ne pios ac innoxios opprimant. In hunc finem Deus potestatem & gladium illis tradidit, non vt pios persequantur, sed vt malis sint terrori, horumque malitiam compescant, piosque ab horum tyrannide defendant. Roman. 13. & 1. Pet. 2 Non ergo manus iniicere debent in pios & innoxios, vti Herodes fecit: sed in impios & flagitiosos, vt pij securi viuere possint. Si vero omnino tyrannidem pro animi libidine exercere volent, eundem certè sortientur finem, quem omnes tyranni sortiti sunt, & præsertim Herodes ille.

Secundo ponitur causa captiuati & decollati Ioannis. Propter Herodem (inquit Euangelista) captus est & occisus, quod scilicet increpasset Herodem propter incestas illas nuptias cum Herodiade scortatrice, fratris sui etiamnum viuētis uxore, initas, quod omnino prohibitum erat in lege. Nā Exod. 20. dicitur. Nō concupisces uxorem proximi tui, multo minus fratris tui. Nā Leui. 20. habetur, Qui duxerit uxorem fratris sui, re illicitam facit: quāuis post mortem fratris, licitum erat alteri fratri, semen fratri suo suscitare, Deu. 25. Propriam enim uxorem Aretæ nepes, regis Arabiæ filiā, propudiarat: & fratris sui Philippi Tetrarchæ Iturææ & Trachonitidis regionis, Luc. 3. contra coniugem, Herodiadē inquam, Aristobuli filiā, & Agrippæ maioris sororē, vi rapuerat: sed sic, vt illa (scortum nempe pessimum) vltro & ex pactis incestum illud matrimonium susceperit. Quia ergo Herodes nolebat venire cum aliis ad baptismum penitentiæ, ideo Ioānes venit ad ciuitatem, & arguebat Herodē dulciter, non pharisaico fastu, & dicebat: Nō licet tibi habere uxorem fratris tui, dicebat Ioānes Herodi, quod erat legis, quod erat iustitiæ, quod erat salutis, certè non quod erat odij, sed amoris. Et ecce qualè cōscutus est ab impio pro pietate mercedem. Malos enim qui corripit, offēdit, incurrit odium, qui arguit criminosos. Talē namque mercedem

mercedem solent ferre, qui liberius audent impios arguere. Sic Christus odium tulit pro dilectione, Psalmographo teste. Quod igitur obruncatus est Ioānes, id tam impij quam pij comune cum ipso habent: at causam, cur sit capite plexus, soli pii cum ipso habent comune, non impii. Quia non mortis supplicium, sed mortis causa discernit pios & impios. Nequaquam ergo propter flagitia, aut male facta occisus est: nam erat sanctus, iustus, innocens: atque ipse etiam Herodes sciebat ipsum virum esse iustum ac sanctum. Sed occisus est propter iustitiæ, & veritatis professionem, quod scilicet Herodem de incestu & adulterio arguisset: veritas nempe, peperit odium, & parricidium hoc. Hanc solam ob causam in Machærunta & vinctus & decollatus est, teste etiam Iosepho. Sed quidnam extrusit odium huiusmodi? Sola certè turpis & impura libido.

Adducit autem Iosephus aliam causam huiusmodi captiuationis & occisionis, Antiq. lib. 18. cap. 10. nempe quod veritus sit Herodes, ne fortè doctrinæ Ioannis persuasione, populi à suo regno discederent, cum præsertim videret plebem in omnibus obedire illius præceptis: malueritque; igitur præuenire illum nece ante inuocationem, quam post turbatis iam rebus seram agere penitentiam: ideoque; vinctum illum in castellum Machærunta abduxisse, ibique esse obruncatum.

Verum vt hanc causam publicè Herodes fortè prætexerit, intima tamen & potissima causa, vt diximus, sceda illa libido fuit. Hæc Herodi & Herodiadi altè infederat, nec animus erat relinquere: ob id Ioannis admonitio vtrique consciuit bilem. Hinc cum rescisser Herodias, Ioannem sic Herodem increpasset, insidias tendebat illi, conabaturque cum per sese occidere. Verum cum hoc comode efficere non posset propter turbam, quæ pro non vulgari propheta cum habebat, permouit ipsum Herodem, vt is illum caperet & occideret. Videmus igitur hic, qui sint fructus spurci amoris: quātūmq; malum sit, audire mulierem libidinosam. Inter cætera maximè duo sunt quæ plus appetunt mulieres, honorari scilicet & diligi, sicut clarè videre licet in Apemem filia Bezacis, 3. Esdr. 4. Herodias ergo sciens se ab Herode ardentè amari, eiusque illicitam copulam, vt sibi videbatur, maioris esse honoris, nimirum eo quod Herodes rex esset potentior & famosior Philippo viro suo, ne vtroque priuaretur, sed licētius libidini & pompis indulgeret, vitæ sanctissimi viri retendit insidias: adeo fornicatio, vinum & ebrietas auferunt cor; Osee 4. Vnde non immeritò mala mulier dicitur ab Origene, initium peccati, expulsio paradisi, & arma diaboli. Nam diabolus non potuit variis suis tērationibus superare virum sanctum Iob, vexauit tamen eum, plurimūque molestiæ intulit per malam mulierem, propriam nempe uxorem,

*Nō mortis
supplicium,
sed causa
mortis di-
scernit pios
& impios.*

*Causam
aliam occi-
sionis Ioā-
nis adducit
Iosephus.*

*Causa præ-
cipua mor-
tis Ioannis
sceda libido
fuit.*

*Duo præ-
sertim ap-
petunt mu-
lieres, ho-
norari scilicet,
& diligi.*

*Praua mu-
lier diabo-
lo peior.*

rem, dicentem ei, Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere. Item Prouer. 7. de mala muliere sic dicit, Multos vulneratos defecit, & fortissimi interfecti sunt ab ea. Hinc Chrysoft. Aestimo, inquit, in hoc mundo nullam bestiam comparabilem malæ mulieri. Quid leone seuius? dracone atrocius? nihil ad mulierem malam: de qua Eccle. 25. Cohabitare draconi & leoni melius est, quam cum muliere mala. Néc hæc Sapiens ironicè dixit: Ex rebus gestis discere manifestius. Danielem in lacu leones reueriti sunt, iustum vero Naboth Iezabet interfecit, 3. Reg. 21. Cetus Ioanam in ventre custodiuit: Dalila Samsonem crebrius circumuenit: Dracones & aspides Ioan-nem in deserto manentem reueriti sunt & tremuerunt: Herodias cum filia, Ioan. caput detruncari curarunt.

Mali timēt bonos, ut Nero Senecam non amore dei et legis diuina, sed timore seditionis. *Herodes interim metuebat Ioannem: sciens eum virum iustum quo ad homines & sanctum, quo ad Deum.* Propter populi seditionem timebat eum occidere, nō autem amore Dei & legis prohibentis, in fontem occidere. Timor namque Dei corrigit, timor vero hominum differt peccatum, non aufert voluntatem. Nam duo erant in Herode: timor Ioannis, & amor mulieris, sed amor ille vicit timorem.

Vulpinum figmentum Herodis. *Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Vulpinū hoc fuit eius figmentum coram populo. Gaudent enim nonnulli quā mali principes habere domi viros insigni probitatis opinione celebres & commendatos: non ut horum consilijs obtemperent: sed ut quod agunt ex animo suo, ex horum cōsilijs agere videantur apud ignaram plebem. Vnde in alijs quidem rebus leuioribus frequenter illius nominis paruerat: hic, vbi præcipuè conueniebat obtemperare, ob turpissimum mulieris affectum, virum sanctum incarcerauit, quē turbæ etiam Christum credebant. O quot hodie habet sibi similes, qui simulant sese libenter audire verbi præcones, sed quamprimum arguuntur, occultis insidijs nituntur eos tollere de medio, veritatēque suppressere! Et multi correctiones Euangelicas audiunt, sed à peccatis minimè respiscunt. Sic Herodes libidinis facibus ardēs, perire maluit, quàm ad pœnitentiā reuerti. O periculofum vitiū & contagiosum adulteriū! Ose. 7. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus: Sed Deut. 27. dicitur: Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. Et Apocal. 2. Qui incedantur, in maxima tribulatione erūt, quia Apoc. 21. Pars eorum erit in stagno ardenti sulphure & pice. Grauius enim est, furto, quod morte plectitur. Prouerb. 6. Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim vt esuriētē animam impleat: Qui autem adulteratur, propter cordis inopiam perdet animam suam. Nam adulteri peccant in Deum, violando sacramentum, de quo Christus, Matth. 19. Quos Deus coniunxit,

coniunxit, homo non separet. Item peccant in proprias coniuges fidem frangendo, & falsos hæredes substituendo. Peccant etiam in proles, quibus hoc damni inferunt, vt inhabiles ad Ecclesiasticas dignitates, vel officia publica exercenda reddantur. Peccant tandem in proximum, quem admittunt secum commisceri. Vnde iuxta sacram scripturam, punit Deus adulteros, 1. temporaliter, Non recedet (inquit Dominus per Prophetam ad David) gladius de domo tua in sempiternum, 2. Reg. 12. 2. æternaliter, iuxta illud 1. Corinth. 6. Fornicatores & adulteri regnum Dei non possidebunt. Item Ephes. 5. Hebr. 13. Rom. 1. Hoc ergo exemplum dehortatur nos à libidine, ne & ipsi in similia flagitia propellamur. Ac cum primis monebuntur magistratus, vt ij quàm longissimè ab Herodis exemplo absint: hoc est, ne ipsi ijs flagitijs obnoxij sint, quæ in alijs punire & solent & debent.

Cæterum vt & sacerdotes, concionatorēsque hinc aliquam doctrinam hauriant, monentur hi, vt (Ioannis exemplo) fortiter, libereque peccata & peccantes redarguant, quantumcunq; etiam sibi consciscant periculū. Non nesciuit sanctus Dei propheta, quali ingenio præditus esset Herodes: non ignorauit quantum sibi conscisceret periculum, si vera fide libertatēque prophetica laruam regi, & regio illi scorto detraheret: nihil tamen vel ipsum mortis discrimen vel indignationem principis summam, vel regalem etiam auctoritatem reueritus, in faciem & apertis verbis scelus opprobrat, peccantēque meliora docet. Debent ergo & concionatores eadem constantia & libertate accusare scelera citra figuram, peccatoresque commonefacere ad pœnitentiā: sed citra dicacitatem & petulantiam, solius diuini zeli gratia. Clama, inquit, Dominus Prophetæ, ne cesses, annuntia populo meo scelera eorum. Et Paulus 2. Tim. 4. Prædica verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Obseruandum quoque hic est, gradus consanguinitatis & affinitatis non esse Euangelica prædicatione abolitos: ideoque nemo in his sibi sub Euāgelii prætextu nimium debet permittere, sed sequi diuinam & naturalem legem, præterea & honestatem ac decorum Christianum, ne connubium euadat in incestum: vide de hac re Leuit. 18. & 20. item Deut. 27.

Adhæc præmoneri etiam Herodis exemplo debemus, ne peccemus in Spiritum sanctum, nec confessæ & agnitę veritati renitatur: quemadmodum ille sciebat Ioannem virum iustum ac sanctum esse, & nihilominus tamē illum occidit. Nam huiusmodi peccata non remittuntur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, Matth. 12.

Tertiò ostenditur ex hoc Euangelio, quando decollatus sit Ioan-

Adulteri duplici pœna à Deo puniuntur.

Magistratus longè absint ab Herodis exemplo.

Concionatores moneantur, vt exemplo Ioannis fortiter libereque peccata arguant.

Isa. 58.

Gradus consanguinitatis et affinitatis nō infringēdī.

Peccatū in Spiritum sanctam à nobis cauēri debet.

Ioannes, qua item ratione, ac via ad cædem ipsius peruentū sit, nihil prius habebat Herodias, quàm vt Ioānes extingueretur. Et si autem eo permouerat Herodem, vt caperetur ille: non tamen statim affecuta est, vt simul occideretur, quod nimirum, adeo obseruaretur is ab Herode. Obseruauit igitur opportunitatem, nempe diem natalem Herodis: sciebat enim tum ad ebrietatem vsque potare regem, eoque vt ad impuritatem omnem, sic & ad cædem esse procliuum, Vnde sequitur in textu.

*Ethnicorū
more He-
redes diem
natale ce-
lebrauit.
Conuiujs
malorū va-
ro deest
impietas.*

Cum dies opportunus accidisset, etc. Iuxta mortem ethnicorū celebrauit diem Herodes natalem, in quo nihil voluptatum genialium non adhibebatur, quem diabolus ad impium facinus idoneum adinuenit. Raro enim conuiujs malorum deest impietas. Nam dum corpus refectione resoluitur, cor ad inane gaudium, imo ad omne flagitium relaxatur, vt patet Exod. 32. Sine Cerere & Baccho friget Venus (ait quidam:) vter autem mero æstuans, spumat in libidinem. In cōuiuio Vasthi regina repudiata, Hester. 1. Amon à fratre occisus, 2. Reg. 13. Hinc Seneca monet: Prius videndum est, inquit, cum quibus comedas, quàm quid comedas, Itē Cato, Conuiuia raro. Et Prouer. 23. Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus & dantes symbola, consumentur.

*Herodes et
Pharaon vt
vnā cœcele-
brarunt so-
lennitatē,
ita et parīs
impietatis
fuere.*

Nuillo alios legimus diem natalem obseruasse, nisi Herodem & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, esset & vnā solennitas, quam vterque sanguine scædauit: tanto interim Herodes nequior, quod sanctū veritatis doctorum trucidārit. Filij vtique huius seculi natalē concelebrāt diem, quia post mortem gaudia eis nulla restant, nam moruo homine impio, nulla erit vltra spes, Prouer. 11. quæ dies magis (si saperent) lugenda esset. Nam Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, &c.

*Malis ma-
la placent.*

Cum ergo magno luxu fastuque instructa cœna natalicia exhiberetur principibus tribunis, qui millenis præfecti sunt, & primatibus Galilææ, ingressa est conuiuium puella Salome, Herodiadis & Philippi filia, vt indecora lasciuiaque saltatione delectaret conuiuas. Et quo turpius saltauit, eo magis afficiebat regem, simulq; accumbentes, quo plures essent suæ crudelitatis testes. Malis nanque principibus, ac huius seculi nobilibus magis placet saltus lasciuus & cantus musicus, quàm sermo diuinus: chorifatio. quàm deuota supplicatio: magis prophana conuiuia, quam dominica mēsa. Non enim sapiunt carnalibus spiritualia, 1. Corinth. 2. Cythara & lira & tympanum & tibia & vinum in conuiujs vestris, & opus Domini non respicitis, Isa. 5. Sed vbi hæc meretricula hanc salendi artem didicerat? Certè à matre impudica & lasciuia. Tritum enim

enim est propherbiū; Mali corui malum ouum. Curauerat enim mater, vt hæc saltaret, vtque saltatione huiusmodi à rege imperraret quiduis, & sic demum sancti viri caput. Audiatis hæc virgines quæ tripudijs communem sceminarum sexum & saltationibus deturpare nō veremini: audiatis viri, qui magnifica conuiuia ebrietate plena consecramini. Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certè adest, ibique incendit ignem concupiscentiæ, quia habet ibidem ignem & stramen, Prouerb. 6. Nunquid geret quis ignem in sinu suo, vt non ardeat? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Caro enim mulieris, ignis inficiēs est, Et ideo monet Sap. Eccles. 9. Cum saltatrice ne assiduus sis, habet enim venenosum sibilum afflatum sirenarum, colloquium illius quasi ignis exardescet. Et prouerb. 5. Fauus distillās labia meretricis, nouissima illius amara quasi absinthiū. Hinc August. ait de 10. choridis: Melius est, & minus malū diē dominico arare, quàm chorizare: diē dominico lanā texere, quàm impudicè saltare. Neque enim Deus dedit nobis pedes, vt cū camelis saltemus, sed vt cum angelis chorum faciamus. Sed & quàm periculosum malum sit insolēs saltus, arguit Dei vindicta. Exod. 32. vbi occisa sunt 23. millia.

Ait ergo regali magnificentia rex puellæ, *Pete à me quod vis, et dabo tibi. Et iurauit illi: et si dimidiū vsque regni mei petieris, dabo tibi.* Pollicetur haud inscius quid peritura sit, cū iuramento, vt intercedente iureiurādo, non posset non interficere innocentē. quasi inuitus, sed lege adactus, lege contra legem abutens. O vocem stultissimo ac temulento rege dignam! Hieronymus dicit, iuramentum debere hos habere comites, veritatem, iudicium & iustitiam, iuxta illud Ierem. 4. Iurabis, viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & iustitia. Primo nemo debet leuiter, sed ex necessaria causa & discretè iurare, & quātum ad hoc requiritur iudicium, scilicet, discretionis ex patre iurantis, & hinc nulla fuit necessitas. Deinde in iuramento requiritur veritas, vt neque sit falsum, neque sit aliquid illicitum, & hinc nullo pacto fuit veritas per quam iuramentū verax esse probari poterat. Tertio requiritur iustitia per quam confirmetur quod licitum est, & hic, omnino fuit illicitum, scilicet, occidere innocentem. Iudicio ergo caret iuramentum incautum: veritate autem iuramentum mendax: iustitia autem, iuramentum iniquum siue illicitum.

Puella ergo ne perderet tantam occasionem, & mox hac regij pectoris abutetur libidine, quemadmodum hanc fabulam matris instinctu cœperat agere, non audet ilico petere quid vellet, sed egressa è conuiuio, consulit matrem. At incesta mulier nihil cunctata, neque quicquam habens charius morte sanctis.

*Mali corui
malū ouū.*

*Vbi saltus
lasciuus, ibi
diabolus
adest.*

*Iuramentū
tres comi-
tes habere
oportet.
S. Tho. 2. 2.
quæst 89.
artic. 3.*

*Ferocitas et
crudelitas
Herodia-
dis.
Parentes
duo debent
suis filiis,
nutrimen-
tum & do-
cumētum.
Herodias
crudelis in
filiam.*

*Non potest
esse maior
crudelitas,
quàm pro-
les ad om-
ne flagitiū
educare.
Adolecētia
prona et do-
cilis ad fla-
gitium.*

*Vasrities
Herodis.*

sanctissimi viri, verita ne quando Ioanni reconciliatus regi animus, dirimeret incestas nuptias, suavit filie ne quid pereret, nisi vt absque mora sibi daretur in disco caput Ioannis Baptistæ. O immanitatem malè mulieris! Ô crudelem malitiam! Ô ferocem matrem! debent enim parentes filiis & filiabus duo: debent primò nutrimentum, quod natura ostendit in animantibus, quæ naturali inclinatione mouentur ad suorum pullo- rum educationem: debent deinde & documentum, iuxta illud Eccl. 7. filij tibi sunt, erudi illos; filia tibi sunt, educa, &c. Et Deut. 6. verba quæ ego præcipio tibi, narrabis ea filiis tuis. At ista omnino crudelis fuit mater in filiam, quam cum docere debuisset timere Deum, docuit eam exoptulare sancti viri mortem. Suavit nanque mater vt optaret illam sanctam linguam, quæ prædicauerat pœnitentiam & regnum Dei, & quæ ipsius arguit illicitas nuptias. Hæc est illa nequitia de qua Eccl. 25. dicitur: Non est caput nequius super caput colubri, neque nequitia super nequitiam mulieris. Satius certè suffocasset filiam in vtero, allisissetque adhuc paruulam ad petram. Proch Deum immortalem, quot sunt adhuc tales matres quilibet fera immanissima in proles truculentiores? non enim potest esse atrocior ferocitas, quàm vt educantur ad omne flagitium, ad superbiam, lasciuiam, luxum gesticulationē indecoram, vsuram, fraudem, &c. Beatæ steriles: Beata vbera quæ tales filios aut filias non lactauerunt: Beati ventres qui tales nō genuerunt, Luc. 23.

Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. O docilem ad flagitium, & morigeram filiam *Caput* (inquit) *Ioannis*: velut hoc pluris factura, quàm dimidium regni. Caput hominis decollari petit, quod aliæ virgines castæ horrent, hoc publicè ad conuiuium portare non verecundatur. O audacem puellæ nequitiam, postulare illius sanctissimi viri caput, quem populus prophetam, & Christus plusquam prophetam appellauit, Matth. 11.

Et constrictus est rex. Dissimulat mentis suæ malitiam artifex homicida, cum tristitiam in facie, & letitiam haberet in mente. Et ad hoc fortè iurauit, vt occasionē pararet qua videretur facere iniurus, quod faciebat spontaneus.

Propter iusturandum et propter simul discumbētes, noluit eā contristare sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco, &c. Scelus excusat iuramento, vt sub occasione pietatis impius fieret: Vultu mœrorem simulans, iurisiurandi religionem prætextit, præfertim quod tot cōiuis testibus interposuisset. Hic mihi vide præpoteram regis religionem, quum sit nihil illi familiaris, quàm omnia fœderum ac religionum vincula dirumpere, hic irreli-

irreligiosa religione stultissimi iurisiurandi cōstrictus est: Vult omnes sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso impuroque conuiuio cruētæ æpulæ deferrentur. Si propter iurandū fecit, si patris aut matris, vel certè ipsius Herodiadis postulasset interitum facturus fuerat an non? Nulli dubium quin illi dare veraciter tristis abnueret. Quod in se ergo repudiaturus erat, contemnere debuit & in propheta. Beda, Si quid nos, inquit, fortè incautè iurasse contigerit, quod obseruatum, s. peiorem verratur in exitum, liberè illud consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum: non enim est conseruandum sacramentum quo malum incautè promittitur. Sic David incautum rescidit iuramentum rogatu Abigail. 1. Reg. 25. Hinc Dominus admonet, Mat. 5. Ego autem dico vobis non iurare omnino.

Condigni item inuitatore suo hic fuere conuiuz, vbi nullus innocens est, qui innocentis prophetæ etiā inter festa mortem vetaret, præfertim cum rex assumpta specie tristitiæ se coactū hoc facere protestaretur, essetque opportunum quo hortatu conuiuantium à promisso scelere reuocari deberet, si non intellexissent illum industria hæc perstruxisse, imò etiam ipsos quoque par eiusdem sceleris amor irretiret. Non ergo mirum, si reges aliquando audent nefaria, cum tales habeant animos incestis amoribus & crapulæ deditos, conuictores quoque vel timidos, vel crudelitatis fautores. Ne ergo leuis aut periurus videretur, iussit fieri quod optarat puella, præcepit afferri caput eius in disco, sed cur in disco? cur tam pretiosè gestatur, quem ad eā viliter iubet occidi? nisi quia pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius, Psal. 115.

Spiculator decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ. Hoc est, sanctura illud caput in quo fuerunt oculi, qui toties Christum & Spiritum S. in specie columbæ insuebantur, in quo fuerunt aures, quæ vocem patris cælestis audierunt: in quo labia, quæ toties Christi testimonia firmauerunt: in quo lingua, quæ dulciter appropinquationem regni cælestis clamabat, Matth. 3. Ioan. 1.

Et puella dedit illud matri suæ. Ad matrē quippe omnium malorum artificem ac fontem redit ferale præmium, decollatus sanctus datur incestui, traditur adulteræ, adicitur saltatrici, vinum transit in sanguinem, funus apponitur natali, conuiuium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus. O spectaculum diabolicum, Ô satanicum conuiuium, Ô iniquum tripudium, & mercedem tripudii multò nequiorum? Cædes enim omnium scelestissima excogitatur, & qui coronari & laudibus in cælum vsque efferrī mercebatur, percussus securi iacebat.

H Qui

*Religio præ-
postera He-
rodias.*

*Incautum
rescindere
licet iura-
mentum.*

*Viliter oc-
cisus, pre-
tiosè gesta-
tur, quia
pretiosa in
consequētia
Domini
mors san-
ctorū eius.*

*Spectaculū
diabolicū,
et satanicū
conuiuium
Herodias.*

Luxuria non petulantia solum, sed etiā homicidas facit.

Qui fructus oriatur ex libidine, luxu, & saltationibus.

Que olim fuerāt gravissima vitia et sunt vix iam pro peccato habentur, imo quædam pro virtutibus ferè habentur.

Qui dæmones diuicit, eius caput post eadem ad mensam ferrebat. Nam talis res est luxuria, quod non petulantes solum, sed etiam homicidas facit, sicut de Flaminio quodam Romanorum duce refert Hieronymus, quod accubanti iuxta se meretriculæ, quæ nunquam se vidisse diceret hominem decollatum, assensus sit, ut reus quidam capitalis criminis, in conuiuio truncaretur, eaque de causa à censoribus pulsus curia, quod epulas sanguini miscuerit, & mortem quamuis noxij hominis, in alterius delicias præstitit, ut libido & homicidium pariter miscerentur.

Videmus igitur hinc sole meridiano clarius, quid fructus oriatur ex libidine, luxu, saltationibus, & temerario iureiurando. Si sobrius fuisset rex, non adeo affectus fuisset saltatione, neque temerè iurasset, multò minus virum illum iustum & sanctum iussisset decollari. At quia ebrius fuit, omnia facile subsecuta sunt mala. Verum agamus nonnihil de hisce singulis ad nostri præmonitionem. Ego pro dolor ventum est, ut & apud nos hæc flagitia increbuerint, ac indies magis magisque radices agant, fornicatio simplex, pro nullo amplius peccato haberi, adulterium vero, ludus & iocus est: at incoctus, hoc est, congressus cum consanguineis, affinibus, & Deo consecratis, veniale peccatum censetur. Atque utinam vel à Sodomitica illa libidine puri omnes simus. Quid vero hinc sequetur? certè lerna omnium malorum, miserrimè semper perierunt fornicarij. Quare & Sirach, inquit: fornicariis se iungens erit nunquam, putredo & vermes hæreditabunt illum, contabescet in exemplum alijs, & tolletur de numero anima eius, Ecclesi. 19. Vide item Paulum de huiusmodi virijs diffusè tractantem. Rom. 1. 1. Cor. 10. Galat. 5. Ephes. 5.

Iam luxus, hoc est, crapula & ebrietas, item saltationes & choræ tam sunt vulgares, ut pro virtute ferè habeantur, verum certè sunt fomites libidinis, omniumque adeo flagitiorum. Audiamus scripturam, Oseas cap. 4. inquit: Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor. Et Syrachitem cap. 19. Vinum & mulieres apostatari faciunt etiam sapientes. Et Isaias cap. 5. Væ qui mane confurgitis ad sectandam ebrietatem, & potandum usque ad vesperam, &c. Et Salomon Prouerb. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: qui his delectatur, non erit sapiens, Et 23. cap. Qui commorantur in vino, & qui student e licibus epotadis, ipsis nimirum væ, miseræ, rixæ, foueæ, sine causa vulnera, & rubor oculorum. Vinum si biberis, oculi tui videbunt extraneas, cor tuum loquetur peruersa, eris sicut dormiens in medio mari, &c. Syrach item cap. 9. Cum muliere saltatrice ne sis assiduus, nec audias illam, ne pereas in efficacia illius.

Cæterum

Cæterum quod ad iusiurandum attinet temerarium, plus facis cheu prompti sumus: & leuiter enim vouemus, & facile votum malum reddimus: contra si quid boni vouerimus, aut nunquam aut ægrè stamus pollicitis, at (si sapimus, siquid; Dei in nos furorem excitare nolimus) ne imitemur Herodem. Si quid vouimus, quod ad Dei gloriam, & proximi salutem facere possit, id sanctè reddamus. De huiusmodi nimirum voto sic habemus Eccl. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, nam alioqui multò melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Sin verò quid vouimus aut iurauimus, quod contra Deum & in proximi damnum cedat, id minimè seruare debemus; ibi præstat nos esse periuros, quam fideles, exëplo Davidis. 1. Reg. 25. De hoc apud Ecclesiasten habemus: Promissio infidelis & stulta Deo displicet. Hæc breuiter sunt, quæ in Herode, Herodiada & Salome eius filia nobis fugienda proponuntur.

Hoc immane factum ut audierunt eius discipuli, venerunt et tulerunt corpus eius & posuerunt illud in monumento. Sancti patres sollicitam semper de honesta sepultura habuerunt curam: de hac re vide, Genes. 23. 25. 47. 50. Exod. 13. Tob. 4. Eccl. 38. Act. 8. Ioan. 19. Monemur ergo horum exemplo, ut etiam mortuis humanitatis officia sedulo exhibeamus.

EPILOGVS.

1. Duo hominum genera proponuntur: Vnum quod postposito Deo, carnis curam agit in desiderijs. Alterum quod Deo placere studet per vitæ meritum & sanctimoniam, & proximo prodesse per doctrinam sanam: hic fuit Ioannes Baptista, iste, Herodes rex impius.

2. Ex Ioannis persona discamus sinceritatem fidei, puritatem doctrinæ, zelum Dei & virtutum, professionem veritatis, fortitudinem & constantiam in agendo, patientiam denique in aduersis. persuasi scilicet, & si corpus accedant tyranni, animam tamen manere immortalem, eamque è mortis ergastulo liberari, ireque in vitam æternam. Ipse siquidem & alij sancti omnes propter veritatem & iustitiam, odium mortemque deuorauit: animemur itaque & nos ipsius exemplo ad mundi odium ac persecutiones, sed sic ut propter veritatem & iustitiam itidem patiamur, non ut fures, homicidæ, hæretici. Nam hæc gratia est apud Deum, si quis propter conscientiam Dei suffert molestias, præter meritum affectus malæ. 1. Petr. 2.

3. Herodis sanguinolentum exemplum monet nos, ut caueamus ab ebrietate, ut abstinamus à crapulosis conuiujs, ut oculos nostros auertamus ab impudicis gestibus, & omni lenitate, ne ut ipsi in similia flagitia incidamus. Præterea monemur ne temerè iuremus, atque etiam si fortè iurauerimus, ne tamen temeraria vota adimpleamus, tandem ut ab omni hypocrisis quam alienissimi sumus.

H 2

IN

Eccles. 24.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me omnis gratia vite & veritatis, in me omnis spes vite & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel et fauam. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient: et qui audiunt me, non confundentur. et qui operantur in me, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Sapientia ipsa quid sit & proficiat. Philip. 2. Iesus Christus qui summi patris testimonium aeternae sapientiae habet, apertissima similitudine se vitæ dicit.

Praesens lectio (quæ iuxta germanum sensum de æterna est sapientia) duo peculiariter nobis proponit. Primum quid ipsamet sapientia & sit & possit, cum dicit: *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis.* Iesus Christus, qui summi patris testimonium æternæ sapientiae habet, quando ait Matth. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite: eò quòd se humiliaverit formam serui accipiens, deieceritq; in mortem probroissimã, dicit se esse vitem, quod omnium lignorum est vilissimũ, quia inutile ad quamlibet structuram aut ædificium, vt cætera ligna arborum, & ad nihilum valet, nisi in ignem projiciatur. Latitat tamẽ sub hoc vilissimo ligno, vt videatur omnium arborum abiectissimum; suauissimus fructus, Deum lætificans & homines. Sic Christus lignum vitæ, tanquam omnium vilissimum abiectum fuit, & prorsus pro inutili habitum, quemadmodum sonant hæ voces, Dæmonium habet: Seducit turbas: Samaritanus es: Commouit populum: adeò vt non sine causa Petrus 1. canon. 2. cap. ex Psal. 117. dixerit cum lapidem angularem, quem reprobauerunt ædificantes: offensionis lapidẽ & petram scandali, &c. Quam suaves fructus tandem produxerit hæc vitis, subsequentiã verba testabuntur.

Vitis hæc olim subamara.

Hæc interim vitis antequam plantata esset, subamara erat, ceu in viribus naturalibus videre licet, imò & Rhamnus potestatem inter arbores acceperat, Iudic. 9. Tenebat enim hoc tempore Deus iustitiæ iudicia. Expulit enim statim post præcepti prauaricationem primos parentes nostros è paradiso in hanc miseræ valem. An non etiam hoc grande iustitiæ fulmen, quod generali cataclysmo perdidit totam terram, Noë tantum cum suis seruato? Ecquid contigit Sodomitis & Gomorraeis? Item quid Israël? Psal. 77. Erat esca adhuc in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Ad hæc vitis cum ad perfectam usque ætatem peruenisset, produxit fructus dulcissimos, nepe

Vitis hæc cum prodijisset fructus protulit dulcissimos.

miseri cordiam & gratiam. Deus qui olim exercuit iudicia iustitiæ, nunc iudicia misericordiæ. Nunc illud Oitæ 6. Misericordiam volo, & non sacrificium, locum habet. Si quis olim in peccatum lapsus erat, continuo in se iram sentiebat diuinam, aut de medio tollebat, & lapidabatur. Exemplo est is qui in sabbato ligna colligebat. Numer. 15. Nunc vero misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Non veni (ait vitis nostra, Matth. 9.) vocare iustos, sed peccatores ad penitentiã. Quod & Paulus testatur, 1. Tim. 1. Fidelis sermo, inquit, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, &c.

Quòd ergo hæc verba vni huic sapientiæ Iesu Christo tribui debeant, testatur ipse plus satis in Euangelio. Sic namque dicit Ioann. 15. Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Item ibidem: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Vitis quidem principio in terram demittitur, vt inde tum efficacius & cõmodius exurgat, fructificet, & floreat. Ad hunc modum & æterna illa vitis, vnigenitus Dei patris filius ac Deus ipse Iesus Christus Seruator, propter nostram salutem semet demisit in terrã sanctificatã ab æterno, hoc est, in vterũ benedictæ, sanctissimæ, castissimæque virginis ac matris Mariæ, vt inde veluti sponsus prodiret de thalamo suo, vt inde veluti flos exurgeret, fructificaretque vniuerso hominum generi fructus honoris & honestatis. Hunc sensum per Spiritum sanctum David Psalm. 84. confirmat: Benedixisti, inquit, Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Hæc terra verò sancta non fimo corporali, & lapidibus olidis obducta est, sed fimo spiritali, nempe gratia, Spiritus sancti obumbratione, virtute altissimi, lapidibus fidei & charitatis. Vnde Angelus ad eam, inquit, Lucæ 2. Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Deinde posteaquã vitis in terram demissa est, probeque pastinata, tandem prodit etiam & conspicua fit. Ita quoque vera vitis Iesus Christus cum per tempus aliquod in terra sua, in vtero, inquam, beato matris suæ quicuisset, tandem prodijt, factusque conspicuus, hoc est, homo natus est. Hunc sensum confirmat propheta Baruch, capite tertio, Hic, inquit, est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terra visus est, & cum ho-

Quòd verba hæc de vite Iesu Christi tribui debeant, testatur ipse in Euangelio. Vitis æterna plantata est in terra sanctificata, vterò scilicet benedictæ virginis Mariæ, vt inde exurgens fructificaret toti generi humano fructus honoris & honestatis. Ad modũ vitis Iesus Christus tandem ex terra benedicta prodijt, factusque est conspicuus hoc est, homo natus est.

minibus conuersatus est . Item Angelus Lucæ 2. Annūtio vobis gaudium magnum , quod erit omni populo , quia natus est vobis horie saluator , qui est Christus Dominus .

Iam vbi sic vitis prodierit , mox gēmis eductus florescit : ita & nostra vitis Iesus Christus vbi adoleuisset , erupit statim in flores honoris & honestatis . Produxit flores charitatis , timoris , agnitionis , & sanctæ spei , dum cæl. stē illam philosophiam prodiait mortalibus , dum omnibus malehabentibus benefecit , dum veram Dei cognitionem homines docuit , dum spem æternæ vitæ in se credentibus pollicitus est : Tandem quando hæc vitis florescere cœpisset , protulit flores honoris & honestatis . Existimo hos flores eos esse sanguineos , qui esfluebant & latere , capite , manibus , pedibusque eius , seminabanturque in terram pro nobis miseris peccatoribus . Nam quemadmodum botrus in torculari expressus emittit vinum , ita ille pro nobis dedit effuditque sanguinem suum , ac in eo lauit nos à peccatis nostris .

Hoc autem vinū expressum est ab initio passionis eius vsque ad vitæ finem : dum scilicet in horto sudauit aquam & sanguinem , dum in domo Pilati flagellatus & spinea corona perfossus est , dum denique in cruce clavis vulneratus est , & apertolatero sanguinem fudit & aquam in remissionem peccatorum nostrorum .

Cæterum omnibus in vite sic absoluitis , tandem in vuis profert purum vinum mortalibus . Sic & vitis nostra Iesus Christus cum flores hic produxisset fragrantissimos , tandem & vinum protulit verè exhilarans cor hominis , hoc est , remissionem nobis largitus est peccatorum , filios nos fecit Dei , & cælestis denique hæreditatis fecit consortes , hoc dicēte Apostolo , Rom. 3. Proposuit Deus propitiatorem , nempe Christum , per fidem , interueniente ipsius sanguine , ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum . Et cap. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius . Verè fructus honoris & honestatis : Nisi enim Dominus reliquisset nobis hos fructus , quasi Sodoma fuissetis , & quasi Gomorra similes essemus .

Est item Christus verè mater pulchrè dilectionis , & timoris , & agnitionis , & sanctæ spei . Ab ipso enim omnes virtutes promanant , per ipsum apparuit charitas Dei erga nos , per ipsum accepimus spiritum dilectionis & timoris Domini , per ipsum ad agnitionem Dei ac veritatis venimus , in ipso denique spem hæreditatemque habemus , & sortimur vitæ æternæ .

Est ergo & omnis gratia vitæ ac veritatis , omnis quoque spes vitæ & virtutis in Christo . De eius namque plenitudine & acce-

Vitis nostra Iesus Christus vbi adoleuisset . produxit flores honoris & honestatis . Flores que vitis nostra fuerit vulnerata sanguine suo .

Isa. 1. Christus mater pulchrè dilectionis , timoris , agnitionis , & sanctæ spei .

accepimus , & hodie etiamnum accipimus omnes gratiam pro gratia . Ioā. 1. Ipse est via in doctrina , veritas in promissis , virtus in tribulationibus & angustijs , vita in præmio . Ioan. 14. Nemo potest venire ad patrem nisi per me , inquit . Ego sum via veritas , & vita . Non itaque iniuria huiusmodi sibi egregia epitheta hic attribuit .

Secundo proponit qui sunt eius discipuli , & quid ipsis sit datura : de quo sic inquit , *Transite ad me omnes qui concupiscitis me , & a generationibus meis adimplebitur in vobis . Spiritus enim meus super me habet dulcis , & hæreditas mea super me .* Memoria mea in generatione seculorum . *Qui edunt me , adhuc esurient : & qui bibunt me , adhuc sitient . Qui audit me , non confundetur : qui operantur in me , non peccabunt . Qui elucidant me , vitam æternam habebunt .* Cum itaque in Christo tanquam fonte longè vberissimo habeamus omnia que vel expete e possimus , vel necessaria nobis esse possint : age trāsemus ad illū omnes . Vocat enim nos , inquit , *Transite ad me omnes qui concupiscitis me , etc .* Quod etiam clarius apud Mattheū agit : *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis , & ego reficiā vos . Iugum enim meū suave est , & onus meum leue : & sum mitis , & humilis corde .* Ac si dicat , *Apprehendite omnes circa personarum respectum gratiam quæ vobis offertur .* Si oneratus es peccatis , & quæris refocillari , ad me propera . Ego sum , ego sum qui deleo iniquitates tuas , *Isaia 43 .* Si infirmus es , ad me veni , ego sum medicus per quē curemini . Nō enim indigent qui sani sunt , medico , sed qui malè habent *Matth. 9 .* Si esuris , me accede : ego sum panis vitæ , qui de cælo descēdi , *Ioan. 6 .* Si sitis , fons sum salientis aquæ in vitam æternā . Si quis sitit , veniat ad me & bibat , *Ioan. 7 .* Si in tenebris ambulasti , veni , sequere me : Ego sum lux vera , illuminans omnē hominē venientē in hunc mundum , *Ioan. 1 .* Nec est quod hoc te moueat aut retardet , quia ille sublimis residet in cælis , & nos miseri vermiculi hic in terris repimus . Nō enim itur ad eum pedibus , sed animo . Si tibi cœperint sordere hæc terrena , si te pigeat prioris vitæ , si te capiat ardor cælestium . iam cœpisti ad Christū accedere , *Accedite ad Deum , inquit Psal. & illumina-* mini , & facies vestræ non confundentur .

Num perguit declarare eos suos esse discipulos , & bonorum suorum consortes , qui se concupiscunt . Quisnam illum concupiscant , à simili scire poterimus . Quisnam quæso concupiscit medicum ? Non certè sanus , sed valetudinarius : nec quilibet valetudinarius , sed ille solum , qui morbū suū agnoscit , & concupit liberari . Sic nemo etiam concupiscit hanc sapientiā verè , nisi qui suam ipsius stultitiā cognoscit . Nemo concupiscit huius vitæ vinum , nisi qui esurit , & siti premitur . Nemo concupiscit hanc omnium virtutum matrē , nisi qui se omnibus vi-

Qui sint eterne sapientia discipuli , & quid illis dare velit

Matth. 11

Vinum suū omnibus vitis vera offert .

Non itur ad eum pedibus , sed animo .

Discipuli Christi sunt , & bonorum eius consortes , qui eum concupiscunt .

rijs contaminatum faterur. Nemo concupiscit hanc vitā, nisi qui se abetrasse videt, & reduci cupit. Nemo concupiscit hanc veritatē, nisi qui suum agnoscit mendacium. Nemo denique concupiscit hanc vitā, nisi qui se in morte ipsissima versari videt. Si nos igitur verē Christi discipuli & consortes esse volumus, ante omnia nostrā miserā, nostram infirmitatē, nostrū errorem, nostra peccata agnoscamus oportet, & vnus ipsius gratiā, misericordiam, auxiliū, consolationē, desideremus necesse est: necnon toto cordis affectu à generationibus eius impleri anhelemus oportet, hoc est, à sanctis catholicisque prædicatoribus, quales fuē e Apostoli, qui sunt generatio Christi hoc testante Psal. Hęc est generatio quærentiū dominū, quærentiam faciem Dei Iacob. Hac nimirum ratione id summopere desiderare debemus, quia spiritus Domini super mel dulcis, & hereditas eius super mel & fauum: memoria eius in generatione seculorum. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. 1. Corinth. 1.

*Psal. 23.
Apostoli et
Catholici
discipuli
et ceteros
generatio
Christi
sunt.
Discipuli
item Christi
sunt, qui
ipsum
edunt &
bibunt, hoc
est in ipsum
credunt*

Sunt etiam ipsius discipuli & bonorum suorum consortes qui ipsum edunt & bibunt, hoc est, (secundum testimoniū eius Ioan. 4. & 6.) qui credunt in ipsum, qui certo sibi persuadent ipsum carnem suam pro ipsis tradidisse, sanguinemque suum pretiosum fuisse in remissionem peccatorum. Si itaque & nos Christi discipuli ac consortes esse volumus, in ipsum constanter credamus, & omnia bona de ipso nobis polliceamur oportet. Sic verē ipsum edemus & bibemus, & saturabimur. Nihil in mundo vniuerso tam dulce vel suauis est, quin satietas & nausea tandem sequatur. Verū Christus contrā tam dulcis ac suavis est, vt ipsum edentes sint esuraturi, & ipsum bibentes sitituri adhuc: sed sic tamen esuraturi ac sitituri, vt neque esuriant neque sitiant in æternum. Hac esurie & siti laborabat Dauid, dicens: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et iterū: Heu quia incolarus meus prolongatus est. Et Psal. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Sic etiam Paulus Philip. 1. dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Item Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de hoc corpore morti obnoxio?

Psal. 41.

*Discipuli
eius sunt
qui ipsum
audiunt,
& in eo
operantur.*

Sic sunt eius discipuli, qui ipsum audiunt, & in eo operantur, hoc est, sicut ipse docet Ioan. 13. qui iuxta mandatū eius ita inuicē diligūt, sicut dilexit nos. In hoc, inquit, cognoscant omnes quod discipuli mei sitis, si dilectionē habueritis ad inuicem. Si ergo & nos Christi esse volumus discipuli: sic verbum ipsius, nepe præcepta, audiamus necesse erit, vt diligamus mutuo, & honestam conuersationē agamus, vt nō confundamur. Audiuit Matthæus sedens ad telonium, Dominū sequens, & omnia sua relinquens, nec confusus est. Audiuit Zachæus descendens

scendens ab arbore, dans dimidiam partem bonorum suorum pauperibus, reddensque quadrupliciter iniquē partem. Audiunt Apostoli relinquentes patrem & retia. Audiuit Paulus à celo vocatus Dominum. Audiuit & Dauid post adulterium, desijtque peccare, nec sunt confusi. Econtrā omnes qui ipsum derelinquunt, confundentur. Pharaon audire contēpsit, & ideo confusus est, demersus in medio maris rubri, Exod. 14. Iudas audire noluit, ideo suspensus crepuit mediis, Act. 1.

Postremo sunt eius discipuli qui ipsum elucidant, hoc est, imitantur, hoc testante B. Petro 1. cap. 2. Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt insequamini vestigia eius. Vel qui scrutantur scripturam, qui euarrant gloriam Dei, qui elucidant oracula, sic vt ad iustitiam erudiāt multos, sunt verē eius discipuli. Si igitur & nos ipsius discipuli esse cupimus, consortesque bonorum suorum, cum ipso etiam patiamur & moriamur oportet, sapientiamque diuinā elucidemus, & ignorantibus doceamus viam iustitiæ, vt iuxta Danielem cap. 12. fulgere possimus quasi splendor firmamētī, & quasi stellæ in perpetuis mansionibus cælestibus. Psal. 118. Beati qui scrutantur testimonia tua, &c.

Summarim transeamus ad illum omnes, edamus hunc panem viuum & bibamus ex hac aqua saliente in vitam æternā: hoc est, credamus in ipsum: ad ipsum vnū in omnibus necessitatibus nostris confugiamus, vnice illo nitamur. Verū interim audiamus etiam illum, hoc est, verbum ipsius audiamus, & voluntati eius obsequiamur sedulo, ita enim non confundemur in æternum. Operemur quoque in illo, hoc est, nō nostra opera, sed ipsius in nobis opera exerceamus. Ita enim nūquam peccabimus. Ipsum denique dilucidemus, hoc est, induamus & vndiquaque imitemur. Ita vitam æternam habebimus.

Lectionem hanc Sirachi ad hodiernam festiuitatem detulerunt patres, necnō allegoricē interpretati sunt de Maria virgine, cū præferrim persona loquens in fœminino genere apud Sapientem loquatur. Et non incommodē profecto in Domini matrem transferri ea potest, cū ea quæ conueniunt filio, non sint aliena à matre. Nam hætenus quidem est vtiq; dicenda Maria viris fructificans, quod protulit vinum illud omnium & nobilissimum & fragrantissimum, quod & Deum ipsum & angelos & omnes pios vnice exhilarat, nempe filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum, qui fructus flosque est omnis honoris ac honestatis ac proinde ipsius personæ etiam est attribuenda, cū præferrim inter cætera in præsentī lectione habeatur, *Ego mater sum pulchre dilectionis. &c.* Nā hætenus quoque Maria non inepte vocari potest mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei, quod genuerit

H

filium

Luce. 19.

Matth. 4.

*Discipuli
eius sunt
qui ipsum
elucidant.
hoc est,
imitantur.*

*Declare-
mus et nos
in his omnibus
verbo
Christi discipulos, vt
bonorum
suorum cō-
sortes esse
mereamur.*

*Maria non
absurdè vti
tis fructificans dici
potest.*

filium dilectionis, dilectissimum, inquam, Dei patris filiū, qui verum Domini timorem nos docuit, imo qui ipse est paor noster, per quem & Deum & veritatem cognouimus, in quo summa etiam salutis nostrę spes nobis est sita. Sic denique & hactenus omnem gratiam vię & veritatis, speq; vitę ac virtutis omnem fuisse in Maria dici potest, quod illū in vtero suo gestauerit, qui est via, veritas, resurrectio, iustitia, redemptio & vita, Ioan. 11. & 14. Concil. Dionys. Carthusianū, qui & presentē lectionem mysticę tractat in honorem Deiparę virginis.

EPILOGVS.

1 *Aeterna patris sapientia seipsam cōmendat, & commoda sua describit. quid sit, & quid possit, idq; multis epithetis, quę sibi attribuit, ostēdit, vt inde cognoscamus quod nobis omnia bona venerunt pariter cum illa, Sapient. 7.*

2 *Quia Christus fons & cornu copię est omnium gratiarum, passim omnes inuitat ad suum discipulatū, bonorumq; suorum cōseruium, & vnde veri sui discipuli cognosci queant. aperit.*

3 *Dulcedine promissionum suauum ad amplectendā sapientiā nos mirum in modum allicit. Hoc sonant huiusmodi voces. Qui edunt me, adhuc esurient: qui bibunt, adhuc sitient. Qui audit me, nō confundetur. Qui operantur in me, nō peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebūt.*

IN EODEM FESTO NATIUITATIS

B. MARIAE EVANGELIUM.

Matth. 1.

Liber generationis Iesu Christi, filij David filij Abraham. Abraham autem genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autē genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Boos de Rahab, Boos autem genuit Obed ex Ruth. Obed autē genuit Iesse. Iesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomorem ex ea quę fuit Vrię. Salomon autē genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aza. Aza autē genuit Iosaphat. Iosaphat autē genuit Ioram. Iorā autē genuit Ozias. Ozias autē genuit Ioathā. Ioatham autē genuit Achas. Achas autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasset autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Ieconiam et fratres eius in trāsmigratione Babylonis. Et post trāsmigrationē Babylonis, Ieconias genuit Salathiel. Salathiel autē genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Zadoch. Zadoch autem genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud autē genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Ioseph virum Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Sum-

Symma torius contextus Euāgelici ad tria præsertim se extendit. Primò enim testatur Euangelista, illum quem lex & prophetę, adeoq; ab ipso statim mundi exordio patres promississent Seruatorem, nempe Iesum Christum, nunc esse natum, hominem factum, & ad generis humani salutem missum, tempus gratię apparuisse, cessasse antiquam Dei iram, propitium iam hunc factum esse miseris mortalibus, ideoque nemini negandam veniam, omnibus paratam esse salutem.

Quod quàm magnificum gaudium & ingens voluptas sit, natum esse Christū, non potest aliunde manifestius deprehendi, quàm ex consideratione summę illius miserię, qua prius laborabat vniuersum genus mortalium: Satis constat ex sacris literis, nos per lapsum illum protoparentum nostrorum obnoxios fuisse non solum peccato (quod tamē alioqui per se satis graue est) verum etiam morti tum temporali, tum æternę, item Satanę tyrannidi, maledictioni legis, & æternę damnationi. Quid autē hac miseria miserius excogitari potest? Quid hac seruitute seruilius potest fingi? Nihil sanē. Et nemo omnium ab hac nos calamitate, ab his malis liberare poterat, neq; certē patriarchę, neque prophetę, neque sacerdotes, neque reges quātumlibet alioqui sancti, pij, & iusti; imò ne angeli quidem: solus poterat Deus. Hic nimirum pater ille cęli terręq; indulgentissimus misertus nostri, nolensque perire malē, quos optimus optimē cōdiderat, statim post lapsum promissit venturum semen mulieris quod contereret serpentis caput: vtque certiores redderemur de hoc ipso semine, sensim apertius atque apertius illud descripsit, primò dicēs illud futurū semen Abraham, deinde nasciturum ex semine David: hinc fore Deum ipsum, & ipsius filium: dein per prophetas explicans quomodo istandem venturus esset, quid facturus, dicturus, passurus. Quum itaque plenitudo temporis appropinquasset, emisit illum, factum ex muliere, castissima nempe matre virgine, factum sub lege, & humanę nostrę infirmitati per omnia (excepto peccato) obnoxium, vt nos à peccato, morte, satana, maledictione legis, & dānatione æterna assereret. Hanc iam emissionem Seruatoris nostri Christi, hunc aduētum nobis Euangelista hic annuntiat.

Nunc vero considerate, quantam lætitiā voluptatēque ille cōciperet, qui vincitissimus, flagitiosissimus, & mortis supplicio adiudicatus, in ipso educationis momento nuntium auditet seriò dicentem: En homo, tu peccasti, dignus es morte, & quouis suppliciorum genere. Verum rex tui misertus est, ac remittit tibi noxam omnem, adeoque filium suum vnicum pro tuis sceleribus auferēdis tibi mittit. Bone Deus, quàm ille exiret præ gaudio, quanta perfunderetur animi tranquillitate?

Ad

Natiuitatis Christi gaudium et voluptas vnde.

Nemo præter Deum à tyrannide satanę nos expedire potuit.

Genes. 3. Semini caput serpentis contrituri delinatio.

Galat. 4. Christus infirmitati humane dēpto peccato obnoxius.

Simile accidit commodum.

Ioan. 3.

In qua ma-
la per pri-
mi homi-
nis lapsum
incidera-
mus.

Mors natu-
ra culpe et
gehennæ.

Christi
prosapia
ex qua pro-
cessit, de-
claratur,
& cur.

Genes. 12.
26. 28.
Psal. 131.

Ad eundem vero modum, quod nuntium nobis hominibus scelerosissimis, milleq; commeritis mortes, adeoq; æterno igni adiudicatis contingere potest gratius, quam quod Iesus Christus vnigenitus Dei patris filius nobis saluandis & liberandis venerit in hunc mundum, sitque factus noster frater? Atqui hoc nuntium nobis Euangelista in præsentis Evangelio nuntiat. Est igitur illud omnibus afflictis, contritisque conscientijs auditu iucundissimum, simul & consolantissimum. Hinc Apostolus Rom. 5. dicit: Per vnum hominẽ in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnus delicto multi morruerunt, multo magis gratia Dei & donũ, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Vnde contra ignorantiam, sapientiæ lumen dedit, Ioan. 1. contra mendacium veritatẽ, Ioan. 14. & 18. contra iniustitiam, iustitiam. 1. Cor. 1. Rom. 3. contra amorem creaturarum, amorem Dei, Rom. 5. 1. Ioan. 4. & contra mortem, vitam. Nam contra mortem naturæ, resurrectionem, Ioan. 5. 11. & 1. Corin. h. 15. contra mortem culpæ, vitam attulit gratiæ. Ioan. 10. Postremo contra mortem gehennæ, vitam contulit gloriæ, Ioan. 10. Ego vitam æternam do eis. Item Rom. 5. Sicut peccatũ regnavit in mortem, ita & gratia regnet in vitã æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. Nam in hæc omnia mala per lapsum primi hominis incideramus. Non ergo pro simplici catalogo aut historia hic liber generationis Iesu Christi accipi debet.

2. Secundo declarat prosapiam e qua is idem Seruator processit, seu quo genere humanam suam naturam sumpserit, nimirum e patriarchis, sacerdotibus, regibus, prophetis, principibusq; vt constet liquido, filium illum Mariæ Iesum verẽ esse promissum Messiam, & verum hominem; non simpliciter prophetam, neq; hominẽ caelestem, aut aeriũ, phantasticũ ve. Ob id nimirum primo omnium genealogiam altissimẽ repetit, deducitq; hanc ad Dauidem & Abrahamum vsq;. Nam hinc demonstrat, Iesum ex ijs maioribus natum esse secundũ carnem, e quibus nasciturũ Messiam sacra prædixerat oracula. Etenim Abrahamo & Dauidi cum primis promissum erat, vt ex ipsorum progenie nasceretur Christus: ideoque Matthæus Dominum Iesum statim initio filium Dauidis & Abrahæ vocat.

Sunt quidem nonnulli, qui gloriosum ducunt, si singularum hic personarum vel benefacta, vel male facta recensere norint: verũ non ob aliud recenset eas, vt diximus, Euangelista, nisi vt probet Iesum esse Christum, dum is ex illorum prosapia natus est, e quorum Christus nasci debebat. Hoc igitur cum primis respicere debemus.

Aut

Aut si omnino merita singulorum expendere libet, ex prosapia eius cognitione duo præcipua discere debemus: summã nimirum ipsius excellentiam, & maximã contra submissiõnem. Excellentia quidem est, quod natus est ex patriarchis, sacerdotibus, prophetis, regibus, & principibus: submissio vero, quod e peccatoribus etiã prognatus est. Quod sanẽ ex patriarchis natus est, indicium facit, ipsum verissimum ipsissimũ: neq; esse patriarcham, & hoc Isa. 9. etiam habetur, Pater futuri seculi. Quod ex sacerdotibus innuit ipsum verum summũque esse sacerdotem, iuxta quod David Psal. 120. dicit: Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quod ex prophetis, arguit ipsum ipsissimum esse prophetam, iuxta quod Moses Deut. 18 dicit: Prophetam suscitabit vobis Deus vester de fratribus vestris, similes mei ipsum audietis. Quod ex regibus & principibus, argumẽto est ipsum esse regem regum, dominum dominantium, & principem principum, iuxta illud Isa. 9. Super solium David & super regnũ eius sedebit. Et Psal. 71. Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Item Psal. 44.

Quod autem natus est ex peccatorum progenie, insigne humiliationis indicium est, indeq; adeo certificamur non solum ipsum venisse propter iustos, sed & peccatores saluandos, & peccatoribus respicientibus propitium fore, multo minus eos reiecturum: Atq; hic maxima omnium consolatio sese exerit. Et nihil quoq; vehementius scriptura inculcat, quam hoc ipsum. Non veni, inquit, propter iustos, sed peccatores. Quod & Paulus aperte testatur, inquit, 1. Tim. 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia venit Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere. Item Dominus ipse Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

Nunc consideranda conclusio prosapiæ seu generationis Christi. Vbi Euangelista generationem ipsam ab Abrahamo vsque ad Dauidem; & a Davide vsque ad Ioseph perduxit, non dicit ex Ioseph genitum esse Dominum, sed ex Maria vxore seu sponsa Ioseph. Qua quidem auersione ostendit, non illum ex virili semine (viri alij homines solent) conceptum & natum esse, sed ex castissima virgine, citra viri operam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, Matth. 1. Atque per hoc itidem probare vult, ipsum verẽ esse promissum Messiam. Habemus enim apud Isa. 7. virginẽ concepturam & pariturã Emanuelem: ideoq; & Christus Gen. 3. semẽ mulieris vocatur, non semen viri. Cum igitur Iesus solius mulieris semen fuerit & ex virgine natus, certissimum est ipsum verẽ Messiam esse.

Questio

Prosapia
ac parentũ
Christi ex-
cellẽtia et
submissio.

Ortus Chrẽ-
sti ex pa-
triar-
chis,
sacerdoti-
bus, pro-
phetis, prin-
cipibus &
regibus.

Christus
ex regibus
ortus.

Insigne hu-
miliationis
indicium.

Matth. 9.

Generatio-
nis et pro-
sapie Chrẽ-
sti cõclusio
considera-
tur.

Hebraeum
mos in ge-
nealogijs
cōtexēdit.

Nomen &
vite cōdi-
tio Christi
nati ac prae-
dicitio.

Ecclie. 46.
Hagg. 2.
Zach. 3.

Christus
dignitatis
& officij
vocabulum
est.
Ephes. 5.
Christus
verus Sal-
uator, rex,
et sacerdos

Christi ge-
nealogia
ex Abra-
hama et
Daide.

Quaestio hic oritur: cum Christus non sit natus ex semine Ioseph, cur per ipsius generis catalogum ostendatur genus Christi? Respondetur: Hebraeis non esse mortem genealogias, nisi per virorum enumerationem cōtexere, Hieronymo teste, ad haec legem à Deo datam talem Israelitis, ut viri uxorem ducerent de tribu & cognatione sua, Num. 36. Cum itaq; Ioseph vir iustus & timens Dei fuerit, haud dubie huic legi morem gessit, sicque Mariam ex sua tribu duxit uxorem. Quare convenienter Euangelista Iosephi genus contexit, ut quod idem fuerit & Mariae genus, ideoque & Christi.

3 Tercio ponitur nomen & vitae conditio verbi incarnati. Fuit nomen filio Mariae, Iesus: quod Hebraeis Salvatorem sonat. Hoc autem nomen non fortuito aut humana voluntate ei impositum est, sed diuinitus: quod nimirum verè Iesus, seu Saluator futurus esset: quod & fuit. Nam inde & angelus ad Ioseph ait: Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum. Sunt quidem & alij nonnulli hoc nomine insigniti in sacris literis, veluti Iosua, Iesus filius Iosedech, & Iesus Sirach, scilicet filius, auctor libri, qui Ecclesiasticus intitatur. Verum in nullum competit genus, quam in filium Mariae. Is enim verè saluat, liberat & fert opem: non temporaliter modo, sed & aeternaliter. Vnde & Petrus: Non est in alio quoquam salus, neq; aliud nomen datum inter homines, in quo oporteat salvos fieri, Act. 4.

Porro quod idem & Christus dicitur, dignitatis & officij, vocabulum est. Christus idem est & dicitur quod vnctus. Vncti autem sunt sacerdotes et principes. Quod ergo Iesus dicitur vnctus, id euincit ipsum et sacerdotem et regem esse. Verè autem sacerdos est, isque aeternus: quia semetipsum pro nobis obrulit Deo hostiam viuam in odorem suauitatis, eaque vnica in aeternum consummauit sanctificatos. Verè quoque rex est, isque itidem aeternus: quia est Dominus omnium, iudex viuorum & mortuorum, ad regnum patriae caelestis via, ianua, & introductor.

Cum ergo ita res habeat, agnoscamus ex animo et perpetuo hunc Mariae filium pro vero saluatore, sacerdote, et rege: cōquipsi et fidamus, et adhaereamus et obsequamur. quo sic per ipsum saluemur, reconciliemur, & aeternum regnemus, Amen.

EPILOGVS.

1 Intentio Euangelistae Matthaei, ostendere Iesum verum Messiam, hoc est, Christum patribus promissum, iuxta prophetarum oracula ex stirpe sacerdotali, & regia in Beth-lehem natum, Mich. 5.

2 Exoratur Euangelista genealogia Christi ab his duobus, Abrahamo & Daide, vel quod horum memoria celeberrima sit, pariter & gratissima

stima apud Iudaeos, vel quod his duobus potissimum promissus sit ille tot seculis expectatus Christus in Hebraeorum oraculis, quibus summam habent fidem etiam illi qui Christo repugnant, Genes. 12. Galat. 3. Luc. 1. Psalm. 131.

3 Quoniam apud Hebraeos plures fuerunt qui nomen Iesu sortiti sunt, idcirco cognomine addito discernitur à ceteris. Porro Christus Graecè vnctum significat: quo vocabulo Hebraei sonant regem, atque suum diu expectatum Messiam. Vno igitur vocabulo simul & regis & sacerdotis dignitas explicatur, quum vterque vngeretur: & vtraque dignitas vni & sacerdoti competit Christo, quod omnium rex & idem summus sacerdos salus deus patrem peccatis offensam sui corporis victima placarit, ac depulsa morte tyrannide, & peccati regno destructo, caeleste regnum omnibus ditur. aperuerit.

Apoc. 19.
Heb. 10.

I N F E R I I S D. MATTHAEI
APOSTOLI, EPISTOLA.

F R A T R E S, Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuam: atem, dedit dona hominibus. (Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia.) Et ipse dedit quosdam qui iam Apostolos quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad cōsummationem sanctorum in opus ministerij in aedificatione corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei, in virum perfectam, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

Ephes. 4.

Haec lectio in qua tradit Apostolus methodum de donis spiritualibus, quibus credentes sunt perditii, quatuor questionibus constat. Prima est, quid sint ipsa dona, docetque ea esse aliud nihil quam meram gratiam, cum sic dicit: Vnicuique nostrum data est gratia. Sciendum autem hic est, dona esse bifaria, Sunt enim quaedam priuata, quaedam publica. Priuata sunt, quae priuati (hoc est, nullam publicam functionem habentes) priuatiim (hoc est, citra ullam muneris publici iniunctionem seu impositionem) acceperunt, ac habent: veluti dona fidei, & charitatis, item sermonis, sapientiae & scientiae, itemque cognitionis variarum linguarum, & interpretationis earundem, atque id generis alia, quae etiā ijs contingunt qui nihil habent publici muneris, nec urgent quenquam ad publicam functionem obeundam. De his agit Apostolus, 1. Cor. 12. Ceterum publica sunt, quae dantur ac cōtingunt publice hoc est, ad publicam functionem pertinent, & donatum ad administrandam functionem illam cogunt: veluti dona publicae praesidentiae & gubernationis. Haec autem dona publica rursus bifaria sunt. Sunt enim quaedam Politica seu ciuilia, & quaedam Ecclesiastica. Politica quidem ut principatus, consula-

Donorum
alia priua-
ta, alia pu-
blica.

Publica da-
na, alia po-
litica, alia
Ecclesiasti-
ca.

cōsulatus, prætoriatu, triumviratus, &c. De his agit Rom. 12, & 13. Ecclesiastica verò, vt Apostolatus, functio prophetica, Euangelicis, pastoratus, & doctoratus. De his agit in hodierna præsertim epistola, dicens. *Vnicuique nostrum data est gratia.*

Gratia & meriti discrimen.

Gratia autè & meritum inter se contraria sunt. Si igitur dona sunt gratiæ, non sunt meritum: si non sunt meritum, non sunt ex operibus. Ergo gratis contingunt citrà nostra aut merita aut opera. Si vero gratis, excluditur omnis gloriatio nostra, nõ est quòd de ipsis superbiamus, præque nobis alios aspernemur. Quid autè habes (ait alio loco) quod nõ accepisti? Si autè accepisti: quid gloriaris quasi non accepisti?

1. Cor. 4.

2. A quo publica Ecclesiæ ministeria sunt instituta, & vnde veniant. Et dicit Paulus ipsum Dominum Iesum eorum institutorem & authorem esse, dicens: *Data est gratia secundum mensuram donationis Christi propter quod dicit, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, &c.* Si dona data sunt à Christo non donata sunt aliunde. Non igitur neque nobis, neque alijs creaturis accepta ferri debent, sed soli Christo. Ob id enim ipsi iugiter laudes gratiarumque actiones nuncupadè veniunt. In gratissimi enim fuerit hominis, ei non grates persolvere velle, ex quo omnia sua habeat, sine quo nihil possit.

Ministeria Ecclesiæ publica instituta à quo et vnde. Psalm. 67.

Docemur igitur hic functiones Ecclesiasticas esse gratias seu dona Christi, iuxta suum ipsius arbitriũ data. Si autè sunt gratiæ, gratis contigerunt: at si gratis, debent & gratis dispendi, iuxta Domini dictum Matth. 10. *Gratis accepistis, gratis date.* Dispendere gratis, non sic intelligendum erit, quasi non sit prospiciendũ ministris populi de vitæ necessariis, sed quod ipsi nullius lucri aut quæstus gratia ministrare debeant. 1. Pet. 1. Porro si munia illa Ecclesiastica data sunt iuxta Christi arbitrium, nemo propter illa (si habeat) superbiere debet: nec quisquam (si nõ habeat) ea habentibus inuidebit. Nam quis gloriatur de alienis? quis Christo manũ occludat? Ad hæc si Christus munus Ecclesiasticorum auctor est, debent & ipsa munia & ministri etiam in summo honore haberi, non autem contemni & derideri, vt hodie à plerisque fit. Qui bene præsumt presbyteri duplici honore digni habeantur, &c. 1. Tim. 4.

Ecclesiasticæ functiones, quia gratis data ministranda.

1. Cor. 9.

3. Quænam ac qualia ipsa dona seu officia sint, quod his verbis dilucidat, dicens: *Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autè Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autè Pastores & Doctores.* Hic audimus, Apostolarum, Prophetiarum, Euangelistarum, Pastoratum & Doctoratum esse dona illa publica Ecclesiastica, quæ Christus dedit. Apostoli sunt, qui à Christo in vniuersum mundum Euangelij prædicandi gratia ablegantur. Hoc verò nomen propriè duodecim illis conuenit. Prophetæ sunt, qui futura vel bona vel mala præsciunt, ac variocinantur, qualis fuit

Dispensatio res munus Ecclesiasticorum duplici honore digni. Ecclesiæ dona publica quæ. Prophetæ, Euangelistæ, Doctores, qui.

Agabus

Agabus, & quatuor filii Philippi diaconi, quales & hodie nonnulli reperiuntur. Euangelistæ sunt, qui Euangelicam doctrinam scriptis complectuntur: quales quatuor illi Pastores & doctores sunt, qui Christi populum viua voce ac doctrina sana pascunt, quales fuerunt Timotheus, Titus, Dionysius, Clemens, &c. quales omnes episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi esse deberent.

Hæc dona in speciem quidem videntur vilia, præsertim temporibus hisce postremis: verum si exactius considerentur, sunt omnibus modis insignia, maximaque. Libet id liquidò perspicere? Quid valent currus & equi citra aurigam? quid oves siue iuuenulæ citra pastorem? quorsum conducit thesaurus, si non adsit qui eum ostendat, eruatque? Nihil profus. Ita nimirum omnia dona quantumuis speciosa, inutilia sunt, si non adsint Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ, Pastores, & Doctores, qui populum doceant quo pacto his vti piè debeant. Imò quanto præstat animus corpore, tanto hi omnibus alijs donis. Quare vt huiusmodi dona eximia sunt, sic à nobis etiam præ alijs omnibus maximo in pretio haberi debent. Nam ab his docemur veram fidem, docemur spem, charitatem, misericordiam, humilitatem, veram sapientiam, veram eloquentiam.

Ecclesiæ dona nisi his ritè videntur, inutilia.

Hic etiam erroris conuincuntur, qui dicunt ordinem ministeriumque Ecclesiasticum esse inuentum humanum. Conuincuntur quoque erroris & illi, qui omnes promiscuè ministerij huius publici capaces esse, & suggestum conscendere volunt. Nec hi minoris erroris redarguuntur, qui inuocatos sese in Ecclesiæ administrationem ingerunt. Item & illi peccant, qui ministerium Ecclesiasticum atque ipsos ministros vilipendunt. Nam si Christus institutor est, non est inuentum humanum. Si is quosdam instituit peculiare, non omnes promiscuè sibi id usurpare debent. Si idem dat Ecclesiæ ministros, nemo ab eo non datus, hoc est, inuocatus sese debet ingerere. Si denique ille huius ministerij est author, nemo illud contemnere, sed omnes honorare & magnificare debent.

Ministeriorum Ecclesiæ potestas æquæ omnibus nõ est concessa. Hebr. 5.

Ex his quoque verbis colligere licet, varios esse ministrorum Ecclesiæ gradus, non omnes esse æquales. Errant itaque, qui omnes parem habere potestatem & dignitatem dicunt. Hæc autem ministrorum diuersitas ac distinctio, pacis & vnitatis causa à Christo instituta est. Nam alioqui si omnes æquè sacerdotes & dignitate & potestate pares essent, tot essent in Ecclesia futuræ sententiæ, quot capita: nemo alteri cederet, nemo alteri obtemperaret. Sed vt illis qui dignitate sua & potestate abutuntur vel per superbiam, vel per quæstũ. Certè in hunc finem non prætulit Dominus alios alijs. Quæadmodum verò digniores inferioribus sese anteferre minimè debent, sic quoque nec

Ministrorum Ecclesiæ gradus varij & inæquales.

I infe-

inferiores superioribus debet inuidere. Cui multum commissum est, ab eo & multum exigitur: contra, cui datum est parum, & is de modico dabit rationem.

Finis ob quem Ecclesie ministros instituit Christus.

4 In quem finem seu propter quam causam haec munia data sint, instituitque Christus omnes Ecclesie ministros, cum dicit his verbis: *Ad instauracionem sanctorum, in opus administrationis, in aedificationem corporis Christi, donec perueniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensurae aetatis plenae adultae Christi.* Quibus verbis docemur, Christum illa munera constituisse non sua gratia, sed propter instauracionem sanctorum, & sui corporis, Ecclesiae nimirum. Propter nos, inquam, propter nostri instauracionem & aedificationem, totiusque Ecclesiae & populi Christiani utilitatem, dedit Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores & Doctores, ut nimirum omnes omnium salutem prouehant, alij gubernando, alij concionando, alij scribendo, alij orando, alij legendo, alij canendo, alij visitando infirmos, alij cibando pauperes, alij administrando sacramenta, alij expellendis demonibus: quod sic omnes & in fide & in vita proficiamus, tandemque laeti occurramus Christo.

Vnica nostra salus in qua sita sit. Rom 10. Caritas fidei prima proles.

Omnis quippe nostra salus in vnica illa fide, hoc est, agnitione filij Dei, & in viro perfecto, hoc est, charitate Dei & proximi sita est. At fides, & fidei primogenita proles charitas, ex auditu proficiuntur: auditus autem verbum habeat necesse est. Verbum vero audiri non potest, nisi adsit praedicans. Dedit igitur & dat Dominus ministros Ecclesiasticos, ut ex ipsius iussu illorum audiamus verbum, utque ex auditu concipiamus fidem ac charitatem, & sic fide saluemur.

Ecclesiae dona data nobis non sunt ut superbiam.

Hic igitur vnusquisque ministrorum sui muneris admoneri debet, siue sit papa, siue cardinalis, siue episcopus, siue pastor, siue sacerdos, ne solo & nudo titulo turgat, sed respondeat & titulo & professioni. Non enim propterea donis ornati sumus, ut nos alterutrum contempnamus, ut inuicem inuideamus, ut inde cristas erigamus, sed ut his seruiamus proximis, ut iuuenus inopes, consolemur desolatos, doceamus indoctos, reuocemus errantes, erigamus pusillanimes: in summa, ut regnum Christi dilatemus pro virili.

Hic ipsi quoque Christiani subditi ac laici admoneri debent, ut ministros & pastores sibi a Christo datos venerentur, audiant, sequantur, ne frustra ipsis sint missi: Ecclesiaeque munia suscipiant, venerentur & obseruent, ne & ipsa frustra sint data.

EPILOGVS.

1 *Apostolus vehementi spiritu unitatem nobis commendat Ecclesia, quae ne ob eam quam suis praepositis tenentur inferiores subiectione solueretur, dicit diuersa creditibus esse Dei dona concessa, diuersos & varios in Ecclesia*

Ecclesia status & gradus constituentia, quae tamen dictae unitati non repugnant, sicut nec humani corporis repugnat unitati, quod in eo diuersa sunt membra varijs officijs & operationibus deputata. Minimè ergo vocationum varietates resoluunt Ecclesiae unitatem.

2 *Distinguuntur ordinum Ecclesiae status, quorum praecipuus author & institutor est Christus. Ascendens namque in alium, dedit dona hominibus: quod primum factum est, teste Luca, dum compleverunt a die suae resurrectionis dies Pentecostes, mittens super Apostolos visibili specie varia dona Spiritus sancti, Act. 2.*

3 *Rationem reddit apostolus, quorsum varia dona & vocationum praemissarum ordines in Ecclesia esse velit Deus opt. max. ad consummationem, inquit, sanctorum, id est, ut consumment, & ad salutem prouehant per suum ministerium eos qui fidei sacramento initiati, a peccatis mandati & sanctificati sunt. In aedificationem corporis Christi, id est, ut aedificent eos in corpus Christi, qui adhuc alieni sunt: vultque has ordines duraturos, donec veniat retributor omnium honorum Christus Iesus, regnum hoc Ecclesiae patri suo caelesti oblaturus.*

Christus ordinum Ecclesiae praecipuus institutor.

I N F E S T O E O D E M B. MATTHAEI APOSTOLI, EVANGELIUM.

In illo tempore, cum transiret Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matth. 9. *Matthaeum nomine, & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait illis: Non est opus valentibus medico, sed malis habentibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.*

Evangeliis hoc depingitur nobis regnum Christi: quod videlicet tria praecipue obseruanda: primo, Matthaei persona. Fuit enim publicanus, sicut ipse confitetur. Matthaeus nihil sibi nisi peccata ascribit. Consueverunt quidem filij Adam aut beneficia sua iactare, aut malefacta defendere & excusare. nihil horum Matthaeus, sed peccata sua ingenuè fateretur, publicanum se nominans: quod genus hominum quoniam artem exercebat fordidi quaestus, & violentae rapacitatis, multis modis infame erat, pessimumque audiebat, praesertim apud Iudaeos, idque propter auaritiam & iniustitiam quibus obnoxii erant omnes. Redimebant enim munus a principe iniqua summa, & inclementer extorquebant a nautis & viatoribus vectigal, ut vel hac exactione plusculum lucri ipsis accederet: quare diuitiae illorum erant rapina pauperum: potus & cibus, ipsorum caro & sanguis: vestis vero

Publicanus, genus hominum infame et rapax. Publicanorum officium et diuitiae, quales.

vulgi sudor & labor. In quos non ineptè torqueri potest illud Jerem. 2. Sub alis vestris, aut in oris vestimentorum vestrorum sanguis animarum pauperum & innocētum inuentus est. Quæ sanè vitia talia sunt, vt Paulus apertè dicat, hisce obnoxios nō possessuros regnum Dei. 1. Corinth. 6.

*Matthæus
cur Leui
dicitur.*

Publicanum ergo se fuisse dicit Matthæus, & ad maiorem certitudinem, ne quisquam dubitaret de alio quopiã hæc scribi, quin potius omnes certi essent, Euangelistam ipsum talem fuisse, vulgatius suum nomen adscribit, dicens: *Vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.* Quod nomē alij Euangelistæ subticuerunt, ac pro ipso aliud nomen minus notum, scilicet Leui, subscripserunt, ne consortē operis Euangelici, de prisca conuersatione palàm notabilem redderent. Confiterur igitur Matthæus peccata sua palàm, nō vt in ipsis gloriari velit, sicut quidam gloriāntur quando vsuris & iniquis cōtractibus simplicibus imposuerunt, quemadmodum illi, de quibus scriptum est Prouerb. 2. Lætantur cum malefecerint & exultant in rebus

*Christi bonitas in-
star boni
medici in-
dustria,
prædicatur.*

peffimis. Item Isa. 3. Peccatum suū sicut Sodoma prædicauerunt, &c. sed vt insignius prædicaret Christi erga se bonitatem, quemadmodum & nos quum medici alicuius artem & industriam aliis commendare volumus, morbi nostri acerbiter & fœditatē recitamus. quanto enim morbus maior, ac desperatior fuit, tãto maior accedit gloria medico, qui eundē expellit. Sic & Matthæus Christi bonitatem nobis commendare volens, suum morbum describit, quasi dicat: Ex me ipso nihil nisi peccator fui & publicanus, ac perpetuò permansissem, nisi per gratiam à Christo vocatus fuisset. Vides quã ob causam Matthæus peccata sua cōmemoret, nempe, vt gloriam Christi prædicaret, ac nobis spem daret, vt in ipso videamus Christum nedum peccatores nō auersari, sed & ex eis gratiæ suæ Apostolos fecisse, & Euangelistas. Sic Dauid & Manasse sua agnoscunt & confitentur peccata, 2. Reg. 12. 2. Paral. 33. Ob eandem etiã causam Paulus peccata sua refert. Christus, inquit, venit peccatores saluos facere, inter quos præcipuus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, vt ostenderet in me primo Christus Iesus omnē patientiam, ad informationē eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam, 1. Tim. 1. Item, Ego, inquit, sum minimus Apostolorū, qui nō sum dignus vocari Apostolus, &c. Sequitur: Gratia autē Dei sum id quod sum, 1. Cor. 15. Et hic est primus pœnitentię gradus, vt dicitur Luc. 18. de Publicano, & 1. Cor. 11. Quod si nosmetipsos diiudicemus, &c.

*Matthæus
quam ob
causam se
peccatorem
dixerit.
Primus pœ-
nitentię
gradus.
Pauli pec-
cata sua cō-
fientis.*

*Oculis cō-
miseratio-
nis Christi
Matthæus
est voca-
tus.*

Enarratur autē ipsius Matthæi vocatio. Nam Christus præteriens illū vidit suis oculis, nō tantum corporalibus (sic enim & crucifixores suos vidit) sed commiserationis oculis, quibus aspexit Abraham in Chaldæa, Genes. 12. Loth in Sodomis. Ibidem

Ibidem 19. Israëlitas in Ægypto, Exod. 21. Zachæum in arbore. Luc. 19. Petrum in domo Caiphæ, Ibid. 22. Latronem in cruce, Ibid. 23. & Paulū in itinere Damasci, Act. 9. Et hic aspectus penetrat carnem, sanguinem, medullam, ossa, spiritum & animam. Hoc videre, fuit agnoscere illum esse de numero illorum qui saluādi essent. O fœlix visio, de qua sanctus ille meritò potest dicere verbum Agar. Genes. 16. Tu Deus qui vidisti me. Oremus supplices vt & nos sic videre dignetur in abyffo peccatorum sepultos, dicētes cum Dauide Psal. 24. Respice in me, & miserere nostri, quasi dicat, Agnosce nos inter eos quibus misericordiam præstare decreuisti.

Sic vidit Matthæum, & vocauit internè per Spiritū sanctū, & externè per verbum, *Sequere me.* Superius mox dictū est, quo in statu fuerit Matthæus, non ante solūm, sed & in ipsa vocatione: nimirum in huiusmodi statu, vt & omnibus hominibus exosus esset, & coram Deo esset filius gehennæ. Quis verò cum in huiusmodi statu esset, vocatus sit à Domino, videmus itidē non promeruisse illum vocationem sui, sed ex mera gratuitã gratia à Christo esse vocatū: iuxta illud Pauli, Non volētis est, neque currentis, sed miserentis Dei, Rom. 9. Iam verò ex vno eodēque fonte omnium vocatio proficiscitur. Consequitur ergo, quemadmodum Matthæus ex gratia mera vocatus est, ita & nos omnes ex gratia vocatos esse ac vocari, non ex operibus aut meritis præcedentibus. Ne quis autem in hoc dubitet, audiamus Paulum, is sic Ephes. 2. inquit: Gratia estis seruati per fidem, idque non ex vobis. Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Item 2. Timot. 1. Deus, inquit, saluos nos fecit, & vocauit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna, sed palàm facta est nūc per apparitionem Seruatoris nostri Iesu Christi. Hinc & Augustinus piè: Misericordissimus Dominus, inquit, inuenit omnes quos condemnaret: at non inuenit quos saluaret. Nihil igitur hîc aliud cum Matthæo & vocatis omnibus facere possumus, quàm vt consideremus in nobis iugiter Dei bonitatem, laudemusque illum super misericordia, Rom. 11. & 15. dicētes cum Dauide: Miserator & misericors Dominus, nō secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: quoniam secundū altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiã suam super timētes se. Quātum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, Psal. 102. Summa: Iesus solus vocat, vocat ex mera gratia, vt discamus, ne quid salutis tribuamus vlli creaturæ, & meritis nostris, sed omnem salutem & iustitiam nostram

*Vocatio si-
delium nō
ex merito,
sed gratia
Dei.*

*Bonitas ac
Dei miseri-
cordia à no-
bis semper
laudanda.*

*Vocamur
ex solius
Dei gratia.*

nostram tribuamus vni Christo. Nam Matthæum talibus in-
hærentem spinis vocauit, vt de gratia Dei etiam nullus despe-
ret, quantumcunque in vilibus & sordidis lucris fuerit occupa-
tus. Potens est enim Deus de lapidibus suscitare filios Abra-
hæ. Et quamuis difficile sit diuitem intrare in regnum Dei, &
apud homines impossibile, apud Deum tamen omnia possibili-
a sunt.

Matth. 19.

Matthæi fi-
des proba-
tur.

Electi soli
& præde-
stinati vo-
cantur.

Consequenter enarratur ipsius Matthæi fides. Nam non
impeditur Matthæus opibus, nec remoratur officio, neque of-
fendebatur humili Christi persona, & calumnijs Pharisæorum,
sed audiens verbum. *Sequere me.* Spiritu sancto accensus nõ du-
bitat hanc vocationem verè esse diuinam. *Surgens sequutus est eum.*
Audiuimus nec Matthæum, nec vllum vnquam hominem vo-
catum esse propter sua merita, sed propter meram Christi gra-
tiam. Hoc quum sit verissimum, consequitur prorsus elegisse
Dominum illos quos vocarit & vocet. Ergo certum est, solos
electos & prædestinatos vocari. Id autem verum esse, Aposto-
lus aperte testatur Rom. 8. Scimus, inquit, quod diligentibus
Deum, omnia cooperantur in bonum, nimirum his qui iuxta
propositum vocati sunt: quoniam quos præsciuerat, eosdem &
præfinierat conformes fieri imaginis filij sui, vt ipse sit primo-
genitus inter multos fratres. Porro quos prædefiniuit, eosdem
& vocauit: & quos vocauit, eos & iustificat. Et Roman. 11. Ele-
ctio consequuta est, cæteri verò excæcati sunt. Cur vero Do-
minus non omnes elegerit & vocauerit, non est nostrum inue-
stigare. Ipsius iudicia imperscrutabilia sunt, & inuestigabiles
viæ eius, Rom. 11. Hoc tantum pro certo sciamus: quoscunque
non elegit, eos ipsos non elegisse ex ipsorum culpa: quoscunq;
autem elegit, hos elegisse & vocasse ex mera gratia & miseri-
cordia, non vltra progredi licet.

Matthæi
obedientia.

Fides ope-
ratur obe-
dientiam.

Enumeratur insuper ipsius Matthæi obedientia. Nam Mat-
thæus relinquit telonium, opes & pecuniam, & surgens sequi-
tur Christum, non secundum humanam prudentiam ratioci-
nans, quid amittat, aut consecuturus sit. Sic verbum auditum
operatur fidem, Rom. 10. Fides est ex auditu, fides verò opera-
tur obedientiam. Similem ferè obedientiam habes, 3. Reg. 19 in
Eliseo per Eliam vocato. Applica. Porro finis in quem electos
vocauit & iustificauit Dominus, est, vt se sequatur, hoc est, san-
ctè & immaculatè viuant, sic inquitente Paulo Ephes. 1. Deus
elegit nos in Christo antequam iacerentur fundamenta mundi,
vt essemus sancti & irreprehensibiles coram illo per charitatè.
Et Ephes. 2. Dei sumus creatura, creati in Christo Iesu in ope-
ribus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Et
Tit. 2. Illuxit gratia Dei saluatoris omnibus hominibus, eru-
diens nos, vt abnegata impietate & mundanis concupiscentiis,
sobriè

sobriè & iustè & piè viuamus in præsentī seculo. Et profecto
electi & vocati huic fini omnibus modis seruiunt ac respon-
dent: vt vel hic in Matthæo videre licet. Simul atque voca-
tus est. Statim secutus est Iesum, hoc est, ad huius sanctissimam
voluntatem sese composuit, atque ipsum intimo amore com-
plexus est.

Electorum
ac vocato-
rum finis,

Videmus hoc loco, quales esse debeant, qui recipi in regnū
Christi volunt, & quid illis sit faciendum: videlicet, vt audiāt
verbum, credant, & sequantur. Non enim reijcit Christus vl-
lum peccatorem, sed omnes ad pœnitentiam vocat. Venite ad
me omnes, &c. Matth. 11. Et Paulus inquit, Concluserit Deus
omnia in incredulitate: vt omnium misereatur, Rom. 11.

2. Secundo quæ hic obseruanda occurrunt, sunt fructus &
opera primū fidei in Matthæo. Nam Matthæus emēdat vi-
tam priorem, reddit malè parta, operatur bona: inuitat Chri-
stū ad conuiuīū, vocat & alios peccatores, vt & illi conuertā-
tur. Quatuor in beato Matthæo veræ iustificationis indicia
hic videmus. 1. Surrexit. 2. Secutus est eum. 3. Adornauit con-
uiuīum. 4. Adduxit etiam alios peccatores, vt & ipsi conuer-
terentur. Hæc enim sunt indicia veræ iustificationis: Surgere
à peccatis. Si mortui, inquit Apostolus Roman. 6. sumus pec-
cato, quomodo adhuc viuemus in illo? Sequi Christum. Non
enim sufficit mala nõ agere, nisi & bonis studeas operibus in-
sudare. Vocauit nos Deus, inquit Apostolus, in sanctificatio-
nem, &c. Tertium est gratias agere pro acceptis donis. 1. Thef.
5. In omnibus gratias agite. Quartum, proximum quoque
adiuuare.

Fructus fi-
dei in Mat-
thæo.

Iustifica-
tionis ve-
ræ indicia
quatuor.

Quod autem in fine subdit Paulus. Quos iustificauit, hos
& magnificauit: in præsentī quidem vita ex parte contingit.
Verè enim magnificum est, vacuum esse vitij, innocentiæ glo-
ria florere, affectibus esse incorruptis, sic insitum esse corpori
Christi, vt idem sis cum illo, spiritum illius habere pignus, hæ-
redem esse Dei, cohæredem Christi: vt de hoc quod superest
suo tempore implendum, non liceat diffidere. Hæc autē ma-
gnificatio in futuro complebitur, cum absterget Deus omne
lachrymam, &c. cum Christus suis dicet: Venite benedicti
patris, &c. Matth. 25.

Magnificū
esse quid.

Apoc. 21.

Ex verbis prædictis Euangelicis etiam apparet, Matthæum
fuisse gratum pro donata remissione peccatorum, hilaremq;
datorem, conuiuīum enim apparat. Sanè Christus Matthæū
inuitantem non despexit. Tunc enim Iesus obtemperat rogā-
ti, cum tu obtemperas vocanti. Cum autē tu non audis Chri-
stum vocātem, quomodo audiet ipse te clamantem? Hinc per
Isaiā dicit cap. 50. Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo
dimisi eā? quasi dicat, Vultis scire quā ob causam id fecerint?

Gratitudo
Matthæi
pro remis-
sione acce-
pta peccato-
rum.

Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, &c. Vocauit & non erat qui audiret. Sic & alio loco: Iniquitates, inquit, vestras prohibuerunt bonum à vobis.

*Christus
quo modo
à nobis ad
conuiuium
inuitatus.*

Sic & nos ergo B. Marthæi exemplo studeamus inuitare ad conuiuium Christum dominum: quod fit, quoties cum diligentia Euangelij conciones audimus, sacramentum corporis & sanguinis Christi sumimus, carnem propriam mortificamus, ac soli Christo adhæremus, & quoties etiam aliquid beneficij egenis & pauperibus exhibemus. Sed hæc verè & rectè fieri non possunt, nisi prius omnia nostra relinquamus, id est, nisi agnoscamus & confiteamur, omne quod sumus & habemus, mera & gratuita esse dona Dei.

*Conuiuia
nec reijciē
da aut dā-
nanda.*

Christus autem suam præsentiam hic exhibens, ostendit sibi peccatorem fide per charitatem operante reconciliatū. Ostendit quoque se non reijcere aut dānare honesta conuiuia, modo Dei & pauperum non obliuiscamur. Deliciæ eius sunt, esse cum filiis hominum, Prouerb 8. Et est hæc historia quasi imago quæ ostendit quinam Christo in suo regno sint proximi: nempe miseri peccatores. Nā & Petrus & Paulus etiā se aliquando lapsos cōfitentur. Ingēs hæc nobis omnibus cōsolatio esse debet, ne desperem⁹ in peccatis: sed cōfidamus per Dei misericordiā nos heredes æterni regni Christi omnino futuros.

*Fructus &
opera incre-
dulitatis
Phariseo-
rum obser-
uanda.*

Deinde hic sunt fructus & opera obseruanda incredulitatis in Phariseis. Nam hi offenduntur, quod Christus cum peccatoribus conuiuetur, & propterea eum quoque peccatorem & hominem flagitia amantem iudicant. q. d. Quamobrem magister vester, quem vos deserto Iohanne vt sanctiorē sequimini, cū peccatoribus edit & bibit, cū mensæ communio summū sit familiaritatis indicium? An non legit: Cum sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris? An non cogitat quod hac cōsuetudine animos addit peccatoribus, qui vitati fortè propter erubescentiā resipiscerent? Nihil aliud hic molitur, quam discipulos adhuc rudes hoc venenato susurrio à Christo diuellere. Doctrinā quidem Christi in se calumniari non poterāt ob id alias occasiones quærunt, quo plures à doctrina Christi separent. Et hæc est consuetudo & natura mundi, vt omnia Dei opera calūnietur. Habet enim Euangelium in hoc orbe duplices infensissimos hostes: primi illud externa tyrannide persequuntur, secundi illud deridēt, contēnunt, & calumniantur.

*Mundi con-
suetudo &
natura.*

*Euang. liij
hostes in-
fensissimi,
duplices.*

Ante omnia ergo id agunt, vt discipulis Christū odiosum faciant. Facile enim displicent verba illius, cuius persona non placet. Ob eandem causam dicebant cæco: Non est hic homo à Deo, qui sabbatū non custodit. Itē: Nos scimus quod hic homo peccator est. Item ad turbas dicebant de Iesu, Vorax est, & potator vini, &c. E quibus videre est, quanta versutia diabolus

verbum

verbum Dei nobis eripere conetur. Sicut enim in veteri testamento, itēque in exordio ecclesiæ, verbū Dei primo vi, deinde frandibus pseudoprophetarum eripere conatus est, sic & nunc videns fideles Christo adhærerere, cū aliud non potest, saltem Phariseos ministros suos instigat, vt dicant, Quare cum publicanis & peccatoribus māducat magister vester? Tali modo suggillat vitam prædicatorum & pastorum, vt vel sic à doctrina retrahat. Verum est enim illud Gregorianum dictum: Cuius vita despicitur, restat vt & prædicatio contemnatur. Cū autem verbum Dei nobis præripuerit, tunc ad varios errores inducit. Nemo igitur venenata talium susurria audiat, quia nemini obesse potest vita mala pastoris, si doctrina fuerit sana. Hinc Christus ait: Super cathedram Moysi sederunt, &c. Quæcunque dixerint, facite, &c.

3 Terrio hic obseruanda est concio Christi, quæ tres continet doctrinas: Prima cum dicit, Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Vbi ostendit, quis sit verus medicus, nēpe Christus. Psalm. 106. Misit verbum suum & sanauit eos. Qui sint ægroti, nempe, omnes peccatores agnoscentes suam imbecillitatem. Qui sint validi, nempe superbi. Et quis morbus, nempe peccatum, & æterna damnatio. Cū igitur videamus in morbis corporis homines non esse negligentes, sed quærere remedia & auxilia: quanto diligētiores nos esse decet in morbis spiritualibus? Vocat autem Christus Phariseos validos, non quod validi sint, sed quod per propriam iustitiam cælum ascendere conantur.

His præmissis verbis tacitè obstinatam Phariseorum malitiam taxat, ostendēs nedū scriptura, sed & exemplo externo, ac sensu communi, non se reprehensione dignū, quod peccatores receperit, sed magis ipsos Phariseos reprehensione dignos, vt qui nec ipsi medicum quærerent, quum maximè ægroti essent, nec alios quærere paterentur, iuxta illud Luc. 11. Tulistis clauem scientiæ: vos ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Hoc igitur sibi vult Christus: Nemo sanæ mentis reprehensibilem iudicat medicum ob id quod ægrotos inuisit, imo summè laudatur in medico, si id faciat quod ars proficitur. Cur igitur mihi in vitium vertitur, quod in alijs laudatur? Eadem ratione nemo succenset ægrotis, si medicū quærant & consulant: cur igitur hos peccatores iudicaris, ob id quod me audiūt & quærūt, quos adiuuissè oportuit? imo si veritas in vobis iustitia esset, non inuidendum eis erat, sed cōgaudendum. Iam enim qui perierant, inuenti sunt: qui mortui erant, reuiuiscere cœperunt. Non igitur ego qui peccatores suscipio, nec illi qui medicum requirūt & amplectūtur, reprehensione digni sunt, sed vos, cū sitis omnium pessimi, iusti tamē

I s

vobis

*Diaboli
versutia.*

*Pastoris
mala vita
non obest. s̄
doctrina
sana sit.*

*Medicus,
morbi, æ-
groti, et va-
lidi qui
sint ostendi-
tur.*

*Phariseo-
rum obsti-
nata mali-
tia.*

*Christus tā-
quam me-
dicus cum
peccatori-
bus versa-
tus.*

Luc. 15.

vobis videmini, nec medicum requirentes ipsi, nec alios quærere sinentes.

*Impij non
semper vi-
sandi.*

Cæterum obseruandum ex hac prima doctrina concionis Christi, quatenus cum peccatoribus cõuersari possimus. Christus siquidem non aliter cum peccatoribus conuersatus fuit, quàm vt medicus: quo nimirum docemur, impiorum consortium non esse vitandum, si spes sit illos nostra consuetudine fieri castigatioris: Neque statim reijciendi sunt qui peccant, sed prius omnia tentanda, quemadmodum Christus docuit Mathæi 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inerte & ipsum solum, &c. Item Paulus Galat. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite eum, &c. Vbi autem nulla spes est emendationis & nostra cõuersatio contumaces eos efficit, in hoc casu agendum secundum dictum Pauli, Si quis est inter vos fornicator, aut auarus &c. cum illo nec cibum sume. Quod obseruandum est, si nulla ratione emendari possit: prius autem omnia tentanda. Cibum siquidem sumere cum peccatoribus malum non est per se: fit autem malum, si approbari à te illi sua peccata putent, aut cõniungere te videant, aut denique contagio suo te vel alios inficiant.

*1. Corint. 5
Cum pecca-
toribus
quomodo
conuersan-
dam.*

*Osea 6.
Matth. 12.*

Secunda doctrina est, cum dicit, *Euntes discite quid est: misericordiam volo, & non sacrificium.* Vbi obseruandæ dictiones. Ego, volo, misericordiam. Et sciendum, quòd Deus ipse omnipotens hoc dicat, quòd voluntas Dei sit seruanda, & hæc virtus requirat omnia erga proximum beneficia. Loquitur autem hic Christus de sacrificijs veteris legis, quibus præualet misericordia semper efficax, cum illa non semper valeant, & nunc finem suum habeant, Isa. 1. Psal. 46. Vide Hieronymum, Chrysostomum, Theophylactum in hunc locum.

*Misericor-
dia spiri-
tualis et
corporalis.
Sacrificiũ.*

*Misericor-
diam vult
deus.*

Ex vi enim terminorum, misericordia dicitur reuelatio misericordie alterius: sacrificium autem illud dicitur quod Deo fit & datur. Per misericordiã igitur hic intellige quicquid proximo impenditur, quo proximus adiuuatur, siue corporaliter, siue spiritualiter, qualia sunt cibare, potare, consolari, docere, corripere, compati, orare, &c. De omnibus his intellige quod dictum est, *Misericordiam volo.* Sacrificium autem includit omnia illa quæ externè Deo facimus. qualia sunt certas preces persolvere, ieiunare, peregrinari, cultui diuino externo insistere, religionẽ intrare, Ecclesias construere, donaria in corbonã mittere, &c. Habes differentiã operum, nunc audi sententiam Christi de vtrifq;. Misericordiam, inquit, volo, nõ sacrificium. Quod non sic intelligas, quasi ea quæ per sacrificium intelligi diximus, Deus fieri omnino non velit, sed quod misericordiã magis velit, ac eam propter sacrificium quodcũque inter-

intermitti nolit, quemadmodum & Sapiens ait: *Facere misericordiam magis placet Deo, quàm victimæ.* Nec mirum. Quomodo enim placere poterit id quod tua sponte agis, si id omittas, quod Deus tantoperè exigit ac præcipit, nempe misericordiam, cum ipse dicat 1. Regum 15. Obedientiam vult Deus, non victimam, &c. Quomodo placere Deo poterit victima tua, si eũ negligas, pro quo Christus mortuus est? Non igitur sacrificium reijcit, sed misericordiam illi longè præfert. Hæc enim, misericordiam scilicet, oportuit facere, & illa (externa) non omittere. Hinc est quod toties scriptura Iudeos reprehendit, qui tantum è sacrificijs pollicebantur sanctimoniam, neglecta interim misericordia erga fratres. Vnde & per Isaiam 1. cap. contra eos dicitur: *Quo mihi multitudinem victimarum? &c. Sequitur: Quærite iudicium, subuenite oppresso, &c. Item apud eundem, cum sibi placerent de ieiunio: Ieiunauimus, inquit, & non aspexisti, &c. Respondet Deus, Hoc est ieiunium quod præcipi vobis: Frange esuriẽti panem tuum, &c. Isa. 58. Sic & cum in Michæa cap. 6. dicerent: Quid dignum offeram Domino? Nunquid victimas? Respondet Propheta, Ostendam tibi, homo, quid acceptum sit coram Deo: facere misericordiam, &c. & ambulare sollicitum coram Deo. Sic & Christus Pharisæis objicit, *Væ, inquit, vobis, qui decimatis anetum, &c. maiora autem reliquistis, misericordiam, iustitiam & veritatem.* An non hæc etiam in plerisque nostrum dici possent? Imo & nimirum quàm verissimè. Nihil enim minus curamus quàm misericordiam. videmus torregenos, &c. errantes, &c. nec tamen est qui misereatur. cadit iumentum, & non est qui subleuet: perit iustus, & non est qui recogitet, & interim tamen nobis videmur verè Christiani & religiosi.*

Prover. 11

*Misericor-
dia victi-
mæ longè
præfertur.
Matth. 23*

*Panẽ esu-
riẽti fran-
gere, ieiu-
nium est.*

Matth. 23.

Tertia doctrina est cum dicit, *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam,* Luc. 5. Quod non sit intelligendum, quasi Christus aliquos inuenerit iustos. Vera enim est sententia Pauli Rom. 3. Omnes peccauerunt, &c. Sed sic est intelligendum, Non veni vocare iustos, id est, suæ confidentes iustitiæ, quales illi fuerunt, de quibus Paulus Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam, suam voluerunt constituere, &c. sed peccatores, hoc est, desperantes de omnibus viribus et conatibus suis, totoque desiderio aspirantes ad gratiam. His enim Christus medicus aduenit non qualiscunq;, sed animarum. id quod ipse testatur Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c. Ioannis septimo: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Ad idem facit illud Apoc. 21. Ego dabo non cuiuis, sed sitienti de fonte aquæ viuæ. Vocat ergo iustos, qui sibiipsis iusti videntur, cum tamen sint omnium sæpe iniustissimi. Peccatores vocat, qui suam agno-

1. Tim. 1.

*Iusti mudi
huius.*

*Christus
vocat pec-
catores.*

Peccatores quos vocet Christus. agnoscunt imbecillitatem. Sumus enim omnes peccatores. Psal. 13. Omnes declinauerunt, &c. non est qui faciat bonum, nec vnus quidem Salomon, Non est homo iustus in terra, &c. Ecclesiastes 7. Propter peccatores igitur venit, quēadmodum dicit Ezech. 33. Viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.

EPILOGVS.

Iustificatio 1. Ostenditur hit iustificatio peccatoris vnde sit, & quo ordine peragatur, quemadmodū & in his Pauli verbis Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, iustificauit, magnificauit. Vtrinq; enim habes aperte, quod à Deo nullis nostris meritis præcedentibus vocamur & saluamur: ideo iustificatio peccatoris à solo Deo est. Hinc Psal. 113. Non nobis Domine non nobis, sed nemini tuo da gloriā, super misericordia, &c. Eam ob causam Paulus ait, ipse prædestinauit, ipse vocat, ipse iustificat, etc. Et Matthæus ait Christus vidit, Christus vocauit. In ordine autē iustificationis primum est prædestinatio, quæ est æternum Dei consiliū & decretum: vel electio, qua aliquos ab æterno elegit, in quibus ostenderet misericordiam & bonitatem suam: quemadmodū per prophetam Malachiam 1. cap dicit, Iacob dilexi, Esau autē odio habui, etiā antequam nati essent, cum neq; boni aut mali quicquam fecissent. Post prædestinationē inchoatur iustificatio interne per fidem, sed externe se ostendit per opera. Sic contigit in Matthæo. 2. Ex Osæ sententia probat Seruator sanitatem non in externis sitam, sed in fide per dilectionem effici. Non igitur tibi de externis placeas, si charitatem negligas. Deinde nihil Deo gratum esse citra charitatē, quemadmodum & Christus docet Matth. 5. Si, inquit, offers munus tuum, &c. Ob id monet Apostolus Hebr. 13. Beneficentiæ nolite obliuisci. talibus enim hostijs promeretur Deus.

Sanctitas 3. Maximam spem & consolationem hæc historia confert peccatoribus, & veri Euangelij officium præstat. Summè enim nos consolatur: id quod Euangelij officium est, consolari scilicet delectos. Consolatur autem nos hæc historia, primò ex eo quod publicanum vocauit, nec tantūm vocauit, sed & apostolum fecit & Euangelistam: quo nimirum docemur, nullum hominum genus à Deo reijci, modò se conuertat ad meliora, Ezech. 18. 1. Timoth. 1. Deinde cōsolatur & illud quod se medicum nominat. Quid enim magis necessarium egrotis, quales omnes sumus, quàm medicus? Denum omnium maximè consolatur nos quod in fine subdit, Non veni vocare iustos, sed peccatores.

IN FERIS S. MICHAELIS ARCHANGELI, EPISTOLA.

Apoc. 1. IN diebus illis, Significauit Deus quæ oportet fieri cito, loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei et reuerentiam Iesu Christi quæcunque vidit. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope

prope est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia, gratia vobis & pax in eo qui est, qui erat, & qui venturus est: & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Hæc lectio mentionem facit de sermone Dei, & testimonio Iesu Christi, hoc est, de Euangelio. Est enim euangelium verè Dei sermo, & Iesu Christi testimonium, quum verum ac diuinum sit nuntium, deq; salute per Iesum Christum parata testificetur.

Et tria præsertim nobis proponit. Principio quidem quid sit Euangelium. Quod verò ad eius definitionem attinet: vocatur illud hinc sermo Dei, & testimonium Iesu Christi. Nam aliud nihil testificatus est Ioannes, neque aliud mandatum à Deo per angelum accepit. Est igitur euangelium huiusmodi doctrina, quæ ab ipso Deo prodiit: & Dei verbum est, in qua testimonium fertur Iesu, quod is sit Christus filius Dei viuentis: quod & Petrus testatus est, Matth. 16.

Quibus verbis nobis subaperitur, Euangelicam doctrinam non esse humanum commērum, sed doctrinā diuinam, ab ipso Deo progressam: huiusmodi, inquam, doctrinam, in qua nihil sit nisi merus sermo Dei & veritas, in qua testimonium feratur Iesu Christo. Sic verò & Paulus in Galatis euangelij auctoritatē veritatēq; probat, dum sic inquit: Notū facio vobis fratres euangelium quod prædicatum est à me, non esse secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationē Iesu Christi, Galat. 1. Docemur igitur hic, summè esse auctoritatis doctrinam euangelicam, ideoq; summo à nobis loco habendam, vt verè dicere possimus cum Psalmita: Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.

2. Secundo proponit nobis fructum vtilitatēq; euangelij, & ad quid ipsum conducat, cum dicit: Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Per quæ audimus, lectionem, auditionem & obseruationem euangelij adferre beatitudinem, hoc est, salutem & vitam æternam. Hinc Ioannes beatum illum pronuntiat, qui legit & audit illud, arque scripta in eo seruat: hoc est, credit doctrinæ euangelicæ, & iuxta hanc sedulo componit vitam. Vocatur autem prophetia euangelium, quod illud sit declaratio & consummatio omnium prophetiarum, dum præsens exhibet, quicquid omnes prophetiæ futurum prædixerūt. Non solum itaque auctoritas, sed & excellentissima vtilitas nobis doctrinam euangelicam commendat. De hac vtilitate, si nolumus credere vni testi, Ioanni nempe, audiamus testem alterum, nimirum Paulum, vt in ore duorum aut trium testium consistat omne

Euangelij doctrina quæ ab ipso Christo

prodiit. Doctrina Euangelica Dei prophetis.

Vtilitas et fructus Euangelij.

Prophetia Euangelij consummatio.

omne verbum. Is Rom. 1. sic inquit, Non pudet me Euangelij: est enim Dei potentia ad virtutem (salutem inquam) omni credenti. Et 1. Corint. 1. Sermo crucis ijs quidem qui pereunt, stultitia est: at nobis, qui salutem consequimur, potentia Dei est. Et 1. Cor. 15. Notum vobis facio fratres euangelium quod euangelizavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini. Quam igitur cordi nobis est salus & æterna vita, tam cōmendatum nobis habeamus euangelium, legamus, & audiamus sedulo illud: sed & idem observemus, hoc est, credamus illi ex animo, vitamque illo dignam agamus, idque non cras, non perendie, non ultra mensem aut annum: sed statim, cito, citra moram: nam tempus prope est, adest iam opportunitas: poenitentia sera erit, si differamus. Horratur vos ne in vacuum gratiã Dei recipiatis, &c. 2. Corinth. 6. Et Salomon Eccles. 9. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ioan. 9. Operamini dum dies est, &c.

3 Tertio proponit quid Euangelium complectatur contineatque, quod his verbis explicat Ioannes, dicens: *Gratia vobis & pax ab eo qui est & qui erat, et qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ, qui dilexit nos, et lavit nos à peccatis nostris per sanguinẽ ipsius, et fecit nos reges et sacerdotes Deo et patri suo. ipsi gloria et imperium in secula seculorum.*

Quibus verbis docemur Euangelium complecti lætium nuntium seu prædicationem gratiæ & pacis, quod Deus pater cooperante Spiritu sancto per Iesum Christum filium suum, nos damnatos peccatores & inimicos donauerit æterna & gratia & pace: cuius idcirco persona & conditio causaque & modus & fructus impetratæ gratiæ, ac pacis admodum disertè à Ioanne explicatur. Dicit igitur, Iesum esse testem fidelem primogenitum mortuorum, & principem regum terræ. quibus quidem verbis innuit esse illum & verum hominem, & verum Deum, verum Christum, & Dei viventis filium. Deinde dicit, dilexisse illum nos. quibus nempe verbis innuit, nõ nostra merita promeruisse impetratam illam gratiam & pacem, sed contigisse hanc nobis gratuito, ex mero Christi erga nos amore. Tertio dicit, lavasse illum nos sanguine suo à peccatis nostris: quibus nimirum verbis innuit, quod Christus morte sua salvaverit nos, ideoque impensissimè dilexerit. Quarto vero dicit, fecisse illum nos reges & sacerdotes Deo patri suo. quibus sanè verbis innuit, nos per Christum ad summum euectos esse honorem, esse & liberos, & sanctos, & dominos, & Deo similes factos: innuit quoque simul, decere nos, vt dominemur pravis nostris affecti-

Tituli insignes salvatoris Iesu.

Ineffabilis Christi charitas.

1. Cor. 15.
Coloss. 1.

affectibus, vtrique corpora nostra offeramus Deo hostiam viventem, Rom. 12. Ecquid homini captivo, & mortem meritò lætius obtingere potest, quàm audire, se & captivitate, & morte commerita iri liberatũ, idque gratuito, ex mera magistratus liberalitate? At quantò lætius est audire insuper se sic per filium principis reconciliatum esse, vt iã in filium sit adoptatus principis, imò factus rex & summus sacerdos? Sed millies lætius nuntium est, audire se à captivitate diaboli, & morte æterna esse liberatum, factumque filium Dei, sempiternum regem & sacerdotem.

Cum itaque ex Euangelio nobis constet, ad quantã euecti sumus felicitatem, cumque illud æternam beatitudinem certo adferat, admonemur hinc, vt patrem Deum tam nostri amantem sedulo redamemus, ac veneremur. Spiritui sancto nostræ salutis & cooperatori & ob signaculo, corpus & animam templum viuum præbeamus: Iesu Christo filio Dei, nostro iustificatori constanter & fidamus & adhæreamus. Loti, inquam, à peccatis, puritati & innocentie vitæ studeamus: facti reges, rectè nosmetipsos ad Dei voluntatẽ gubernemus: facti sacerdotes, carnem nostram & concupiscentias occidamus, nosque Deo offeramus viuentes hostias, Rom. 12.

Causa cur lectio hæc Apocalypseos ad hodiernam sanctorum angelorum festiuitatem accommodata sit, inde est, quod angeli in ea fiat mentio. Habet enim, Deum misisse mandatum per angelũ suum seruo suo Iohanni. vnde nos facile colligere possumus, quodnam sit angelorum officium, ad quid etiam profint, nimirũ quod sint (teste Paulo) administratorij spiritus, in salutem saluandorum missi. Num vero is angelus fuerit D. Michael, an alius quispiam ex angelorum sodalicio, non certo constat, sed nec scire magnopere nostra refert. Satis nobis sit (vt dictum est) quod angeli sint administratorij spiritus, nostræque salutis gratia à Deo emittantur, ideoque gratias Deo agamus, quod tantæ omnino ipsi sumus curæ, vt per tam excellentes spiritus & corpora nostra custodiat, & animam cõseruet, perficiatque, Hebr. 1. Psal. 33. & 90.

Angelorum officium.

EPILOGVS.

1 *Quomodo Ecclesia Apostolorum prædicatione fundata, latius propaganda fuit, vt prædicatores veritatis huius cognitionis fiducia freti, indubitante functionem suam aggredierentur. pauci multos, inermes armatos, humiles superbos, infirmi nobiles. viui spiritualiter mortuos.*

2 *Tituli insignes salvatoris Iesu, qui est, qui erat, qui venturus est, testis fidelis, primogenitus & princeps regum terræ. Hinc fiducia augetur in cordibus credentium*

3 *Ineffabilis Christi charitas, qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris*

nostris in sanguine suo fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. Hunc sic amantem redamemus. 1. Iohan. 4.

IN FERIIS IISDEM ARCHANGELI
MICHAELIS, EVANGELIUM.

Matth. 18. **I**n illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas, maior est in regno caelorum? Et advocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum: Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Vt nūc scādalis. Necessē est enim vt veniant scandala: veruntamen vā homini illi per quem scandalum venit si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te abscinde eum, & proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatīs vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in caelis semper vident faciē Patris mei, qui in caelis est.

Comitē ha-
bet inuidiā
ambitionis
vitium.

Apostolorū
inuidia.

Hoc Euangelio Christus facit quatuor. Primo impugnat in eo ambitionis vitium, quod fermē semper comitē habet inuidiam. Hoc vitium mirum in modum titillarat animos Apostolorum: vnde Lucas ait, quod cogitatio intrauerit inter eos quis eorum esset maior: quæ cogitatio, teste, Marco, erupit in verba, nam in via inter se disputauerant de primatu: videntesque cum suas cogitationes, tum quæstiones Dominum non laedere, accedunt ipsum, & dicunt, Quis maximus est in regno caelorum? Quæstio hæc orta est, & dependet ex præcedentibus. Dixerat Dominus ad Petrum, Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Subdlexerat quoque illum se cum in montē vnā cum duobus Zebedei filiis cum transfiguraretur, Matth. 17. Adhæc Paulo etiā ante censum non pro se tantum, sed & pro Petro soluerat, conspiciebant quoque illum audacius familiariusque colloqui cum Domino. Et super hæc audierant eum sæpius de regno caelorum differentem, ac promittentem omnibus illud ex æquo, Matth. 19. Suspiciati igitur sunt ex his coniecturis discipuli Petrum fortassis omnibus aliis fore præferendum in regno Christi. Atqui hoc ipsum iniquis ferebant animis. idcirco nimirum rogarunt Dominum, æquis maximus futurus esset in regno ipsius, hoc est, quis ex Apostolorum numero primatum gesturus esset. Petro igitur subinuidebant, cui videbatur principatus regni caelorum destina-

destinatus, indignumque iudicabant illum alijs præferri, qui æquē omnia reliquissent pro Christo, æquē ad Apostolorum vocati, æquē denique miracula edendi potestatem acceperant vt ille. En hoc erat quod Apostoli animo voluebant, hoc inter se disputabant, propter hoc & Christum interrogare ausi sunt, quia somniabāt tales in regno Christi dignitates futuras, quales in regum & principum aulis videmus.

Hic igitur videmus quā insolens pestis sit ambitio, quæ etiam sanctos nonnunquam inuadit: & quo quis melioris est spei, eo plus afficitur, imò vltimum est vitium cum quo congregari nos oportet, omnibusque alijs superatis vitijs, tunc primum & maximē irreperit ambitio, & appetentia laudis, arrogantia, superbia spiritualis, & complacentia sui ipsius, quæ eò deducit hominem, vt sui ipsi persuadeat probè se omnia perpetrasse, iamque nihil aliud quā de solo præmio cogitet, dicatque cum Pharisæo: Gratias tibi ago Deus, quod non sum sicut cæteri homines, &c. O verè periculosa tentatio, quæ neminem non inuadit, subtiliter irreperit, difficulter vincitur, imò vix sentitur. Contra huiusmodi, Apo. 3. dicitur: Dicitis, diues sum, & nullius ego, cū sis pauper & miserabilis. Hinc David ille sanctus, cum petisset, Præterde misericordiam tuam sciencibus te, &c. statim subdit, Non veniat mihi pes superbiæ, quæ rursum in præcipitium ducat. Illi enim ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem.

Coniicimus verò ex quæstione hac, in sanctis siue fidelibus non tantum reliquias peccati, sed grandia etiam peccata remanere. Fideles enim & sancti erant Apostoli, attamen ambitiosi, & inuidia laborantes erant. Et sanè caro nostra corrupta pro ingenio suo nunquam non excellere cupit, alijsque hominibus præferri. Augustinus, Non ferè quisquam est qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Plus dicit Bernardus ad Eugenium, lib. 3. An non limina Apostolorum Petri & Pauli amplius ambitio, quā deuotio terit & sanctitas?

Nec hinc prætereundum quod tam diligenter propriam suam infirmitatem ob oculos nobis pingant Apostoli. Quid enim stultius, quā in paupertate constitutis, de primatu disputare? Quid magis ridiculum, quā pauper superbus? Et tamen etiam Apostoli vexantur hac amentia, eamque non erubescunt confiteri, non vt imitemur eandem, aut ex ea nostra vitia defendamus: (id quod plerique solent) sed vt discamus quā verè dixerit Apostolus Roman. 11. Deus conclusit omnia sub peccato, vt omnium miseretur. Sic enim Deus ineffabili consilio dispensat & temperat res humanas, vt nullum sit genus hominum non obnoxium peccato: non quod illi cuiquam

Ambitio
insolens pe-
stis subtili-
ter irre-
pens.

Apostoli nō
tantum re-
liquijs pec-
cati labo-
rarunt.

Infirmitas
Apostolorū
nobis pro-
ponitur.
Eccles. 25.
Ad quid
omnia De-
concluserit
sub pecca-
to.

fit auctor peccandi, sed quòd ad tempus sinat homines suo vitio prolabi, vt agnito errore, sentiant se non suo merito, sed gratuita misericordia seruatos esse, ne possint insolescere: cognoscamusque, quod vbi abundauit peccatum, superabundet & gratia, Rom. 5.

*Humilitas
candor &
innocentia
commen-
dantur.*

2. Secundo mixta *Χρησται* vtitur Dominus, tam actione nimirum, quàm oratione constante, vt sic altius infingeret quod docere voluit. Commendat autem humilitatem, candorem, ac simplicitatem seu innocentiam: exemploq; puelli ad hæc suos inducit. Audiamus igitur quid Christus responderit. Primò, vt Marcus ait, confedit, veluti rem seriam cum auctoritate traditurus. Leue quidem videbatur, quòd Apostoli inter sese disputabant. Christus autem sciebat, quid non mali ex ambitione nasceretur, si non illico & radicitus euelleretur: vnde & sæpius quasi data opera occasionem videtur captare in hoc vitium inuehendi. Iam enim præuidebat quam perniciosam allatura esset Ecclesiæ suæ ambitio & auaritia. Hæc enim duo quò magis in Ecclesiâ creuerint, eò longius à pura illa innocentia discessam est, donec eò peruentum est, vt hi potissimum Ecclesiæ nomine se venditent, qui omnium maximè pro temporalibus tumultuantur. Neque aliud quicquam obitat quò minus Ecclesiâ in pristinum statum redigatur, quàm ambitio & auaritia quorundam.

Vt igitur affectum hunc pestilētissimum penitus ex animis Apostolorum euelleret Christus, primo confedit: deinde accersitum ad se paruulum statuit in medio illorum, ac coram omnibus eum complectitur (vt Marcus ait) significans quàm auersarierur superbos, quamque diligeret humiles spiritu & modestos. Denique & verbis exprimit quid hoc facto sibi velit, dicens, *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cælorum.* Est autem is verborum sensus, Contenditis de primatu & prælatura Ecclesiastica, quis primas Ecclesiæ futurus sit. At ego vobis pro certo dico, nisi ab huiusmodi ambiciosi affectibus mentes vestras auerteritis, & religiosè fueritis conuersi, adeò non efficiemini in regno meo maximi & illustres, vt nec pro discipulis meis vos sim agnitus. Duo quidem hæc Christus à discipulis exigit. Primum, vt conuertantur, dicens, *Nisi conuersi fueritis.* Quibus verbis clarissimè innuit, eos qui nihil aliud student, quàm vt magni sint coram mundo, aliosque aut potentia aut diuitijs præcellant, iam à via salutis declinasse, à Deo auersos esse, nihilque eis expectandum, quàm perditionem, nisi maturè resipiscant. 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli, &c. Huc spectat etiam quod in Luca dixit: *Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Et Psal. 7.

Nisi

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, &c.

Deinde addit: *Et nisi efficiamini sicut paruuli.* Quid hoc aliud est, quàm si diceret, Qui vult ascendere, descendat: qui præesse, ministret: qui vult in Christo adulescere, puer fiat, Hoc modo Paulus loquitur, 1. Corinth. 3. Qui vult sapiens esse, stultus fiat, vt sit sapiens. In his enim quæ salutis sunt, omnino diuersa via incedendum. Augustinus de verbis Domini, sic ait, Omnes delectat celsitudo: sed humilitas gradus est: excelsa est patria: humilitas est via. Ergo qui querit patriam, quid recusat viam? Qui viuere vult, moriatur: qui ascendere ad cælum, in infernum prius descendat. Vides quàm verè dictum sit, Non sunt cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ, nec viæ meæ sicut viæ vestræ, Isaia 55.

*In his quæ
salutis
sunt, diuer-
sa via in-
cedendum.*

Neque carnaliter hæc verba intelligenda sunt, vt cum Nicodemus dicas: Quomodo potest homo repuerascere cum sit senex? Non enim iubet Christus vt ætatem habeas paruulorum, sed innocentiam: vt quod hi per annos possident, tu per industriam possideas. Obserua autem quòd non dicit Christus, nisi loquamini sicut paruuli. Non enim in omnibus vult nos esse pueris similes. Nam Salomon huiusmodi reprehendit Prouerb. 1. Quousque, inquit, paruuli diligitis infantiam? Et Paulus Heb. 5. Cum deberetis esse magistri secundum tempus, facti estis, quibus lacte opus sit. Sed in quibus nos velit esse similes paruulis, subdit, *Quisquis demiserit semetipsum sicut est puer iste, hic est maximus in regno cælorum.* Et Paulus 1. Cor. 14. Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti. Duo in pueris imitanda proponuntur, simplicitas scilicet, & innocentia, veraque innocentia. Paruuli seu pueri non inuidere, nec inanem expectare gloriam, nec primatus desiderare dignitatem nouerunt: nec laceffiri aut verberari odio afficiuntur, nec laudari honoratue vlla commouentur arrogantia, sed sunt candidi, humiles, & simplices. Sic ergo & nos ab omni inuidia, gloria inani, arrogantia, odio & ambitione immunes esse oportet, si & in regnum cælorum ingredi, & in eo magni esse velimus, 1. Perr. 2. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam suavis est Dominus.

Cæterum ne quis puelli contemneret exemplum, commendat porro egregiè pueros Dominus, dicens: *Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me recipit.* Vnicus puerorum amator est Dominus: vnde & apud Marcum legimus, quod puellum in vinas acceperit. Quicumque ergo receperit puerum talem, magnificerit, benefecerit, erudierit, fouerit, idque in

Ioan. 13.

*Innocentia
paruulorū,
non vita
regnum cæ-
lorum ac-
quiritur.*

*Simplici-
tas & in-
nocentia
puerorum
imitanda.*

*Puerorum
amator Do-
minus.
Christum
recipit, qui
pueros.*

K 2

nomi-

*Christus
querit à
discipulis:
primum vt
conuertan-
tur: deinde
vt sicut
paruuli.*

Christum recipit qui pueros fouerit, & in timore Christi educauerit.

nomine Christi, qui inquam, in timore Dei educauerit, informauerit vitam, imitationem Christi docuerit, ac cum e terrenis ac carnali caeleste fecerit & spiritualem, quia nimirum pueros nobis commendauerit, inq; his uiuat & operetur, is ipsum Christum recipiet. Sunt etiam multi pauperum & inopum pueri: sunt & inuenticij. hos si susceperis, Christum suscipis. Quid enim Christo gratius facere potes, quam eos fouere, pro quibus mortuus est?

Præterea quicquid hinc de puellis dicitur, id & de iis intelligendum est qui puerorum sunt similes, id est, humilibus, innocentibus, sanctis, & simplicibus hominibus, propter Christum sic effectis, quos iisdem verbis consolatur. Communis enim omnium querela est. Si sic uiuendum est ut præmissum est, quis nos seruabit? quis pascet? quis tuebitur? Ob id Christus promissionem addit dulcissimam: Quicumque vos recipiunt, non minus recipient Christum, quam qui recipiunt pueros. Idem dicit Matt. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. q. d. Noli curare quis te recipiat aut foueat: ego sum qui iubeo, ego & qui retribuere possum his qui te suscipiunt, Nunquam adeo refrigescet charitas, quin semper inueniatur, qui ueris Christi sectatoribus uiam mandatorum eius ambulare cupientibus bene faciant. Non enim propter vos, sed propter me ipsum vos recipient, ac in uobis me ipsum.

Ad mutuam charitatem unusquisque hortatur.

Deinde his uerbis omnes nos ad mutuam charitatem hortatur. Quid enim aliud nos à beneficentia retrahit adeo, quam quod non uidemus aut speramus aliquam retributionem? Quod ut excludat Christus, seipsum debitorem spondet, ut uel sic ad misericordiam inuiter. Quid enim magis nos ad miserandum pauperibus accendere possit, quam quod Christus hic ait, se in pauperibus suscipi ac honorari? Quam autem maiorem retributionem quaeris, quam si Christum suscipias? Quid enim boni non habet Christus? Sic Genes. 18. Abraham angelos suscipiens, benedictionem consecutus est. Et ibidem 19. Loth liberationem à Sodomis, Raguel liberationem filiae à dæmonio, Tob. 7. Vide item Hebr. 13. & Prouerb. 19.

Cominatur Christus eis qui pusillis istis offendiculum ponunt.

Tertio vehementer urget, impugnat & damnat pusillorum offendiculum, cum dicit: *Qui autem offenderit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris.* Secundum uerborum consequentiam, dici conueniebat, *Qui non suscipit paruulos, me non suscipit: quæ res omne punitionis genus excedit.* tamen quia rudes & insensati homines magis mouentur poenis externis, molam potius & submersionem posuit. Neque dixit molam collo eius suspensum iri, sed expedit, inquit, huiusmodi si hoc pareretur: ut ostendat grauius

ius quoddam & acerbius malum hunc manere.

Sicut igitur superiori sententia omnes nos ad beneficentiam excitare uoluit, sic hac sententia omnes nos terrere uoluit, ne ostendamus simplices. Deus enim est qui retribuere uult quicquid in suos beneficij contuleris. Deus item est qui vindicare uult eorum offensam. Hinc ad Abraham dictum est, Genes. 12. Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Sic per Moysen dicit Exod. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læsetitis eos, clamabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum. Idem dicit Deuter. 15. & 24. Sic & per Psalm. dicit: Nolite tangere Christos meos, &c. & præmisit: Corripuit pro eis reges. Sæpe enim etiam regna perdidit Deus propter unum hominem læsum iniuste. Sic Aegyptum puniuit propter Saram uxorem Abraham, Genes. 12. Sic & regem Abimelech, propter eandem causam, Genes. 20. Sic propter Dinam uiolatam omnes Sichimitæ perierunt, Genes. 34. Sic propter uxorem Leuitæ ludibrio expositam tota ferè tribus Benjamin periit, Iudic. 20. Sic propter Prophetas iniuste occisos, Ierusalem deuastatur, Matt. 22. Item Iudæis Christus comminatus est: Veniet, inquit, super vos omnis sanguis iustus, id est, uitio sanguinis, Matt. 23. Hæc scripturæ exempla attendat hi, qui leue peccatum iudicant pauperes opprimere. nihilominus enim sanguinem Dominus Iesus pro redimendis illis quamlibet contempnis, quam pro summis monarchis effudit: cumque uenietur ad tribunal Christi, cui breui sistendi sunt omnes, quantumuis etiam potentes, non minus exactè rationem exiger iudex ille seuerus pro pauperibus illis, quam pro Sarrapis & magnatibus. Itaque qui putant esse lenem iacturam cum expilant, affligunt, ciiciunt, exurunt, &c. humiles & tenues: Christum ipsum qui est sapientia Patris, stultitiæ condemnant, qui pro talibus seruandis pretiosum sanguinem effuderit. Summa: Nulla alia re magis lucrari potes, quàm bene faciendo uerè Christianis. Stat enim sententia Zacha. 2. Qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei. Itemque, *Qui scandalizauerit unum de pusillis his, &c.* Hoc est, Qui offenderit, contempserit, læserit, neglexerit uel pueros, is adeo peccabit in Christum, ut summo supplicio sit afficiendus. Hæc iam expendant uelim qui pueros corrumpunt institutione negligenti, dictis spurcis, carminibus obscenis, uita impura, & conuersatione contagiosa. Item hæc attendant qui spiritualiter offendunt simplices Christianos: hoc est, qui falsa doctrina uel peruersa uita alios à salute remouant, aut in exitium ducunt: contra quos specialiter Christus ex-

Exemplis cauetur ne simplices et iusti lædantur. Propter unum hominem iniuste læsum Deus multos perdidit.

Nulla alia re lucratur Christianis, quam uerè benefaciendo.

Conduplicatio vnius dictionis vehementia importat. Offendiculum quod duplici ratione patet esse graue peccatum.

Ezech. 3.

Paruulorum offensio, calamitatum nostrarum causa. Ecclesiasticus erdo notatur cu vulgo.

Matth. 13.

Rom. 9. Heresia non excusabuntur per quos ordo Ecclesie sicut inuertitur.

clamat, dicens: *Vae mundo a scandalis.*

Quia enim offendiculum mundus pro nullo peccato ducit, idcirco aliquanto grauius nunc Christus agit contra scandala, *Vae*, inquit, *mundo a scandalis*. Eandem dictionem, *vae*, conduplicat. Conduplicatio quippe vnius dictionis in sacris maximam significat vehementiam. Dum igitur Dominus bis *vae* minatur offendentibus, innuit maximu impendere illis supplicium. Quam graue autem peccatum sit offendiculum, ex his pater: Primo, quod Christus violentam mortem potius ferendam docet: Secundo, quod *vae*, idque bis exclamat: quod plerunque in scriptura certam damnationem innuit vel maledictionem. Tertio, quia scandalum charitatem oppugnat, quae summa est Christianismi. Quarto, quia perdit eum pro quo Christus mortuus est. Hinc Paulus 1. Corinth. 8. Sic enim peccantes, & infirmorum conscientias percutientes, in Christum peccatis. Itē Rom. 14. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Si apud Ezechielem sanguinem huius se requisiturum dicit de manu eius, cuius negligentia alius perit: quanto magis ab eo qui data opera aliu perdit? hinc falsus propheta in lege occidi iubebarur, Deuter. 13. Nec dubium quin offensio paruulorum non minima hodie sit calamitatum nostrarum maximarum causa. Bona pars eorum qui sanctissimi & reuerendissimi in orbe Christiano saluatur, avaritia, ambitione, fastu, & libidine (proch) toti mundo ponunt scandala. Plerique doctores, & sacrarum literarum interpretes, proferunt subinde noua dogmata, ne dicam haereses & scismata, quibus adeo offendunt simplices, vt qua ad caelos via pateat, non modo dubitent, sed nesciant plane. Vulgus vero spurciloquentia, corporis habitu pudendo, moribus impuris, vitaque prophana & scelesti, scatet scandalis, *Vae* ergo vobis, vt peccatis nostris, *vae* ingratitude & caecitati nostrae.

Subdit Christus: *Necesse est enim vt veniat scandala: veruntamen vae homini per quem offendiculum venit*. Quandoquidem Ecclesia credentium ad finem vsque mundi in hoc mundo peregrinatur, qui totus in maligno positus est, atque adeo tritico zizania permixta, fieri non potest, quia veniant offendicula ab impiis, qui semper ferē piis aduersantur. vnde nullo pacto haec verba Christi patrocinantur his qui scandala praebent, seseque excusare, ac vitia sua in Deum referre moluntur. Si, inquit, necesse est vt veniant scandala, quis resistet voluntati eius? Na protinus subdit, *Vae autem homini per quem*, &c. Simili locutionis modo Paulus vtitur 1. Cor. 11. Oportet, inquit, haereses esse, &c. Non tamen ob id excusantur, qui haereses, ac discordias seminant: vnde idem Paulus Gal. 5. Qui, inquit, conturbant vos, portabunt iudicium suum. Eodem modo & Christus loquitur

Luc.

Luc. 24. Oportebat Christum pati. Non tamen ob id excusatus fuit Iudas, quin ei diceret, *Vae homini per quem filius hominis traderetur*. Sic oportebat Iudaeos puniri propter peccata sua, non tamen ob id excusatus fuit rex Assyriorum, per quem puniti sunt. Vnde per Isaiam decimo capite eidem dicitur, *Vae Assur, virgae furoris mei, &c.* Sic & adhuc Christianos impii agentes puniri oportet, iuxta illud Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, non tamen ob id excusati sunt illi, quibus pro medijs vtitur Deus ad punitionem aliorum.

Deinde his quoque verbis Christus omnes pios excitat, vt vigilant, quandoquidem omnia scandalis plena sunt: imo ob id Deus scandala fieri permittit, vt eo vigilantiores nos reddat. Natura enim nostra nisi crebro exerceatur, in malū ruit: quod vel ex hoc apparet. Quū enim tot ac tantae nobis incubant tērationes, tamē dissoluti iacemus, non excitamur ad Dei auxilium quaerendū. Quid ergo de nobis sperandum esset, si magna in tranquillitate rerum viueremus: Sic & primus pater noster, quum breui tēpore in paradiso deliciarum vixerit, tamen eo dementiae peruenit, vt aequalitate Dei superauerit. Quid ille non fecisset, si longissimo tempore in illa tranquillitate fuisset? Scandala igitur etsi impios perdant, pios tamen excitant & acuunt, & perspicaciores faciunt, non solum eos qui sibi diligenter cauent, verum etiam eos qui fortē ceciderunt. Na posteaquam se inde eripuerint, cautiores redduntur. Quid igitur agendū ne scandala nocēat? Audiamus Christum.

4 Quatto consilium dat Christus contra offendicula, vt tandem a *vae* illo liberemur, quum dicit, *Quod si manus tua vel pes tuus obstaculo est tibi, abscinde eum, & projice abs te: bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mutilum potius, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus offendit te, erue eum, & projice abs te: bonū est tibi vt luscus intres in vitam potius quam vt duos oculos habens mittaris in gehennā ignis*. Nō praecipit hic externam resectionē membrorum corporis, sed resectionē affectuum, vt nimirum nullus affectus nobis sit tam charus & intimus, quin ei resistamus, ne committamus quo offendatur alij. Omnia etiam membra corporis redigenda sunt in seruitiū iustitiae. Denique etiam hoc vult, vt nihil tam vtile aut charum nobis sit, quod non abiciamus, si scandalo nobis sit. Apeius enim quo vix carere possumus, veluti manus est homini pater cui innitimur, pes est. vxor aut filij quos tenerē de amamus, oculus sunt. Quod igitur faceres in periculo corporis, hoc fac in periculo animae. Si res vrgeret, vt aut occidēdus es, aut man^u iactura seruāda vita: nō dubitares amputare manū, & vnius mēbri quamuis necessarij dispendio vitam redimere. Idem hic faciendū docet Christus. Bonum est, inquit, tibi

Matth. 25

Natura nostra in malum ruit nisi crebro exerceatur.

Scandala pios reddunt perspicaciores.

Resectio corporis non externa, sed internum dispendium vitae redimendum mēbri vnius abscisione.

Marc. 9.

Ecclesiasti
ca resectio.Angeli
puerorum
custodes.
Christia-
nus unde
estimatus

Zach. 2.

Ioan. 12.
Hominum
minister
Deus.

claudum intrare ad vitam, &c. Optabilius quidem est simul cum parentibus & amicis seruari: verum si id non licet, præstat te desertis amicis (qui non solum seruari nolunt, verum te conatur in exitum pertrahere) veluti mutilum ad vitam ingredi, quam vnâ cum amicis in gehēnam cōijci: vbi (vt Marcus ait) vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur.

Possunt autem hæc & de resectione Ecclesiastica intelligi commodè, vt scilicet turpiter agentes, aut peruersè docentes, abscindantur ab Ecclesia, quantumlibet alioqui excellentes & necessarii: quo intelligant omnes, grauitè peccasse illos, ideoque metuât. Sic Ambrosius anathematis gladio resecuit Theodosium imperatorem à communione fidelium.

Sequitur iam epilogus, *Videte, inquit Dominus, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod angeli eorum in celis semper vident faciem Patris mei, qui in celis est.* Hactenus commendauit pueros, quum propter ipsorum humilitatem & simplicitatem, tum quod ipsemet eos amet vnice. Hic vero commendat eosdem propterea quod angeli ipsorum custodes sint. Maxima dignitas & beatitudo angelorum est. Nam semper perfruntur iucunda familiarique Dei præsentia. Hos autem fecit ministros & custodes puerorum, & qui his sunt similes, humiles & simplices homines. Consequitur ergo pueros & simplices in maxima esse æstimatione coram Deo, vt quibus tã excellentes dederit custodes. Videre hic licet, vnde æstimandus sit Christianus, non à diuitijs, aut sapientia, alijsque externis, sed quod angelos custodes habet: quod etiam filius Dei propter eundem venerit: quod & Pater cælestis curam habet. Hæc inquam, sunt quæ in Christiano considerare debes. Hoc igitur vult Christus: Si tibi occurrerit Christianus qui auxilij tui indiget, noli attendere humilem ipsius speciem externam, sed attendas quæ modo dixi: & nisi saxo durior sis, ad misericordiã præstandam flecteris. Econtrà si ita vel vindictæ cupiditas incitat te vt proximo malum inferas, noli attendere illam humilem proximi conditionē, sed cogita diligenter, quis sit quē offendere paras, nepe cui angeli seruiūt, propter quē Christus venit (vt sequens textus testatur) quem Deus ipse curat: illudque propheticum menti imprime, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* & si aliquid in te est diuini timoris, abstinebis ab iniuria proximi.

Summa igitur huius textus est, fideles summo in pretio habendos, vt quibus nedum angeli, sed & Deus ipse ministret. Nec alia causa est quod Apostoli tanta promptitudine fidelium commoditatibus seruiērūt, ac pro eorum salute nihil nõ malorum sustinuerunt, quàm quod viderunt ipsos etiam angelos, imò & Christum ipsum fidelibus seruire.

Angeli

Angeli, inquit, eorum. Quibus verbis primo nihil aliud vult quam quod Paulus ait Heb. 1. Nonne omnes sunt administratores spiritus? &c. Et Dauid Psalm. 90. Angelis suis mandauit de te. Hoc Christus hic indicat quum dicit, Angeli eorum, id est, ad eorum seruitium deputati. Hic igitur diuinæ erga nos clementiæ magnitudinem considera. Confiteantur (ait Psalm. 160) Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Vigilat supernos indefessus ille singularis clementiæ oculus. Non dormitat neque dormit qui custodit Israel. Et nunc quidem per seipsum implet splendore animas nostras, nunc per angelos visitat, nunc per homines instruit ac consolatur: vnde merito dixerit Psal. *Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? &c.*

Psalm. 20

Psalm. 8.

EPILOGVS.

1. *Christus exemplo puelli (quæ ætas innocentia & simplicitate prædita est) veram animi modestiam & humilitatem (radicem Christianismi) docet, & affectum ambitionis detestatur.*

2. *Ne nobis aut alijs simas offendiculo propterantibus ad regnum cælorum, docet exemplo manus, pedis, & oculorum, affectus omnes amputandos, qui auocant à cura salutis æternæ, Colof. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam.*

3. *Pusillorum & abiectorum coram mundo, apud Deum tam iugis ratio est, vt & angeli eorum sint pedagogi & custodes, Psalm. 90.*

ALIVS SERMO DE ANGELIS.

DE angelis tria sunt nobis obseruanda. Primo quando & quomodo angeli sint creati, & deinde lapsi: Ex Moyse facile intelligitur eos creatos ante hominem. Sicut enim homo cõditus est post absolutã terram, sic angeli post absolutum cælum creati creduntur. Verum hominem ex limo terræ Deus fecit quantum ad carnem attinet, Genes. 1. Animam ex nihilo creauit. Angelos quoque ex nihilo condidit, eorumque maximam multitudinem: Daniel. 6. Millia millium ministrabãt ei: & decies centena millia assistebant ei. Matt. 26. An puras quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum, &c. Sunt autem Angeli, substantiæ spirituales, intelligentes, incorporeæ, & inuisibiles, & tamen interdum apparent in specie aliqua corporea sicut patuit in annunciatione dominica. Luc. 1. & in Christi natiuitate, Luc. 2. in resurrectione & ascensione eiusdẽ Matt. 28. Ioan. 20. Marc. 16. Act. 1. Intellectus acrimonia omnes homines longè antecellunt, & operatio eorum multo est quàm nostra expeditior & celerior.

Angeli post
cælum ab-
solutum
creati.Angeli sub-
stantiæ sunt
inuisibiles.

Quo ad lapsum obseruandum, non omnes angelos in cælo permansisse, sed ingentem ex illis numerum cecidisse de cælo.

K 5

Luc.

*Angelorum
lapsus cum
Ia.*

Luc. 10. Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. Causam lapsus Christus indicat Ioã. 6. Vos ex patre diabolo estis: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Augustinus quoque explicat lib. 11. de Genesi ad literam: Quemadmodum enim alij per incredulitatem, alij vero per malitiam, filium Dei, cuiusque legem & ecclesiam catholicam aspernantur, & ex beatitudine iuste in infernum ablegantur: sic per superbiam angeli, filio Dei contempto, celo sunt pulsi. Isaia. 14. Quomodo cecidisti lucifer: qui mane oriebaris? &c. Multos autem à veritate descivisse, satis apparet ex Christi verbis Matth. 12. ubi dicit, satanam proprium habere regnum.

*Officium
angelorum
quadruplex.*

2 Secundo observandum de angelorum officio, quod est quadruplex.

Primum officium est, laudare & glorificare Deum, & eius mandata exequi, teste Isa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, &c. Seraphim stabant, & clamabant, Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus exercituum.

*Pax in
terris ab
angelis con-
servatur.*

Secundum officium est conservare pacem in terris, tueri regna, singulos ab incurso dæmonum defendere, bona suggerere, atque à malis abstrahere, teste Iohanne Apocaly. duodecimo, Et factum est prælium magnum in celo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Videmus enim satanã omnibus locis excitare discordias, & inturbare pacem: quod etiam testatur Daniel capite 10. Princeps regni Persarum testuit mihi, viginti & vno diebus.

*Orant an-
geli pro ho-
minibus.*

Tertium officium est orare Deum, & pro hominibus intercedere, ut Deus velit suam clementiam ipsis exhibere, teste Zacharia cap. 1. Angelus Domini dixit, Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Ierusalem & urbem Iuda quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est? Sic & Christus gaudium futurum in celis affirmat super vno peccatore penitentiam agente, &c. Lucæ. 15. Hæc tria officia angeli summa diligentia expedierunt nato Christo, ubi canunt, primo, Gloria in excelsis Deo, Lucæ 2. deinde, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

*Angeli con-
tra insidi-
as hostium
ministri de-
fensores.*

Quartum officium angelorum est, defendere nos contra insidias hostium, qui sunt diabolus, mundus & caro. Ab his oriuntur persecutiones, tumultus, bella, falsæ doctrine, peccata, flagitia turpissima. Posset autem Deus etiam absque angelis nos defendere: sed vult uti medijs. Sic mundum delet diluvio, Genes. 7. Sodomam igne, ibidem 19. Pharaonem mari, Exod. 14. Impios varijs pœnis, Psalm. 10.

Quod autem per angelos nos defendere, regere, gubernare, atque consolari velit Deus, hæc exempla ostendunt:

Consolatur angelus ancillã Agar, Gen. 16. Ioseph. Mar. 2. Magdalenam

dalenã ac reliquas mulieres ad monumētũ, Mar. 16. Luc. 24. Educunt angeli Loth ex Sodoma, Gen. 19. Rursus Agar ab angelis consolationem accipit, Gen. 21. Angelus prohibet ne Isaac à patre occidatur, Gen. 22. Angelus Abrahæ seruum conducit, Gen. 24. Iacob ab angelis custoditur, Gen. 28. Angeli Iacob obuiam veniunt, Gen. 32. Angelus maledicta Balaam impedit, brutam asinam loqui faciens, Num. 22. Angelus Israelitas ad penitentiam vocat, Iudic. 2. Angelus Gedeoni contra hostes adest, Iudic. 6. Angeli prænuntiant Samsonem nasciturum, Iudic. 13. Angeli Eliam in deserto pascunt, 3. Reg. 19. Angelus eidem suggerit, quid regi dicturus sit, 4. Reg. 1. Sennacherib cum exercitu ab angelo cæditur, 4. Reg. 19. Angelus Tobiam à pisce liberat, cap. 6. Angelus defendit Iudit, cap. 13. Angelus tribus pueris in fornacem coniectis adstat, Dan. 3. Angelus Habacuc ad Danielem perducit, Dan. 14. Angelorum exercitus Elisæum custodit, 4. Reg. 6. Angelus Ioannis natiuitatem annuntiat, Luc. 1. Angelus Mariæ incarnationem verbi annuntiat, Luc. 1. Angeli pastoribus apparent, Luc. 2. Angelus mandat Ioseph ut fugiat cum puero & matre, Mat. 2. Angelus iubet ut redeat, Ibidem. Angeli Christo post tærationem in deserto ministrant, Mat. 4. Angelus piscinam Bethesda mouet, Ioan. 5. Angelus in horto Christum consolatur, Luc. 22. Angeli post resurrectionem discipulis apparent, Matth. 28. Angeli Apostolos ex carcere educunt, Act. 5. Angelus Petrum liberat, Act. 12. Angelus Philippum quò ire debeat, admonet, Act. 8. Angelus indicat Cornelio in Cæsarea quid debeat facere: nimirum ut Petrum vocet, qui ipsum instruat, Act. 10. Angeli sunt custodes puerorum, Matth. 18. Angelorum ministerio lex Iudæis data, Act. 7. Angelos suscipit Abraham hospitio, Gen. 18. & 19. Angelus præcedit castra Iudæorum, Exod. 14. Angelus luctatur cum Iacob, Gen. 32. Angeli separabunt malos de medio iustorum, Matth. 13. Angeli vocabunt omnes mortuos ad iudicium, Matth. 24. Angeli nos perducent in vitam æternam, Luc. 16.

3 Tertiò observandum, quæ nos erga angelos facere debeat: nempe ut,

1 Pueros ac vniuersos Christianos admoneat concionator, ne im-

ne impuris colloquijs, aut impudicis gestibus angelos offendant, aut à se pellant.

Cuilibet homini angelus concessus.

2 Gratias Deo agamus, quòd talibus contra satanæ insidias nos munire custodibus voluerit. Hinc dicit Basilius, cuilibet homini angelum esse concessum, qui nõ nisi peccatis compulsus ab ipso discedat. Sicuti enim apes fumo, & columbæ fœtore fugantur, sic angeli peccatis ab homine pelluntur.

3 Deum timeamus, vt ita occasionem habeant nobiscum permanendi, secundum Psal. 33. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Angeli à nobis discedunt, quãdo diaboli incitamentis assentimur

4 A peccatis ipsi abstinemus, ne fenestra diabolo ad nos ingrediendi paretur. Hinc dicit Augustinus angelos ab hominibus discedere, quando eos diaboli incitamentis assentiri sentiunt, idq; fieri summo cum illorum mœrore. Quẽadmodum enim angeli gaudent super vno peccatore pœnitentiam agẽte, ita & contristantur super multis à veritate aberrantibus.

5 Vt ipsos veneremur, atque oremus, vt quẽadmodum olim pro populo Iudaico, & pro ciuitatibus Iuda Deum orabant, ita & nunc pro nobis, pro nostris ciuitatibus orare & intercedere velint, dicentes cum Ecclesia: S. Michael archangele, ora pro nobis. S. Gabriel, ora pro nobis. S. Raphael, ora pro nobis. Omnes sancti angeli & archangeli, orate pro nobis.

Christianus quisq; reueretur angelos summe venerari.

Summa ergo religione tenentur Christiani angelos colere, venerari atq; amare: vt qui semper adstant Deo, semper videant faciẽ patris, cui offerunt nostra bona opera, nostrasq; preces, quẽ orant assidue pro nobis: bona nobis suggerunt, mala procul arcent, dæmoni sese pro nobis opponunt, & omnia quæ ad nostrã salutẽ viderint esse vtilia, nobis procurant. Doceant igitur cõcionatores populũ & parẽtes, filios, cælestes hos spiritus multum amare, & frequẽter memoriam eorum reperere, & diaboli nomen detestari, vt ipsi nobiscum habitent, pro nobis orent, & tandem ad vitam æternam animas nostras perducant, Amen.

I N F E R I I S S. L V C Æ E V A N G E -
L I S T Æ, E P I S T O L A.

Ephes. 3.

Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi: Et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: vt innutescat principibus & potestatibus in cælestibus, per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præsentationem seculorum, quam tecit in Christo te u Domino nostro: in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius.

Postquam Apostolus ostendit Ephesiis gratiam cognitionis diuersorum ministeriorũ esse sibi collatam, cõsequenter pergit declarare ipsorũ mysteriorum executionem quoq; sibi

sibi demandatam, quorum ipse factus erat minister secundum donum gratiæ Dei, Act. 9. 1. Corin. 4. Et præsertim facit tria. Primo ostendit ministerij sui officium sibi commissum, quale fuerit, quum dicit, *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus euangelizare, &c.* Quibus verbis aperte declarat sibi Apostolicam legationem inter Gentes commissam, camq; non vulgarem, sed summam arcarã; complectentẽ mysteria, de qua dicturus Paulinæ modestiæ excellẽtiam ostendit. Cũ enim diuinæ gratiæ magnificentiam prædicaturus est, audi quid dicat, *Mihi omnium sanctorum, vel vt alii volunt, hominum data est gratia hæc, Animi quidẽ erat demissi, quòd super prioribus peccatis, deletis etiam, lamentabatur, illorũq; recordabatur, ac modestiam tenebat: vt quando seipsum blasphemum vocat, & persecutorem, & contumeliosum. Verũ huic quod iam dicit, nihil poterit conferri. Primum enim, inquit, talis eram: Et abortiuum se etiam vocat, 1. Cor. 15, Quòd verò post tantas virtutes, et in eo quòd præsens erat, adeo modestus est, vt et omnium se minimum esse dicat, multæ et excellentis est modestiæ, et eo quoq; excellẽtioris, quòd non dicit, Mihi omnium Apostolorum, sed sanctorum minimo. Nam alio loco dicit, Non sum dignus vt vocer Apostolus. Summa: quãuis minimus non erat quoad potestatem sibi commissam, ex consideratione tamen status præteriti se minimum vocat. Ego sum minimus, inquit, Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei, &c.*

Item quòd hic se omnium aliorum minimum vocet, et alibi etiam dicat, se plus omnibus laborasse, vtrunque verum est: et vnum referendum est ad laborem, aliud ad tempus vocationis suæ. Plus enim omnibus Apostolis laborauit, quia quum teri in locis sibi distributis prædicarent, ille non solum Iudæis prædicauit, sed etiam omnibus Gentibus, quibus constitutus est magister et prædicator. Minimo autem quod dicit, tale est, ac si diceret, nouissimo et vltimo. Nouissimus enim omnium Apostolorum ipse vocatus est ad gratiam Euangelij: quia illi ante passionem à Domino, hic vero post eius ascensionem de cælo vocatus est, Act. 9.

Quænam autem sit hæc gratia sibi data, subdit, *Vt euangelizem, inquit, in Gentibus inuestigabiles diuinitas Christi, &c.* Vnde et alio loco dixit, *Qui operatus est Pe-ro in Apostolatũ circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam Dei quæ data est mihi inter gentes, etc.* Gal. 2.

2 Secundo ponit commisi gratiæ magnitudinem et excellentiam quæ fuit reuelare et manifestare secreta Dei, quæ sunt magna et occulta, cũ dicit, *Data est mihi gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi, & illuminare omnes quæ sit*

Paulinæ modestiæ excellẽtia.

1. Tim. 1. Tit. 3.

Apostolus minor tempore, non labore.

Paulus magister & prædicator gentium.

Gratia Pauli cõmissæ magnitudinis dispensatio.

Euangelium boni nuntii.

Euangelium redemptionis & salutis etiam gentibus annuntiatum est.

Rom. II.

Diuitias Christi, & sacramenti dispensatione vocat incarnationis mysterium.

dispensatio sacramenti absconditi, à seculis in Deo, qui omnia creauit.
 Euangelizare est bona annuntiare, quia Euangelium est bonum nuntium. Euangelizat ergo non solum qui Euangelium predicat Christi ore prolatum, sed qui bona annuntiat, gratiae Dei magnitudinem praedicat, & gaudia patriae caelestis promittit, quae in lege, & Prophetis, & Psalmis, necnon Euangelis, dictisque sanctorum patrum continentur. Quasi ergo dicat Apostolus, Haec gratia data est mihi, ut annuntiem gentibus bonum. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, 1. Cor. 1. Et ibidem 9. Vae mihi, si non euangelizauero, hoc boni annuntiare praecipitur, *Inuestigabiles, nempe, diuitias Christi*, nimirum illas, de quibus idem Apostolus alibi dicit, Quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparauit Deus diligentibus se, hoc est, gaudia patriae caelestis, vita sine fine manens. *Et illuminare omnes*, Non solum Iudaeos, sed etiam Gentes. Nam omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 2. Timoth. 2. Ad hoc, ut intelligant, quae sit dispensatio sacramenti, hoc est, quam ingenti & admirabili dispensatione facta sit per Christum generis humani arcana redemptio. Quia ergo hoc quod priori loco dixit diuitias, in subsequentibus appellauit sacramentum, ideo per diuitias praesertim mysteria incarnationis & passionis Christi intelligit Apostolus, necnon redemptionem generis humani, & fidem gentium, & quod de caetero nulla distantia sit inter Iudaeos & Gentes in gratia Dei, quae omnia recte sacramentum appellat, & diuitias imperuestigabiles, quia ante Christi aduentum occulta & secreta fuerunt: Quae idem Apostolus vehementi stupore correptus admiratur, d. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c. Sed illae diuitiae quas nullus antea potuit ad liquidum cognoscere, eo quod inuestigabiles essent: Domino veniente, vestigabiles & comprehensibiles factae sunt. Et quae in sua natura inuestigabiles sunt, per gratiam & reuelationem Spiritus sancti hominibus fideibus peritae & cognite factae sunt. Sicut verbi gratia, Statua, quam non potuit intelligere Nabuchodonosor quendam praefiguraret, per reuelationem sancti Spiritus Danieli vestigabilis & comprehensibilis facta fuit, vnde & eius mysterium ipsi regi interpretatus est, Daniel. 2. Sic etiam Apostolo data est gratia illum inare per fide omnes qui voluissent credere, nec solum illuminare, sed & euangelizare, quae sit dispensatio, id est, distributio vel ministratio sacramenti absconditi, in Deo, qui omnia creauit. Hoc ipsum hic appellat Apostolus sacramentum, quod superius vocarat diuitias, mysterium scilicet incarnationis filij Dei, fidem & salutem gentium, & gaudia vitae aeternae, quod à seculis, siue ab initio, abscondi-

conditum fuit in Deo vero, id est, in sola noticia Dei, qui creauit omnia. Nec dicit, Deo fuit absconditum, sed in Deo, quousque ipse per semetipsum id manifestare dignatus est. Vnde appellatur sacramentum, quod est res secreta & occulta, antequam in publicum deducatur. Sacramentum hoc sapientibus & prudentibus, necnon huius seculi potentibus occultatum fuit, sed Apostolis apertum & reuelatum, Matth. 11. & 1. Corint. 2.
 3. Tertio ostenditur ab Apostolo quis finis fuerit reuelati sacramenti, & deinde quis inde sit subsequutus fructus, cum subdit, *Ut innotescat principibus & potestatibus in caelestibus. per ecclesiam, multiformis sapientia Dei secundum praefinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.* Ac si dicat, In eum finem sacramentum salutis à seculis absconditum tandem reuelatum & denuntiatum est Gentibus, ut innotescat, hoc est, manifesta fiat, multiformis sapientia Dei principibus & potestatibus in caelestibus. Sapientia Dei vnica in essentia, multiformis in variis effectibus declarata est. Filius Dei natus est de virgine citra virilis seminis comixtionem, vagiebat ut infans in praeseptio, sed ab angelis glorificabatur, ut Deus in caelo: ab Herode quaerebatur ad necem, tanquam homo, sed à Magis stella duce quaerebatur & adorabatur ut Deus: mortuus est ut homo, surrexit per virtutem diuinam: postquam resurrexisset à mortuis, apparuit discipulis in habitu hominis, sed Spiritum sanctum dedit eis, ut Deus. Ut ergo ista multiplex sapientia Dei manifestaretur principibus & potestatibus in caelestibus (quas B. Hieronymus angelicas virtutes vult intelligi in caelo residentes) filius Dei veniens in mundum, reuelauit eam Apostolis suis, & per Ecclesiam, hoc est, in Ecclesia praedicantibus Apostolis, manifestauit angelicis virtutibus. Dicit namque B. Hieronymus, quod quaedam angelicæ dignitates erant, quae mysteria superius memorata ad puerum non intellexerunt, donec completa est passio Christi, & Apostolis praedicantibus per omnes Gentes, cepissent sua praedicatione gentes ad fidem attrahere. Vnde Domino propria virtute ad caelos ascendente dixisse ferunt illud Isaiæ 63. Quis est iste qui venit de Edom, hoc est, de cruento & sanguinolento mundo? &c. Et illud Psalm. 23. Quis est iste rex gloriae? &c. Enimvero angelis & archangelis illud & solis constabat, quod Israel esset pars Domini, populus eius, & allaturus esset Dominus populo suo salutem, & eundem à prauis facinoribus exempturus. Quod autem gentiles tantum essent honoris consequuturi, & ad hoc, ut iuxta thronum Dei collocarentur, latebat utique tam superiores quam inferiores illas potestates. Gregorius autem Nyssenus ante incarnationem affirmat simplicem quandam potestates caelestes habuisse Dei cognitionem

Sapientia Dei in variis effectibus multiformis demonstrata est.

Vocatio Gentium latuit angelos & archangelos.

gnitionem, videlicet, quod sola voluntate cuncta creârit, & eadem licere omnia præuidebant, moderariq; vniuersa & sapienter curare omnia intelligebant. Incarnato autem Dei verbo, ex contrario contraria sunt effecta. Nam per mortē vita successit, per infirmitatem potentia, per ignominiam gloria, per viliora denique sunt consequuta quæ Deum decerent. Sic igitur nunc multiformis cognita cælestibus Dei & sapientia atq; potentia, quæ vbi nobis innotuere, potestates illæ per nos perfecta Ecclesia, quantis esset dignata bonis, ad certiores sunt diuinæ sapientiæ cognitionem deductæ, idque secundum præfinitionem vel præordinationem siue prædestinationē seculorum, quam præfinitionem fecit siue impleuit in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum. Sicut ergo Deus Pater præordinauit ante omnia secula, sic compleuit & manifestauit multiformem sapientiam suam per Christum.

In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Quod autem per Christum effecta sint omnia, patet, inquit, ex eo, quia ille sit qui nos ad Patrem deduxit. Veruntamen nequaquam sumus captiuorum more, nec vt fontes & noxij ad Patrem deducti: sed fiduciam habemus, non simplicem quandam sed vt confidere plurimū possimus & audere. Verū vnde huiusmodi nobis bona proueniunt? Per fidem, inquit: hæc namque prauis deletis facinoribus, fiduciam nobis adiecit & confidentiam. Summa: duplicē ostendit fructum nobis à Christo prouenisse, spem scilicet perueniēdi ad cælum & æternam hæreditatem, 2. Cor. 3. & obtinendi facultatem, Rom. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratia ista in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Hinc admonet Hebr. 4. Adeamus ergo eum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

EPILOGVS.

1 Paulus gratia Dei Gentibus destinatus Apostolus, vt sacramentū sibi apertum & concreditum, multis temporibus filiis hominum absconditū, reuelaret Gentes esse scilicet cohæredes & concorporales, & cōparticipes promissionis Iudaica in Christo Iesu per Euangelium, Rom. 15.

2 Predicationis Apostolicæ præcipuus hic scopus fuit, Gētibus denūtiare parietem illum inimicitiarum, qui hactenus Iudæos à Gētibus segregauerat, per Christi sanguinem demolitū esse, omniumque electorum, siue Iudæis, siue à Gentibus, fore vnam Ecclesiam. Hinc Christus dicitur lapis angularis, Matt. vigesimoprimo. propterea quod duos in se populos tanquā parietes complectitur. Hinc & Paulus. Epes. secundo. Ipse, inquit, est pax nostra qui fecit vtraque vnum Et post pauca dicit Gentibus conuersi, nō estis hospites & aduena, sed ciues sanctorū et Domestici Dēi super edificati super fundamentū Apostolorū, ipso summo angulari lapide Christi

fo

fo Iesu: hoc sic futurum præcinuit Zacharias capite sexto, Ipse, inquit, edificabit templum Domino, & consilium pacis erit inter duos illos puta Iudæos & gentes.

3 Fides omnium donorum & meritorum donum, sine qua nemo placebit Deo. Hinc credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentium se remunerator sit, Hebr. 11.

Præsens lectio ab Ecclesia recitatur in honorem S. Lucæ, B. Pauli discipuli & itineris socij, eò quod & ipsi data sit gratia non solum euāgelizandi, sed etiam Euangelium scribendi. Scripsit autem Euangelium sicut audierat non solum à Paulo qui cum Domino in carne non fuerat, sed & à cæteris Apostolis, vt Lucas ipse in principio sui voluminis declarat. De hoc etiam Paulus, Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio, 2. Cor. 8. Item 2. Timot. 4. Lucas, ait, est mecum solus. Et Col. 4. Salutat vos Lucas medicus charissimus. Acta verò Apostolorum sicut viderat, composuit.

IN IISDEM FERIIS
EVANGELIUM.

Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & Luc. 10. misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite, ecce enim mitto vos sicut agnos inter lupos: Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis, primū dicit, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. dignus est enim operarius mercede sua.

Qui ad ministrandum Republicam assumuntur, his in primis necessarium est vt sciant cur ad id assumantur, & quid ad eorum mundū requiratur: alioqui nec bonum promouere, nec pericula Republicæ præcauere poterunt, & sibi & alijs perniciem adferunt. Vnde verè dictum est, Ecclesiast. 10. Pax terre cuius rex puer est. Quantò igitur pericula animarum præponderant periculis corporum, tantò magis necessarium est Ecclesiastico pastori, vt sciat ea quæ officij sui sunt. Ob eā causam Christus emissurus septuaginta duos discipulos, prius eorum officium ipsis depingit, neque id solum, sed & præcipit vt certi sint hanc Dei esse volūtatē & præceptum, vt officio suo diligenter fungantur. Hinc est quod Apostolos legimus tam diligenter officio suo functos. Sic Petrus Act. 6. Non est, inquit, æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Sic Paulus 1. Corin. 9. sunt.

L

Væ

Fides fiducia adiecit & confidentiam.

Pastori Ecclesiastico necessarium est vt sciat quæ officij sui sunt. Apostoli diligenter officio suo functi sunt.

Væ mihi si non euangelizauero : necessitas enim mihi incum-
bit: sequitur ibidem, Ob id quum liber essem, omnium me ser-
uum feci. Item Act. 20. Certus sum quod me vincula & carce-
res Ierosolymis manēt, sed nihil horum vereor, dumodo con-
summem cursum ministerij mei. Hinc ibidē his quos presby-
teros constituērat, dixit: Attendite vobis & vniuerso gregi, &c.
Hinc est quod Ierem. 1. cap. dixit, a. a. a. Domine, ecce nescio
loqui. Et ob eandem causam Ionas cap. 1. fugit à facie Dei. Sic
Exod. 4. Moses diu reluctatus est, donec Dominus quasi iratus
cogeret ipsum subire munus illud, educendum scilicet populum.
Hinc idem dicebat, Quare imposuisti mihi hoc onus? &c.
Quod si quidam ex nostris attenderent, non tanto strepitu ad
quælibet officia sese ingererent.

*Verbi dei
mysteria
non licet
eius tra-
ctare, nisi
diuinis à
Deo doctis
& missis.
Discipulo-
rum qua-
tuor gene-
ra.*

*Homines
miserrimi
aliorum
curam amb-
bientes.*

Hæc dum Christus curat, potissimum sex facit. Primo desi-
gnat & emittit præter Apostolos etiam alios discipulos 72.
Nam sicut summum in Ecclesia est verbum Dei, quo nihil in-
terris habemus diuinis, ita non cuiuslibet tractare hæc my-
steria, nisi diuinis planè & à Deo doctis ac missis. Vnde hic no-
tandum, quod quatuor genera discipulorum in scriptura legū-
tur: Primum eorum, qui à Deo non ab homine neque per ho-
minem eliguntur, quales fuerunt Prophetæ & Apostoli, & hi
septuaginta duo discipuli: sicut & Paulus hoc ipsum de se præ-
dicat, Galat. 1. Secundum genus eorum, qui à Deo quidem vo-
cantur, sed per hominem statuuntur, quales fuerunt ij de qui-
bus dicitur Numer. 11. Congrega mihi 70. viros, &c. Item ij
quos Apostoli ordinauerunt, quales fuerunt Titus & Timo-
theus. Huc quoque pertinent ij qui nunc quoque per Episco-
pos vel communitatem eliguntur. Tertium genus eorum, qui
ab homine, non à Deo vocantur, quales sunt ij qui hominum
fauore in sacerdotium vel prælaturam subrogantur: huc perti-
nent ij qui vel muneribus, nummis, vel alijs, eligentium anti-
mos demulcent, sicque eliguntur. Talis fuisse legitur Alcimus,
1. Machab. 7. miserrimi utique huiusmodi homines, qui quod
onus est maximum, scilicet curam multarum animarum, ho-
norem æstimant, qui aliorum curam ambiunt, quum quisquis
vix pro seipso rationem reddere satis possit. Hinc Paulus Act.
20. valde exaggerat hunc statum. Et Moses Num. 11. Cur af-
fixisti seruum tuum, vt poneres hoc onus super me? &c. At no-
stri ambitiosuli interim securè & otiosi viuunt, nullam curam
habentes pro ouibus. Quartum genus discipulorum est eorum
qui nec à Deo nec ab hominibus vocantur, sed seipso ingerunt,
de quibus Dominus Ierem. 32. dicit, ipsi currebant, & ego non
mittebam eos, &c. Et Paulus 2. Corint. 11. Operarij iniqui, in-
quit, transfigurant se in Apostolos lucis, &c.

Sed de primo genere hic agitur, qui à Deo, non ab homine,
missi

missi sunt, quum Lucas dicit, *Designauit Dominus & alios septua-
ginta duos.* Sicut Apostoli repræsentarunt Episcopos, sic 72. di-
scipuli secundi ordinis presbyteros repræsentarunt. Secundi
ergo ordinis 72. designantur, qui totidem linguarum Gentibus
Euangelium prædicarent, quemadmodum prius duodecim
Apostoli ad conuertēdas duodecim tribus Israel vocati erant.
Vnde & prohibiti erant ne in vias gentium irent, &c. Matth. 10.
Ita, inquam, & ij propter exteras gentes destinantur imbuen-
das, in septuaginta duas linguas diuisas. Designauit igitur hos
Dominus Iesus, id est, signanter elegit, & quos ab æterno præ-
destinauit ad hoc opus, temporaliter ad hoc instituit & ordi-
nauit. Felices certè ij qui à Domino destinantur. Non enim
possunt non esse animo sincero.

Et misit illos binos. Sicut misit eum Pater, sic misit eos, Ioan.
20. Misit eum Pater ad debellandum diabolum, destruendam
mortem, peccatum, iram Dei ad conferendam vitam, remissio-
nem, &c. Hæc autem omnia parata sunt per mortem Christi,
nondum tamen distributa erant. Ideo nunc eos mittit, vt ea per
verbum suum distribuant, & quidem tanto affectu, quāto ipse
ea perfecit. *Binos misit*, vt vnus charitatis spiritum habeant.
Ad idem facit illud quod ante passionem orans dixit, Ioan. 17.
Volo vt vnum sint sicut & nos, hoc est, vnus voluntatis ac
mentis, vt sint vnum corpus, ita vt quilibet sibi collata dona
alijs communicet, quæadmodum membra in corpore, & tanto
affectu, quanto tu me misisti, & obediui. Simul mittit, eadem
præcipit vt doceant, vno ore annuntiandum esse euangelium,
alioqui nullum fructum, sed sectas, dissensiones, contentiones
& inuidiam parit: id quod declarat dies hæc, quia nō id ipsum
dicant omnes, 1. Cor. 1. Ob id igitur discipulos binos misit &
binos, nimirum admonens, vt fraternæ charitatis memores es-
sent, citra quam nullus est euangelij fructus. Quanquam & ob
id quoque binos emisit, vt sufficerent labori, & eò alacriores
essent. Deinde vt se mutuo consolarentur in persecutionibus,
invisionibus, tribulationibus, &c. Eccl. 4. Melius enim est duos
esse simul, quàm vnum. Item Prouerb. 18. Frater qui adiuuatur
à fratre, tanquam ciuitas firma.

*Misit illos ante faciē suam in omnē ciuitatem & locum quo ipse erat
uenturus.* Ne aduentus eius lateret, mittit illos ante faciē suam.
Voluit enim omnibus notus esse, qui venit saluādis omnibus.
Ideo, inquam, mittit illos, vt sicut præcursor Ioannes præibat
parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in re-
missionem peccatorum eorum: nec non redderet Domino ple-
bem perfectam, conuerteretq; corda patrum in filios, & incre-
dulos ad prudentiam iustorum: sic & illi corda hominum pa-
rarent ad suscipiendum Christum. Per prædicationem enim

*Apostoli
episcopos
repræsen-
tant, & hi
discipuli re-
liquos se-
cundi or-
dinis pres-
byteros &
sacerdotes.*

*Binos cur
misit di-
scipulos
Christus.*

*Notus om-
nibus esse
voluit qui
venit sal-
uādis om-
nibus.*

Luc. 1.

Prædicatione verbi Domino corda præparantur. Missionis et designationis causa.

Metaphora. Messis quid vocamus. Messis duplex ex scriptura.

Messis fana & spica, qui.

verbi Dei Domino corda hominum præparantur. Gregorius, Prædicatio præuenit, et sic ad habitaculum mentis Dominus venit. Ad seruantem eius sermonem venit, et mansionem facit, Ioan. 14.

2 Secundo dicebat illis causam et rationem potissimam, quare et illos designaret ad hoc opus: *Messis quidem multa, operarij autem pauci* Matthæus nono cap. sic ait, Et circumibat Iesus omnes ciuitates et castella, docens in synagogis eorum et prædicans Euangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Nam sequebatur eum turba multa, quia videbant signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur, Ioan. 6. Hinc omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes, Luc. sexto. Videns autem turbas, misertus est eis, qui erant vexati, et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Matth. 9. Tunc dicit discipulis suis, *Messis quidem multa, q. d. Sufficeret quidem mea prædicatio in Iudæa, sed habeo et aliam messem inter Gentes, aliâque oues quæ non sunt ex hoc ouili, Ioan. 10. ad quas ego non visibiliter venturus sum: ad illas igitur adducendas necessaria est non solum Apostolorum, sed & aliorum discipulorum missio, &c. Attendenda penitus est hæc similitudo vel metaphora messis. Messem enim dicimus, quum fruges terræ iam ad maturitatem prouentæ, desecantur, & in horreo reconduntur, pro futuro cibo. Iuxta hoc duplicem in scriptura habemus messem. Altera de qua Christus Matth. decimotertio loquitur, quum dicit, *Sinite vtraque crescere ad messem, &c. Et hæc messis Christo exponente, consummatio est seculi. Verum de hac nihil hic ad propositum. Altera de qua Ioan. 4. dicit, Videte regiones quàm albæ sint ad messem, & hæc nunc est, nihilquæ aliud est quàm prædicatio Euangelij, qua homines à terra retrahuntur ad aream Ecclesiæ, vt ibidem expurgari, tandem transeant ad æternam gloriam. Huius messis fana spiritalia & spicæ intellectuales, sunt qui prophetarum voce culti ad fidem Christi perueniunt. Quæ seges albescit, quum iam maturus, hoc est, promptus animus est ad suscipiendam fidem & Christi religionem. Sicut enim fruges frustra & sine fructu ante maturitatem desecantur, sic vt euangelium fructuosè prædicetur, necesse est vt seminatio præcesserit, scilicet prædicatio legis: que mortificat, terret, &c. Deinde necessarium est, quod maturæ sint fruges, hoc est, salutem sitiunt: & tunc est tempus merendi. At sicut in messe, nedum grana ipsa, sed & paleæ & stramina in horreum inuehuntur, vbi postmodum per triturationem & cribrationem ab inuicem separantur, imò semper plus palearum & straminum inuehitur, quàm tritici, adeo vt ipsum triticum præ paleis videri nequeat. Sic in Ecclesia verbum**

bum Dei omnibus sine discretionem personarum prædicatur, omnes introducuntur ad domum conuiuij & boni & mali. Discernuntur autem per triturationem, id est, tentationem & cribrationem, id est, hæresum permixtionem, hic soli electi persistunt, quorum paucissimi sunt. Semper enim maior pars paleæ sunt, hoc est, plures sunt semper qui verbo Dei abutuntur, vel infructuosè audiunt, adeo vt inter ipsos pij vix conspiciantur. Verè igitur dictum est, multi sunt vocati, pauci electi, Matth. 20.

Operarij pauci. Et prædicta similitudine messis colligimus operarios dici prædicatores. Nec dicit, Pauci sunt doctores prædicatores, sacerdotes, sed pauci operarij. Non enim operarij omnes sunt qui sacerdotes aut prædicatores. Sunt quidam qui officia ambiunt, non vt operentur, sed vt otientur: quos Zach. cap. 11. idola vocat. Sunt alij qui operantur quidem, sed mercenarij sunt: sua enim quærunt. Sunt alij qui operantur quidem, sed infideliter. Multa ergo requiruntur ad operarium: Primo vt sciat operari. Nemo enim tam stultus, qui ad metendum cõducatur eum qui metere nesciat. is enim plus damni quàm utilitatis adferret. Sic aliud est verbum Dei prædicare, aliud prædicare illud, quomodo oportet. Et quidem primò plurimi sciunt, non autè secundum. Plerunq; enim fit vt publicis concionibus homines magis offendantur, quàm ædificentur: nec mirum, cum nihil nisi conuitia, blasphemias & scõmata in vtramque dignitatem, & maximè in sacramenta, audiant: fieri quidè non potest, quin verbū Dei aliquos offendat, nepe Phariseos, sicut & Christo contigit: sed propter eos non intermittendū verbū Dei. Id autem curandū, ne nos aliquid cõmittamus, quo verbū Dei in contemptū veniat. Potestatem enim accepimus nõ in destructionem, sed in ædificationem, 2. Cor. 13. Sic idem Paulus docet 2. Cor. 6. Nemini dantes offensionem vilam, vt non vituperetur ministerium nostrū. Deinde ad operariū requiritur quod fidelis sit. Hoc nunc quæritur inter dispensatores, &c. 2. Cor. 4. Fidelis autem dicitur, si & fideliter labore, & fideliter prouideat, ne labor suus inutilis reddatur domino suo. Sic prædicatoris est, fideliter laborare, & præcauere omnia per quæ prædicatio impeditur. Huius figuram habes Nehem. 4. cū filii Israel reuersi è Babylone reædificarent ciuitatem, de ipsis scribitur, Vna manu faciebāt opus, altera tenebāt gladium, nimirum propter aduersarios. Sic Paulus docet Titum cap. 1. vt amplectatur sanam doctrinam, quò possit exhortari, & etiam aduersarios reuacere, &c. Exemplum autem fidelis operarij in Paulo quoq; habes. Sic enim de seipso dicit, Act. 20. Vos scitis quod nihil omiserim, quo minus annuntiarè omne consiliū Dei vobis. Idè 1. Cor. 9. Cum essem liber, omnium me seruū feci. Et Galat. 4. Filioli quos

Ecclesia omnes admittit bonos & malos.

Plus palearum habet

Ecclesia quàm tritici.

Operarij prædicatores sunt.

Operarij omnes non sunt, qui

prædicatores & sacerdotes.

Requisita ad bonum operarium.

Operarius artem operandi icire debet.

Operarius fidelis sit.

Exemplum fidelis operarij Paulus.

terum parturio, &c. De eodem legis, quomodo aduersarios deuicerit, præsertim in epistola ad Galatas. En hi sunt operarii veri, quorum, heu, pauci sunt, qui nihil nisi Christum querant de quibus idem Paulus, 1. Cor. 4. Et si decem millia pædagogorum habetis, sed non multos patres.

3. Terrio monet Christus, quid in hac penuria nobis agendum sit, Rogate, inquit, Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ex quibus verbis innuitur quàm deslendum sit verbo Dei priuari. Nisi enim magnum aliquod damnum inde sequeretur, non diceret Christus: Rogate, Rogat, vt rogetur. Cum igitur Christus hîc sic ingemuerit, & populo compassus sit, cõ quod non haberent operarios, denique & orare præcepit, vt Deus mittat operarios: sequitur quod magnum est periculum vbi verbum Dei subtrahitur, econtra magnum donum cum Deus verbum sũum mittit. Quanta autem vtilitas consequatur prædicationem verbi Dei, ostendit Ioannes Apoca. 14. cum ait: Vidi angelum qui habebat Euangelium æternum, &c. sequitur: Et audiui alium dicentem: Cecidit Babylon illa magna, &c. Viden quod per verbum Dei, regnum diaboli cadit, quod alioqui inexpugnabile est? Ad idem facit illud Ierem. 3. dabo vobis pastores, &c. sequitur: Et tunc dices: Pater meus es tu. Ecce fructus: nec mirum. verbum enim Dei ignis consumens est, id est, accendens corda frigida, & malleus conterens petras, corda scilicet dura. Econtra nihil magis deslendum, quàm destitui verbo Dei. Id autem fit tripliciter, Primò cum omnino destituimur verbo Dei: quod quàm sit miserum, patet ex hoc, quod Deus comminatur Amos 8. dicēs, Mitteram in vos famem verbi Dei, &c. sequitur: Tunc occidet vobis sol in meridiem. Et commouebuntur & deficient virgines. Imò, iuxta alium Prophetam, vbi non relinquit semen verbi Dei, quasi Sodoma & Gomorrha similes erunt. Secundò cum paleæ pro vero tritico proponuntur, & ideo periculosius est & perniciosius, quod sub titulo verbi Dei simplices decipit. Cum enim eo titulo proponitur quasi esset verbum Dei, tanto auidius assumitur, & minimè cauetur. Idem fit de libris, qui titulum verbi Dei præ se ferunt, intus tamen nihil nisi humana figmenta, deceptiones & blasphemias continent. Quem autem non deciperent huiusmodi pomposi tituli? Magis igitur officiant huiusmodi libri, quàm paganorum libri, qui nullum titulum verbi Dei præ se ferunt. Tertio proponuntur etiam verba scripturæ, sed non debito modo. Huius figuram habes 1. Reg. 4. cum filij Israël aliquoties infeliciter pugnasent contra Philistæos, tandem adduxerunt arcam, sed quia in arca tantum confidebant, sed sine fide, ideo & victoriam & arcam perdiderunt. Sic verè cum magno spiritu iactamus nos de scientia scripturarum,

Verbo Dei carere magnum malum & dānum. Vtilitas verbi dei, & virtus.

Verbo Dei possunt homines destitui tripliciter.

Libri falsum titulū verbi Dei præ se ferunt, magis officiant quàm paganorum libri.

nam, quia tamen in ore tantum scripturas gestamus, non in corde, facile cadimus. Non enim litera scripturæ in ore prolata saluat, sed verbum Dei corde conseruatum. Contra huiusmodi igitur pericula Christus remedium adhibet, dicens, Rogate dominum messis, &c. q. d. Potens est Deus omnia præstare si pericritis. Rogate vt mittat operarios, non otiosos, qui ædificationem, non destructionem: animarum salutem, non proprium commodum querant. Rogate vt mittat, ne à seipis veant, vt vera doceant, ne per spiritum malum decipiatur. Ad hoc enim conatur diabolus, vt sit spiritus mendax in ore Prophetarum ad decipiendos homines, 3. Reg 22.

Ex his verbis colligere possumus, quid agendum sit, cum destituimur pastoribus, aut cum pastores sibi viuunt, nõ gladio illud vindicandum, sed precibus. Propter peccata liquidè nostra, Deus regnare facit hypocritam, Iob 34. Sic ad Ezechiel dicitur. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. deinde quod omnium maximè ea petere debemus quæ spiritualia sunt. Sic & Matth. 6. dicit: Primum querite regnum Dei. Item Luc. 11. Matth. 6. Sic orabitis: Panem nostrum substantialem da nobis, id est, panem viuum. Quod si tale panem à patre petierimus, certè non dabit nobis pro pane lapidem. Sed quia nos solum temporalia petimus, ideo nec temporalia, nec spiritualia habemus.

4. Quarto docet discipulos hos, quales se erga peccatores præbere debeant, & quibus armis eos munitos esse velit. Nam 2. Timoth. 3. Omnes qui piè volunt viuere, persecutione patientur. Item Acto. 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Ante omnia iraque suos munit & armat, quia eis prædixerat diabolus omnibus viribus ipsis restitutarum. Et dicit: *Ita: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* En arma quæ diaboli insultibus opponas, humilitatem scilicet, patientiam, simplicitatem, beneficentiam, &c. Poterat quidem Christus suos etiam externè reddere fortes & formidabiles omnibus, sed hoc non expedit Euangelio. Neque enim violentiam, iniuria iniuriam, superbia superbiam extrinquit, sed mansuetudo, lenitas, munificentia, &c. iuxta illud Prouerb. 13. Vir iracundus suscitatur rixas, mitis extinguit suscitatur: hæc vera fortitudo est, & optimū vincendi genus patientia. Is enim verè fortis est, qui magnum onus portare potest. Et quod onus maius & intolerabilius, quàm conuitia, ignominia, aduersitates? &c. Qui hæc ferre nouit æquo animo, is verè fortis est. Hinc Sapiens Prouerb. 16. Melior est patientis viro forti, &c. Item 24. Vir sapiens fortis, & vir doctus ferre, robustus, &c. Hinc Christus Matth. 5. Beati mites, quoniam

Litera scripturæ ore prolata nõ saluat, sed verbū dei ore conseruatum.

Quid agendum sit cum pastoribus destituimur.

Spiritualia omnium maxime petenda.

Discipuli quales se erga peccatores gerere debeant & quibus armis muniti debeant. Arma discipulorū contra insultus diaboli. Optimū vincendi genus patientia.

Onus magnum iniurias

Pericula
veterum
Christiano-
rum pradi-
cuntur.

Questio.
Solutio.

Animal
nullum com-
modius
oue.

Impedimē-
tum omne
negotii E-
uangelici
abiciendū
præcipit.
Solicitudo
omnibus
Christianis
interdi-
tur.

Dissidentia
gravius in
prælati-
quam in
subditis pu-
niuntur.

Avaritia
maximè
clerum in-
famam.

ipſi poſſidebant terram. Dicit ergo: *Mitto vos ſicut oves, &c.* Nul-
lum periculum præſentius eſt oui, quàm ſi in lupum incide-
rit: aius periculū, ſi non vnus tantūm lupus, ſed plures irru-
ant: omnium autem maximum ſi in medio luporum ſit. Hoc
igitur exemplo Chriſtus futura diſcipulorum & omnium Chri-
ſtianorum pericula prædicat. Cum lupis, inquit, vobis res erit
& iſdem multis. imo in medio luporum eritis, nullibi ſecuri,
vndique imminebunt pericula, ex omni parte cautos eſſe o-
portet. Idē dicitur Ezechiel. cap. 2. *Fili hominis, mitto te, &c.*
ſequitur: cum ſcorpionibus habitas.

Sed cur, obſecro, ſuos Apoſtolos Chriſtus voluit eſſe inter
lupos, & ad lupos mittere? Nunquid vt ipſi quoque in lupos
verterentur? Nequaquam: ſed ſicut oves inquit. Oue ad pro-
ſpiciendum ſibi nihil ſtultius, animal eſt proſus inerme, atq;
iniuriis omnium expoſitum, à ſolius paſtoris cura & defen-
ſione pendens: hominibus tamen nullum animal commo-
dius oue. Tales nos eſſe voluit Chriſtus, videlicet, vt à ſo-
lo Deo pendeamus, non noſtra quæramus commoda, non
aduerſa extimeſcamus, ſed tantum aliorum commoditati-
bus inferuiamus. Hi verè oves Chriſti ſunt. Talis erat
Paulus, qui ob prædicationem Euangelii aliorumque ſalu-
tem, nulla non pericula & labores ſubiuit, 2. Corinth. vn-
decimo, *Ter virgis caſus ſum*, inquit. Vult igitur Chriſtus
his verbis, vt qui Apoſtoli officium gerit vel diſcipuli, para-
tus ſit omnibus ſuccurrere, omnia perferre, etiam animam
tradere pro omnibus, vt vel hinc diſcas quàm pauci veri pa-
ſtores ſint.

¶ Quinto præcipit, vt omne impedimentum quod negotiū
Euangelicum impedire poſſet, abiciant, omnemque fiduciā
& totius vitæ curam in Deum Patrem collocent, cum ſubdit:
Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, &c. Quæ
verba nedum Apoſtoliſ, ſed omnibus quoque Chriſtianis di-
cta ſunt: Iuxta illud Matth. 6. *Nolite ſolicitū eſſe animæ ve-
ſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini,*
&c. Si ergo hæc omnibus Chriſtianis præcipiuntur, multo ma-
gis ſacerdotibus & paſtoribus dicta erunt. Gravius enim pu-
niuntur in prælatiſ diſſidentia, quàm in ſubditis: id quod patet
in Moſe, & Aarone, qui ob vnā diſſidentiam puniti ſunt,
Exod. 20. cum populus vix poſt decem tentationes Dei, codē
iudicio punitus ſit, Num. 14. Verūm nunc nulli (vti vereor)
Deo minūſ ſi ſunt, quàm ſacerdotes, adeo vt & vulgi ſermo-
ne ferarur, neminem magis avaritiam ſectari, tenacius reti-
nere quàm ſacerdotes, vt verè de illis dictum videri poſſit il-
lud Iſaiæ 56. *Canes impudentiſſimi, neſcierunt ſaturitatem.*
Nolite, inquit, *portare ſacculum, ad reponendam pecuniam.* Vnde
apud

apud Matthæum dicit: *Nolite poſſidere aurum, neque argen-
tum, neque pecuniam in zonis veſtris.* Quo præcepto ab om-
ni eos liberat ſolicitudo terrenorum, vt vacationem omnem
tribuerent verbo Dei. Verum enim eſt Chriſti dictum, Matth.
6. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Vnde & Apoſtolus
2. Timoth. 2. monet. *Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis
ſecularibus.* Quod etiam diſcipulis ideo mandat, ne doctrina
eorum ſuſpecta eſſet, quam vel maximè ſuſpectam reddit am-
bitio & avaritia: id quod & in externis experimur. Non faci-
le creditur ei, qui ſcitur ambitioſus eſſe & avarus. Deinde hoc
exigit à diſcipulis, vt externa opera fidem facerent verbis eo-
rum. Prædicaturis ſiquidem regnum cælorum, mortificatio-
nem carnis, contemptum mundi, &c. congruebat, vt & factis
oſtenderent ſe non terrena, ſed cæleſtia quærere. Alioquin
fructu de cæleſtibus loquitur, quem nihil niſi terrena quærere
videmus. Huic certè rectè impropèrari poſſet illud Apoſtoli,
Romanor. 2. *Qui alium doces, teipſum non doces?* qui doces
legem obſervandam, per præuaricationem legis Deum ipſe
inhonoras? Et illud: *Medice, cura teipſum.* Demum his verbis
voluit, vt expediti & alacres pergerent ad euangelizandum: ob
id omnia interdixit, quæ impedimento eſſe poſſent. Impediunt
autem diuitiæ, ſarcinæ, veſtimenta ſuperflua, arma ad defen-
ſionem, &c. Ne igitur diſcipuli dicerent, *Mittis nos ad igno-
tas regiones & barbaras, quis nutriet? quis veſtiet? quis de-
fendet?* ſicque in externis præſidiis comparandis & portandis
impedirentur. Ob id Chriſtus omnia ſimul illis interdixit, q.
d. Præcipua intentio veſtra, non ſit ex verbi prædicatione in
ſacculo pecuniam reponere audientium, neque victum in pe-
ra. Non enim prædicabitis vt edatis, ſed edere debetis vt præ-
dicetis, 1. Corinth. 9.

Non voluit Dominus tamen his verbis oſtendere, quaſi fas
non eſſet. vnquam futurum, eos qui tractant rem Euangeli-
cam aliquid neceſſariæ ſarcinulæ ſecum ferre, imo plus laudis
fortaſſis mereretur, qui ſuo ſumptu Euangelium annuntia-
ret, quemadmodum Paulus fecit, 1. Corinth. 9. Nec dubium,
quin in maiori pretio eſſet Dei verbum, ſi hoc ſeculo infirmo
competenter prouiſum eſſet concionatoribus de ſuperabun-
dantibus & ſuperfluis quorundam monaſteriorum diuitiis,
gratisque (prætermiſſo quæſtu ſordido) verbum Dei annun-
tiarent. Neque etiam peccaret Eccleſiaſta, ſi ad inhospitalem
gentem profecturus, commeatus aut pecunię non nihil ſecum
ferret. Sed his verbis omne ſermonis Euangelici impedimen-
tum amouere voluit, quo ſœliciori ſucceſſu eorum ſermo cur-
reret.

-Neque virgam, addit Mat. 10. Quod etiā virgam prohibet
L 5 accipe-

Solicitudo
terrenorū
maximè ſa-
cerdotibus
inhibetur.
Doctrinam
Euangelici-
cā nihil ſe
ſuſpectam
reddit atq;
ambitio &
avaritia.

Impedimē-
ta ſermo-
nis Euan-
gelici.

Laudē me-
retur mag-
nā, qui E-
uangelium
ſuo ſump-
tu denun-
tiat.

Non peccat
cōcionator
Euangeli-
cus ſi quan-
do cōmea-
tum ſecum
ferat.

Virga duplex.

Doctrina pulchra ex Paulo contra rigidos prelatos.

In vet. Test. sacerdotibus gladijs vti licebat.

Virga viris Evangelicis concessa.

Verbi Dei negotium festinatè peragendū vsus humanitatis alios salutare

accipere, quam tamen apud Marcum 6. cap. concessit. Hoc modo dubium dissolvitur. Duplex est virga, vna regum gētium, quæ dominationis virga dicitur, hæc Apostolis inhibetur, secundum illud Luc. 2. Vos autem non sic. Idem docet Petrus 1. cap. 5. non quasi dominantes in clerum. Item Paulus 2. Cor. 1. Non quasi dominemur fidei vestræ, id est, non hoc dico, fuisse me animaduersurum in vos, quod dominemur vestri propter fidem, quia videlicet credidistis, non hoc quæro vt tyrannidem in vos exerceam, vt vestra quærerem, sed vt adiutores simus gaudii vestri, ministri sumus non ad vexandum vos, sed vt gaudium vestrum iuueamus. Per virgæ igitur batiulationem prohibet Christus, ne terrenæ potentæ aut defensionis innitatur, ne vindicandi libidinem in corde habeamus ne vi nos ipsos defendamus. Vult enim vt simus tâquam oues inter lupos. Item ne homines vi aut gladio ad fidem cogere conemur, Apostolis certè gladio externo non vtendum, postquam Christus dixit Petro, Matth. 26. Conuerte gladium tuum in locum suum. Et Apostolus ad Timoth. 1. cap. 3. & Tit. 1. Episcopum, inquit, oportet esse irreprehensibilem, &c. subdit: non percussorem, &c. In vet. quidem Test. gladijs vti licebat, ne deleteretur gens è qua Christus nasciturus erat. Christo autem nato, iam gladio alio non est opus, nisi gladio spiritus, quod est verbum Dei. Ephe. 6. Hinc de Christo dicitur, Psal. 44. Ascingere gladio tuo, id est, assume humanitatem, qua nobis verbum salutis annunties. In eodem Psalmo, Sceptum regni Christi nihil aliud est, quàm verbum Dei: virga, inquit, directionis, virga regni tui. Hæc igitur virga permittitur Apostolis, virga scilicet, directionis, virga pastoralis sollicitudinis super curam animarum sollicitè vigilantis, quæ nihil aliud est, quàm lex vitæ & disciplinæ. Faxit autem Deus vt virga nobis permessa ritè vtamur, ad ædificationem scilicet, & non ad destructionem.

Et neminem per viam salutaueritis. Festinatè iubet verbi negotium peragere, ne alicuius obuij confabulatione remorentur ab iniuncto itinere. Neque simpliciter ait: Neminem salutaueritis, cum sit vsus humanitatis alios salutare. Nam Angelus salutauit Mariã, Luc. 1. Christus discipulos & mulieres, Mat. 28, Luc. 24. Et Apostolus monet: Salutare in osculo sancto: qui etiam scribit, quod Lucas medicus salutarit con-discipulos: Sed addidit, in via, quia non saluatio fraterna inhibetur, sed ne per nimias salutationes, & vana colloquia obstaculum fiat Apostolicæ functionis. Et tali modo loquendi vsus est El. seus, cum mitteret festinanter Ziezi seruum suum ad suscitandum puerum mulieris defunctum. 4. Regum 4. dicens, Accinge lumbos tuos, &c. & sequitur: Si

oc-

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, &c.

In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui, &c. Quali dicat, Quid solliciti estis de hospitio? Totus mundus vobis patria erit, Domini est terra & plenitudo eius. huius autem vos negotium agitis, deinde cum celum hominibus annuntiaturi sitis, non deerunt, qui domicilium terrenum administrabunt. Magna bona portabitis, non deerunt qui illa gaudenter suscipiant, vix fieri poterit, vt vsquam sit tam deplo-rata ciuitas, in qua nullus reperiatur, qui tales hospites non sit cupidè recepturus, cum sint qui medicum corporalem magno conducant, & è longinquo accersant. Qui enim ægroti sunt, in aduentu medici gaudent.

Matth. 10. ait Seruator: *In quamcunque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit.* At si dicat, Nō opus est vt in diuersoria meritoria diuertatis, sed inquirete, si quis illic sit probitate vitæ cōmendatus, & audus regni cælestis, itemq; veræ salutis, cui mundus hic rædio sit, qui suspiret promissum Messiam, qui simplicitate vitæ & beneficentia in pauperes maioris etiam profectus spem de se præbeat. Huic vos eritis hospites gratissimi, deinde & ipse erit vobis hospes conueniens. Non enim passim ad quoscunque prædicator Euangelicus diuertere debet, ne euangeliū malè audiat, si ad sceleratos prædicator Euangelicus diuertat. 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Ecclesiast. 7. Melius est, inquit, nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa, maximè in prædicator. Nam vnguenti pretiosi odor, totam quidem habitationem implet: bona autem fama omnes vicinos adit. Signanter autem dicit Christus, Interrogate quis dignus sit, non quis diues aut potens, ne viderentur sua quærere, aut ambire fauorem potentum, aut contemnere pauperes.

Primùm dicite: Pax huic domui. Verè Evangelica & Apostolica salutatio, Quid iucundius & magis necessarium pace? Verùm non de pace externa hic loquitur, sed interna, erga Deum scilicet, quæ quantum bonum sit, ex Isaia 32. cap. discimus, dicente: *Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem: sequitur fructus: euangelizantium bona, salutem, dicentes: Sion, regnabit Deus tuus. q. d. Omnia hæc consequuntur pacem hanc, omne bonum, salus, Deus ipse.* Nam in pace factus est locus eius. Nihil enim melius pace conscientia, pace erga Deum. Tales enim securum accessum habent ad Deum in omni angustia. Et quoniam hanc pacem per Christū habemus, cuius regnum, regnum pacis dicitur, Isa. 2. & 3. ideo hanc pacem omnibus offerre debebant discipuli. Ob id, & externis verbis iubentur salutare eos, quibus prædicaturi essent.

Discipulis veris non defuturum hospitium.

Ecclesiasta diuersoria meritoria vitare debent. Hospites quales quærere debent viri Ecclesiastici.

Evangelica & Apostolica salutatio.

Bona pacē cōsequētia.

Et si

*Iudicium
Dei aliud
ab hominū
iudicio.*

*Bona pro-
missa disci-
pulis suos
suscipiēti-
bus ingen-
tia.*

*Gravitas
maximè
debet Ec-
clesiasticos.*

*Apostolis
et fidelibus
nunquam
defutura
temporalia.*

*Diffidentia
ab omni-
bus Chri-
stianis longè
absit.*

Et si ibi fuerit filius pacis: & (vt Matth. habet cap. 10,) domus fuerit digna, requiescet super illum pax vestra; sin autem, reuertetur ad vos. Hinc videre licet, aliud esse iudicium Dei, aliud hominum. Non omnes recipiētes Apostolos digni sunt. Sunt enim qui hypocriticè recipiunt. Dignus autem est qui sincero & auido corde suscipit. Super hunc itaque requiescet & pax vestra. Vides quanta bona promissa sint suscipientibus Apostolos ac discipulos. Sin autem reuertetur ad vos, tamen commendabitur charitas vestra & sollicitudo, qua etiam indignis pacem obrulistis.

In eadem domo manete edētes & bibentes quæ apud illos sunt. Nolite trāsire de domo in domū, ne vel leuitatis vel cupiditatis argui possitis. Quæuis domus, quiuis victus sufficere debet viris euangelicis. Vides ex his, quòd Christus Apostolos suos ab omni suspicione leuitatis, ambitionis, auaritiæ, gastrimargiæ, &c. voluit esse alienissimos. Gravitas decet maximè Ecclesiasticos. Nec mirum quòd Apostoli talium præceptorum memores, multos conuerterint, neq; item mirum, quòd non eodem feruore verba nostra accipiantur à populo, cum tam longè ab hæc Apostolorum regula deflexerimus, vt nihil in nobis conspiciatur, quàm leuitas, ambitio, auaritia. Hinc Dominus ait, Quia scandalizastis plurimos in lege, dedi vos contemptibiles, Malachiæ 2.

6 Sexto. Discipulis omnem pusillanimitatem & diffidentiam eximit, certioresq; facit de mercede, cum dicit: Dignus est enim operarius mercede sua. q. d. Patris negotium agitis. Patri igitur erit curæ necessaria vobis suppeditare. An non & id mundani homines faciunt? Non sollicitus est seruus pro cibo. scit enim quòd Dominus suus ex seipso cibum suppeditabit operanti. Si ergo mundani homines cum sint mali, bona tamen præstant seruis suis & operarijs: quanto magis pater suis operarijs. Luc. 11. qui solem suum oriri facit etiam super malos, Matth. 5. & temporalia etiam malis præstat? Non est cur vos diffidatis. Non deseret Deus fideles operarios, etiam in media fame. Id quod ex Elia discas, 3. Reg. 17. quem in fame etiam Dominus per coruos paut.

Deinde his verbis non tantū discipulis, sed omnibus etiam Christianis omnem diffidentiam eximit. Quid enim aliud sumus quàm operarii in vinea Domini? Operarius itaque suos pascet, iuxta verbum quod hic dicit, & Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. Ad hoc facit illud quod non semel inculcat: Scit Pater vester, quòd his indigetis, Matth. 6. Item Ioan. 16. Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis. Item Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, complacuit Patri vestro vobis dare regnū. Qui ergo regnum dare vult, quomodo minora negabit? Hinc

David

David Psal. 33. Inquirentes Dominum, non deficiēt omni bono. Sic Abraham, Isaac, Iacob, etiam in aliena terra peregrinos nutriuit, quod satis testatur liber Geneseos. Sic ipsi Ioseph nihil defuit. Sed eum quoque dominum totius Aegypti constituit, Gene. 41. Sic ipsi Iob nihil defuit, etiam cum omnia amississet. Sic perire non potuit Loth etiam in Sodomis, Gene. 19. Sic viduam Sareptanam etiam in media fame per Eliam nutriuit, 3. Reg. 17. Omnia hæc scripturæ loca eo tendunt, vt discamus Deum etiam v̄trem nostrum curare, si ex fide vocationi nostræ & Dei voluntati respōdeamus. Salus enim iustorum à Domino. q. d. Ista ad te pertinent, alia non curato, committe Deo: omnem curam projicite in eum, quoniam ipsi cura est de vobis, 1. Petr. 5. Hoc fecit David, cum diceret, Ad te leuavi oculos meos, &c. Item, Oculi omnium in te sperant Domine. Psal. Præterea ex his verbis: Dignus est operarius mercede sua, ostendit Christus, quòd ministris Ecclesiæ debetur victus & alia necessaria. Sic enim in lege dicitur, Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti. Qui brutis consulit, nos vtique instruit. Qui non vult fraudari bouem cibo suo, non vult quoq; fraudari operarium vel mercenarium operis sui, iuxta illud Deut. 24. Non negabis mercedem indigenti. Multò minus fraudari vult cibo suo operarium & doctorem verbi sui. Hinc Paulus Galat. 6. Communicet is qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Item 1. Thef. 5. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui inter vos laborant. Et 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? quis plantat vineam? &c. Vide Apostolum pulchrè hæc deducentem ibidem.

EPILOGVS.

1 Ostendit Christus quanta diligentia Euangelicum semē spargendum sit, & quanta animi deuotione & desiderio suscipiendum et amplectendum. Hinc enim præter Apostolos, è numero discipulorum et alios septuaginta designauit, qui sua predicatione prepararent animos audientium in aduentum Domini, quemadmodum antiè duodecim selegerat Apostolos. In cuius rei figuram filij Israel olim venerunt in Elim, vbi fuerunt duodecim fontes, & septuaginta palma, Exod. 15. Num. 33.

2 Admirabili sermonis tropo discipulis adhuc crassis eximere voluit Christus omnem solitudinem earum rerum, quæ solent animum remorari à celestibus, successuque verbi Dei. Nam vt poeticum dictum habet: Pluribus intentus deficit ad singula sensus. Nemo commodè duobus dominis seruire potest, Matth. 6.

3 Mirabilis Dei operatio hic nobis expendenda relinquitur: Ab omnibus denudat Apostolos, & tamen omnia tribuit. Prohibet aurum & peram, & tamen promittit nihil horum eis defuturum: vnde tanquam nihil habentes omnia possederunt, 2. Corinth. 6.

*Deus etiā
ventrē no-
strū curat,
modò vo-
cationi no-
stræ respō-
deamus.
Ministris
Ecclesiæ
debetur
victus, &
cetera vi-
te necessa-
ria.*

IN FE-

Rom. 8.

Sciamus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij eius: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit: hos & vocavit, quos autem vocavit: hos & iustificavit, quos autem iustificavit: illos & glorificavit. Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quemodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

In hac lectione Apostolus nobis ostendit tria. Primò, quæta nobis bona proveniant ex charitate, nèpe, dilectoribus Dei omnia in bonum & sclicitatis cumulū cedere, cum dicit: *Sci-amus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Si quis verò novisse velit quinã reuera Deum diligat: dicit Apostolus, eos diligere Deum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, hoc est, quos præscierit, elegerit, vocaverit, iustificaverit Deus. nam hi Spiritum sanctum habent, per quẽ diffusa est charitas Dei in cordibus ipsorũ, hoc est, per quem & cognoscunt summam erga se Dei charitatem, & dignè redamare eum possunt. His ergo quos fide sola Deus saluare proposuit, & quos præsciens credituros vocavit ad salutẽ, non ex eorum meritis, sed suæ proposito voluntatis: His, inquam, Deum pro vocationis gratia diligentibus, omnia cooperantur in bonũ, siue prospera sint, siue adversa. Nihil enim potest diuinæ voluntatis propositum elidere, quin potius etiam hæc quæ salutem electorũ impedire videbantur, hanc Deo volente etiam promouent. Spiritus quoq; sanctus omnia vertit in bonum suo auxilio.

Et si iam soli Deo cognitum perspectumque est, à quibus verè diligatur, quos, inquam, prædestinaverit: sunt tamen in promptu indicia certa, unde dilectores Dei & ab hominibus cognosci queant, nimirum ex fructibus, ex pietate, & innocentia vitæ. Vult sanè amari Deus, non corde duntaxat inuisibiliter, sed & verbis factisque visibiliter. Quicumque ergo

Diligentes Deũ ij sunt qui omnia in bonum cooperantur.

Indicia quibus dilectores Dei deprehendi queant.

iuxta cordis affectum omnia sua & verba & opera iuxta verbi Dei præscriptũ componuntur, ij haud dubiè veri dilectores Dei & electi sunt. Quare si & nos verè electionis ac vocationis nostræ certiores esse velimus, per bona opera prodamus eã oportet iuxta illud Pet. 2. cap. 1. Fratres satagite, ut per bona opera certã vestrã vocationẽ & electionẽ faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundè ministrabitur vobis introitus in æternum regnũ domini & saluatoris nostri Iesu Christi, atque huc & illud Pauli 2. Timoth. 2. spectat, vbi is ita dicit inter alia: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit Dominus, qui sunt sui. Et, Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.

Sed quia non sat habet hæc vocatio Dei, sed omnino etiam nostra accedat voluntas necesse est, adiecit. *Nam quos præsciuit et prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Præsciens utique Deus est, prævidetque qui sint vocatione digni, dein prædestinavit, hos scilicet, quos sibi deuotos fore præsciuit, ipsosque eligit ad promissa præmia capessenda, ita quòd prædestinationẽ (& si non tẽpore, natura tamen) præcedit agnitio. Prædestinationem intellige, optimam & immutabilem Dei de electorum salute voluntatem. Porro sicut non de omnibus hominibus dixit, prædestinavit, ita nec de omnibus dixit, præsciuit. Quos enim præsciuit, prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui: Ergo bonos tantum præscire Deus videtur. nã cæteros non præscire, sed nescire dicitur. Nouit enim dominus qui sunt eius. Ad eos autem qui nõ sunt digni, ut sciantur à Deo, Saluator ait Matth. 7. Discedite à me, quia nunquam noui vos, operarij iniquitatis. Nam omne quod malum est, scientia eius vel præscientia quodammodo habetur indignum. Itaque quos ab æterno olim gratos fore prænouit, hos etiam prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui: Ad hoc ergo ut diuinæ prædestinationis effectũ consequamur, Dei filio nos conformari oportet: non quidem in mortuorum suscitatione, non in perscrutatione cordium, non in vniuersorum gubernatione, non in liquidi maris quasi solidi itineris calcatione, (hoc enim non Christianum esset, sed Luciferianum) sed in humilitate & mansuetudine, in paupertate & patientia, in castitate & innocentia, in obedientia vsque ad mortem, sicut in se nobis exemplum præbuit, dicens: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me, Iohan. 5. Hac proinde ratione pater quos dignos prænouit, conformes facit imaginis filij sui, ut quod ille est per naturam, hoc isti per gratiam adipiscantur, ut videlicet & ipsi nuncupentur filij Dei. Ad cuius gratiæ considerationem nos B. Iohannes hortatur, dicens, Videte qualem charitatẽ dedit nobis Deus, ut filij Dei

Electio ac vocatio nostræ per bona opera est ponda.

Prædestinatio.

Agnitiõ præcedit prædestinationẽ.

2. Tim. 2.

Omne malũ scientia Dei & præscientia indignum.

1. Iohan. 3.

nomine-

nominemur & simus: quorum ipse dicitur primogenitus, & est unde (Hebr. 2.) non confunditur eos fratres vocare, dicens, Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.

Consequenter enumerat prædestinationis effectus, cum subdit, *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & magnificavit.* Hic Apostolus depingit obiter ordinem iustificationis, & gradibus quibusdam ab eo quod est omnium primum, pervenit ad id quod est omnium summum, quod res sit firmitior & absolutior.

Primus gradus electio, seu prædestinatio est, hoc est, libera Dei voluntas, qua hominem ab æterno in sui & amoris & regni consortium elegit, idque citra vllum respectum vel meritum vel operum, ex sola mera & gratuita gratia sua.

Secundus gradus est vocatio, qua nimirum, Deus electum iam hominem factum, siue infantia, siue pueritia, siue iuventute, siue senectute vocat, non modo externa verbi sui prædicatione, sed & internè per Spiritum sanctum, cor electi innovantem, & fidei dono replentem.

Tertius gradus iustificatio est, hoc est, remissio peccatorum & donatio iustitiæ: simulatque enim Deus electum spiritu suo imbuat, ut & peccata sua ex animo agnoscat, & in Christum omnem suam fiduciam collocet: statim eum gratia iudicat per fidem, remittit illi omnia peccata: perinde habet illum iustum, ac si ab æterno iustus fuisset, dat quoque illi voluntatem & facultatem vivendi posthac iuste & sanctè. Hic tum bona opera & merita incipiunt, quæ tamen mera ac gratuita sunt donataque hæc demum electionis, vocationis, & iustificationis testimonia sunt, 2. Pet. 1. ac magis etiam iustificatum iustificat, hoc est, maiorem gratiam à Deo impetrant. Largitur enim Deus gratiam pro gratia, Ioan. 1.

Porro quartus gradus magnificentio, seu glorificatio est, hoc est, donatio immortalitatis, præmium vitæ æternæ. Hæc quidem bonorum operum & meritorum vocatur merces, imò merces quoque est, verum certè merces tanta, ad quam ne omnes quidem totius mundi afflictiones pares sunt, Rom. 8. quæ nec omnia omnium piorum bona opera sunt digna: eoque merito & ipsa à diuo Paulo gratia Dei vocatur, Rom. 6. & ab omnibus item sanctis patribus. In summa, gratia est electio, gratia est vocatio, gratia est iustificatio, gratia est glorificatio. Porro horum quatuor vnum, videlicet prædestinatio, in Deo est: reliqua tria, videlicet vocatio, iustificatio, magnificentio sunt in nobis. Nā prædestinatio nostræ salutis nequaquam in nobis est, sed occulta in thesauris suis apud Deum, sicut propheta ait: In manibus tuis sortes meæ. Discemus igitur hinc, non esse præsumendum alicui de meritis suis, nihil habere nos quod non

Ordo iustificationis depingitur. Iustificatio nis gradus quadruplices.

Glorificatio bonorum operum merces.

Prædestinatio in Deo solo occulta.

non acceperimus à Deo. 1. Cor. 4. eoque in solo Deo esse glorandum. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10.

Sensus ergo verborum hic est, Prædestinatos vocavit per Deum Christi prædicationem Iesu, iustificavit per mortem illius, glorificavit per resurrectionem, ac præmium immortalitatis. Siue vocavit per doctrinam Evangelicam, iustificavit per baptismum, glorificavit per dona spiritus. Aut dici potest hunc in modum; Quos Deus prædefiniuit, seu prædestinavit, in hoc scilicet, ut per Christum adducantur sibi, hos vocat etiam in communione Christi: & vocatos per hunc Christum suum, peccatis omnibus absolvit, id est, iustificat: tandemque imagine sua in eis restituta, & divinitate quadam plenius impertita, gloriosos & sui communione beatos reddit.

2. Secundo ostendit quod diligentes Deum, illa bona habent cum securitate. Nam cum ij verè prædestinati sint ad glorificationem æternam, nulla prorsus creatura incommodare salutem eorum potest, sed omnia inseruire eidem (velint nolint) oportet. Si velit eis nocere quispiam, habent pro se Deum potentissimum. Si quis eos coram Dei iudicio accusare aut condemnare propter peccata velit, habent Deum iustificatorem, Iesumque Christum advocatum & defensorem. Si quis intentare illis velit afflictiones & mortem, aut liberantur diuinitus, aut per afflictiones mortemque glorificantur mox vita æterna. Si labuntur in peccata, & remissionem consequuntur, & sollicitius post vivunt. Hinc subdit, *Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Ac si dicat: Si nos cum adhuc hostes essemus, post iustificationem acceptam tot bonis dignatus est Deus, quanto magis cum nos ille turabatur, quis tum poterit aduersari? *Quin etiam si in nos vel ipse terrarum orbis insurgat, in nostram gloriam divina sapientia hunc omnem vertet insultum.* Nam si Deus pro nobis, ut pater pro filiis, ut Saluator pro ijs quos ab æterno ad salutem prædefiniuit, vocavit, remissis peccatis cooptavit, paulò post gloria sua plenè donaturus: quis contra nos quicquam valeat, ut hanc plenam & solidam nostram felicitatem vlla ex parte imminuat?

Qui etiam proprio filio suo non pepercit, &c. Quis pater alteri cuiquam parcat amplius, quam filio? quid servatum æquè cupiat, atque proprium filium? imò quid non impendat quis, ut salvum habeat filium? At Deus sic pro nobis est, sic nostræ salutis studet, ut quo nos perpetuò salvi essemus, non solum filio suo non pepercit, nec eum quovis modo pro salute nostra impedit, sed tradidit ipse eum, ut pro nobis vel turpissima morte moreretur. Idem expressit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, &c. Quod hic Apostolus per proprium

M filium,

si prædicatione, morte & resurrectione prædestinatos vocavit, iustificavit & glorificavit. Diligentes Deum quæ bona habent cum securitate. Deus iustificator, Christus ad vocatus & defensor.

filius, id Dominus per vnigenitum expressit, nempe, verum, Christum Deum & hominem. Sequitur:

*Christus
omnium
malorum
propulsor.*

Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vt liberati peccatis, æternam vitam viueremus, Deus filium suum proprium, malorum omnium depulsorem donauit. Ergo cum hoc depulso rem malorum, conciliatoreq; bonorum omnium, donauit nobis omnia. Subdit:

Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. &c. Interrogationes istæ non videntur tam rogare, quam instare, & fiduciam veritatis exprimere: vt cum interrogatur, *Quis accusabit aduersus electos Dei?* responderetur, Nemo. Et quod subiicitur, *Deus qui iustificat:* ratio est confidentiæ, quam interrogatio præcedens expressit. Deo enim iustificante & absolvente quis ausit accusare? Et vt id quis ausit, & reos nos etiã peragar, præstò est satisfactio, mors Christi, imò potens aduocatus, qui nos omni quamlibet merita condemnatione eripiat, Christus mortuus, red: uiuus, & ad dextram Dei sedens & regnans. Hic enim interpellat pro nobis. Nemo ergo ausit criminari eos quos Deus nõ solùm vocauit, sed etiã elegit. Ecquis est qui condemnet spiritu adiuuante imbecillitatẽ nostrã, patre autem iustificante, filio verò pro nobis mortuo? Porro quos ipsa trinitas iustificauit, quis condemnet? quasi dicat, nemo. Hæc cerẽ irrefragabilia sunt. Animaduerte quòd nõ dixerit seruos Dei, sed electos, dignitatem illorũ amplificans. Item nõ dixit, *Qui remittit peccata:* sed quod maius est, *Qui iustificat:* ne per interpellationem, diminutionẽ quãdam intelligas. Primùm parẽ adeoq; æquam dignitatem posuit, nimirum quòd sit ad dextram patris, Deinde adijcit, interpellat: hoc intelligens, quòd per incarnationẽ, qua homo factus est, pro nobis ad patrem interpellat, quoniam ipse Põtifex est, vt ad Hebræos docetur. Vnde etiam Ioannes, 1. cap. 1. Aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hæc autem Apostolus explicat, vt Christianos oppressos & tribulatos consoletur, ne animum despondeant.

*Beneficio-
rum Chri-
sti memo-
res simus
oportet.*

Cum ergo ita comparatum sit cum dilectoribus Dei, simus & nos in horum catalogo. Meminerimus quot quantãque ille in nos contulerit beneficia: creando scilicet nos, cum nihil essemus: sed in primis tradito pro nobis filio proprio, cum perditum essemus, eligendo & iustificando nos, cum reprobis & iniustissimi essemus. Cogitemus item, non semel duntaxat Christum morte resurrectioneque sua expiãsse nostra peccata, sed etiam num intercedere pro nobis, placareque patrem: non quidem voce, sed passionis suæ merito. Ideo que quemadmodum Deus pater omnia sua nobis donauit, quẽadmodum Christus omnia pro nobis & passus est, & fecit: sic & nos, tum nos ipsos,

tum

tum omnia nostra addicamus perpetuò Deo: & in eius gratiam, & ad nominis ipsius gloriam, quiduis & faciamus & vitemus & patiamur.

Tertio Apostolus suo exẽplo ostendit quòd Dei dilectores & ab eo prædestinati, pro tot & tantis acceptis bonis, cū omni constantia & mentis firmitate illi adhærẽant, nec ob quæque pericula ab eo diuellantur. Nam postquã ineffabilem patefecit patris & filij & Spiritus sancti in nos charitatem, diuino spiritu totus accensus sic ait: *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? &c.* Respexit ad illud, *Quis accusabit aduersus electos Dei? Quis condemnet?* Pertinent enim hæc ad probandum propositionem hanc: *Omnia cooperantur in bonum, &c.* Prædestinatos & electos erigit Paulus, vt ne succubant, animũ uẽ despondeant audientes afflictionem, persecutionem, & huiusmodi. Omnium, inquit, dominamur per gratiam Christi. Omnibus, inquit, ad iniuriam expositi sumus, nos Apostoli videlicet, tanquã nos oporteat primũ mactari, cui sanè rei nihil cõtradicamus. Catalogum istorum quibus ipse & alij Apostoli initio exercitati sunt, exposuit. 1. Cor. 4. 2. Cor. 4. 6. & 11. Totum hunc locum August. lib. de doctrina Christiana. 4. ca. 20. profert velut exemplar orationis, quæ vehementiam cum ornatu coniunxerit.

Separabit à charitate. Charitas hĩc videtur accipi, qua nos dilexit Deus, & ad redamandum prouocauit. In hunc sensum accipiunt beatus Ambrosius & Augustinus: Chrysostomus intellexit de dilectione Dei in nos, propter verbum conclusionis sequentis, cum addit: *Quæ est in Christo Iesu.*

Et ne fortè ob id videantur ijs malis afflictari quasi à Deo destituti, prophetam inducit huiusmodi clamantem, contentemque illa plurimum consolationis habere, quæ propter Deum toleramus, etiam si quotidie mors ipsa sit subeunda: quod fieri voluntate potest, natura non potest. Sicut scriptum est, inquit: *Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis,* id est, oves occisioni destinata: Occisionis pro mactationis positum, Ea est, cum lanis contrectat & explorat pecudem, num idonea sit vt iuguletur. Locus hic desumptus est ex Psalm. 43. ac si diceret, quotidie repurati sumus vt oves mactationi destinatae, à quibus quotidie aliquæ mactantur. Vehemens est in eo Psalmo sanctorum quærelatio. Vide quæ in hũc locum apud Dauidem adnotata sunt.

Sed in his omnibus superamus. &c. Nõ solùm vincimus, sed etiã superuincimus, excellẽter vincimus, hoc est, per eos qui nobis insidiantur, coronamur. Insidiatores enim & aduersarij nostri sunt nobis coronarum suppeditatores, si modò iniuriam propter Christum feramus. 1. Petr. 4. In his omnibus supera-

M 2 mus

*Mentis fir-
mitate
Christo ad-
hærẽdum.*

*Propter
Christum
quotidie nõ
bis mors
est subeun-
da, volun-
tate, si nõ
natura.*

*Insidiato-
res & ad-
uersarij nõ
sunt, qui.*

mus non nostra virtute, sed per eum qui dilexit nos.

*Satā nobis
conciat, vt
à Deo de-
ficiamus.
Matth. 4.*

Certus sum, &c. Persuafus sum (hoc modo legit Hieronymus ad Algaiam. quæst. 9.) siue confido, habeo compertum de istis, quæ patimur, afflictione, angustia, &c. quòd nihil nos auellet à charitate Christi. Satan illa nobis concitat, & in hoc, vt à Deo deficiamus: tanquam nullam curam nostri gerente, aut certè nos odiente: id quod ipsi Iob, & Domino nostro Iesu Christo esurienti in deserto persuadere conabatur, sed Deus donat spiritum suum, quo superuincimus omnia, id est, perstamus in fide Christi immoti.

Neque mors, inquit, neque vita. Nihil in vita, nihil in morte: vel nihil inter viuos, nihil inter mortuos sic valet, & formidabile est, vt possit nobis auertere dilectionem Dei. Aut in hunc sensum dici potest, siue viuendum sit, siue moriendum, nihil tamen poterit incidere, quod alienet à nobis Deum.

*Virtutes an-
geli vltio-
num Dei
executores.*

Neque Angeli, neque principatus. Per angelos videtur intelligere non malos tantum, sed etiam bonos: vt huic dicto insit ea hyperbole, qualis inest illi ad Gal. 1. Si angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit; non quòd boni angeli auertere à Deo velint: hoc absit. Enimvero vehemens desiderium significare quærens, & ardorem erga Deum, ad hos sermones peruenit Paulus. Angelos autè videtur dicere administratorios spiritus, quos mittit Deus in ministerium propter eos qui hæreditatem capient salutis, Heb. 1. Principatus, angelos principatu, hoc est, ampliore imperio fungentes. Virtutes, qui mira & portenta efficiunt, vltionemq; Dei exequuntur in malos: quales erant qui euerterunt Sodomam & Gomorram, qui secuerunt mare rubrum, & alia miracula ediderunt pro populo Dei cõtra hostes eius. Dicit etiã potest & intelligi de malis angelis: quia peccata nostra merentur vt & malis angelis sua sit in orbe potestas. Distribuit Paulus hos quoque in malos angelos, rectores mundi, tenebrarum huius seculi, in principatus & potestates: vt Ephes. 6. Col. 2. Et 1. Cor. 5. loquitur de vtrisque; bonis & malis. Ita videtur in præfenti loco de vtrisque intelligere, cum dicit, nullos principatus nullasq; virtutes posse nos separare à Dei dilectione: vt tamen in eum sensum accipiatur qui præmissus est.

*Altitudinē
regnum,
profundū
gehennam
Paulus ap-
pellat.*

Neque instantia, neque futura, &c. Neque præsentia, neq; futura bona poterunt nos separare, &c. Aut dici potest, neque præsentia, &c. id est, nulla temporis longitudine fiet, vt à Domini gratia separemur. Ad Phil. 1. ca. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonū, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Altitudinem (vt opinantur quidam) regnum appellat, profundum autem gehennam: præterea æternam vitam, & æternam mortem. Aliter: id est, neque valde celebria, neque apprimè in-

celebria nos separabunt à dilectione Dei: neque alia creatura, etiam si alia tanta creatura esset, quanta est visibilis & inuisibilis, nihil quicquam tamen ab ea nos charitate diueller. Quia ergo supra audiuius, diligētib; Deum omnia in bonum cooperatura, & his neque peccatum, neque satanam, neque mundum, neque infernum nocere posse, idcirco quòd & nos tāta securitate gaudere possimus, ipsi quoq; sedulo diligamus Deum, hunc timeamus, huic fidamus, ad huius verbum & voluntatem nosmet componamus, hunc denique laudemus ore, corde, vita. Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

EPILOGVS.

1 *Consolatorius locus habens argumentum ab vtili: hoc est; Quæcunq; afflictio contingat à carne, mundo vel satana, eam prodesse, & misericordie Dei opus esse, quod nos iram aut plagam aliquando interpretamur.*

2 *Gradatione pulcherrima docet vnde sit salus nostra, nimirum ab electione Dei. Quos prædefinierat, eosdem & vocauit per Euangelium, vocatos iustificauit fide, tandem glorificaturus. Hæc prædestinationis necessitas, docens misericordiam Dei, quòd citra vlla merita prædefiniuit, grata est sita.*

Salus nostra in Dei electione

3 *Argumenta beneficentie Dei erga nos, maxima & summa solacia: Proprio filio non pepercit. Redamemus sic amati, nec quicquam separet nos à dilectione Dei, qua illi conglutinamur per Iesum Christum.*

IN FESTO EORVNDĒM APOSTOLORVM, EVANGELIUM.

In illo tēpore dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet, quā vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis. si feceritis que ego præcipio vobis. Iā nō dicā vos seruos. quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autē dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mādō vobis, vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis, mūdus quod suū erat diligeret: quia verò de mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mūdus. Memētote sermonis mei, quē ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequētur: si sermonē meū seruauerūt, et vestrū seruabunt. Sed & hæc omnia faciēt vobis propter nomē meū: quia nesciūt eū qui me misit. Si nō venissem et locutus fuisset eis: peccatū nō haberēt, nunc autē excusationē nō habēt de peccato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit, peccatum nō haberent, nunc autē & viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis.

Ioan. 15.

Hoc Euangelium necessariam nobis proponit doctrinam de vita verè Christiana, & quæ pericula homini fideli in hoc mundo sint expectanda, & quibus consolationibus se debeat sustinere, ne ab aduersarijs prorsus prosternatur. Christus enim in hac concione facit tria.

Fraterna dilectionis præceptum.

1. Primo cohortatur discipulos suos ad fraternam dilectionem dicens: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexistis vos.* quasi dicat, Moses vestros patres & maiores multis oneravit legibus, & multa eis tradidit præcepta: sed spiritum & facultatem seruandi & implendi ea non subministravit: Ego Christus hoc vnicum mandatum do vobis, vt inuicem diligatis, vt huius dilectionis virtute mihi inseramini: quod si feceritis, veri mei discipuli eritis.

Christianò fides sola nò sufficit.

Non enim sufficit in Christianismo, fidem ore confiteri: sed requiruntur etiam charitas, penitentia & legis obedientia. Fides excitat inuocationem, & inuocatio impetrat dilectionem, quæ facit arborem bonam. Fides autem ore iactata quamuis vera sit, si vitam per charitatē non corrigat, nec legem impleat, nihil prorsus prodest, nec facit arborem bonam. 1. Cor. 13. Hinc hæreses & schismata oriuntur. Nam quando nos iuxta doctrinam Apostoli Iacobi & Christi Iesu clamamus, fidem solam sine charitate esse mortuam, neminē. nq; iustificare, nec ipsam fidem facere nos veros discipulos Christi, sed illud charitatis esse officium: statim emergunt, qui contra Christum & eius Apostolum, falsò doceant solam fidem iustificare, & discipulos Christi nos facere, atque ad salutem sufficere: sed hæc opinio vt hæretica est reiicienda.

Fides iustificandi efficiat à charitate accipit.

Nos catholici dicimus cum Christo, quòd veri discipuli Christi cognoscantur in hoc, quòd inuicem se diligant. Est autem sciendum, quòd fides iustificet impiū, sed illa tantum, quæ per dilectionem operatur, dicente Paulo ad Gal. 5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur: Fides iustificat, ita tamen vt iustificandi virtutem & efficaciam à charitate recipiat. Vnde opera iustificati cum ex charitate procedant, nò solum sunt fidei testimonia, sed etiam charitatis actiones vita æterna dignæ propter spiritum inhabitantem vnde procedunt. Est autem dilectio præcipua virtus Christianismi. Nam iustificat impiū, Galat. 5. delet peccata, Lucæ 7. confert Spiritum sanctum. Actor. 2. facit nos manere in Deo, & Deum in nobis Ioan. 15. & 1. Ioan. 4. dat meritum æternæ vitæ promerendæ, est patiens & benigna, non æmulatur: non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit sua: non cogitat malum: omnia suffert, credit, sperat & sustinet: nunquam excidit. 1. Corinth. 13. Hæc dilectio discipulis erat valde necessaria:

quia

quia ab omnibus odium erat illis expectandum. Necessè igitur erat, vt se mutuo saltē amarēt, & cum Christi essent discipuli, necessè erat vt magistro summum exhiberent cultū, dilectionem, scilicet, erga Deum & proximum. Vnam fidē erāt prædicaturi, ideo necessè fuit ipsos vnum cor vnamque habere affectionem.

Impediunt autem dilectionem duo vitia: Auaritia seu cupiditas: de qua dicit Paulus 1. Timoth. 6. quòd radix sit omnium malorum: quæ sua tantum commoda quærit, per quam incidunt homines in tentationem, & in laqueos diaboli. Alterū est inuidia & odium: de quo Poeta: Impedit ira animū, ne possit cernere verum. Caueamus ergo Christiani, ab his furijis & oremus, vt Dominus charitatem & dilectionem diffundat in cordibus nostris per Spiritum sanctum, Rom. 5.

Modum dilectionis ex seipso tradit, d. *sicut dilexi vos.* Dilexit autem nos Christus, primo gratis & spontaneè, Osee. 14. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei: Rom. 11. Hinc Ioannes 15. In hoc est charitas, quòd ipse prior dilexit nos, &c. Et Paulus Rom. 5. Commendat charitatem suam Deus, quòd cum adhuc inimici essemus, &c. Deinde dilexit non nostra, sed nos: Item non peccata, sed personas. Præterea sic nos dilexit, quòd omnia sua ad dilectionē & cōmodum nostrum ordinavit: verba, opera, miracula, vitā, seipsum, corpus, sanguinē, animam, diuinitatem: verbis docuit, exēplis præcessit, miraculis confirmavit, & vitam expendit, seipsum obtulit, corpus & sanguinem in cibum dedit & potum, animam in pretium, diuinitatem in subsidium, & refugium contra diabolū. Eodem modo & nos iubemur diligere proximum.

Hoc præcepto interdicitur nobis quæcunque vindicta, quæ admodum Christus nulla iniuria ad odium, nullo damno ad vindictam permotus fuit. Dicitur enim Deut. 32. Mihi vindictam, & ego retribuam. Sicut enim Deo adimit gloriā, qui ipse se iustificat qui sibi sapientiam arrogat, ita Dei gloriæ derogat, qui vindictam sibi arrogat.

Maiores hac dilectionem nemo habet, &c. Hoc addit, ne quis subijciat, quemadmodum olim Iudæi, In quo dilexisti nos? Ac planè ostendit, quòd non tantum nos dilexerit, sed & summè dilexerit, & summo gradu. Habet enim dilectio gradus quosdam: Infimus gradus est, vbi quis diligit diligentē se. Hoc enim etiā Publicani & Ethnici faciūt, Matt. 5. Altior autē gradus est, si diligit eū qui nò benefacit, aut diligit. Summus autē, si diligit iniquū, qui & odit & malefacit. Sic magna charitas est benefacere de suo: Maior autē benefacere de seipso: maxima autem, mori pro his, quos diligis. Facile enim peccatiam & operam impendimus, non sic autem vitā, quæ cha-

M 4

rissima

Auaritia & cupiditate homines incidunt in laqueos diaboli.

Dilexit nos Christus gratis & spontaneè, & non nostra.

Christus sua omnia ad cōmodum nostrum ordinavit.

Proximum diligere iubemur, sicut dilexit nos Christus.

Malach. 1. In summo gradu dilexit nos Deus.

Dilectionis & charitatis gradus tres.

*Curtius et
duo Decij
pro patriæ
amore mor-
tui.*

*Nemo pri-
or Christi
dilexit.*

*Summā di-
lectionem
à nobis
Christus
exigit.*

*Amicitia
vera nihil
in manda-
to iucun-
dus.
Nulla ami-
citia homi-
num est glo-
riosior, uti-
lior, constā-
tior quā
Dei.*

rissima est. Viroque autem modo Christus summam charitatem, & qua maior esse non potest, ostendit. Nam & inimicos dilexit, & denique vitam pro eis impendit. Nec huic dilectioni simile est, quod aliqui gentilium pro patria mortui sunt: ut Curtius & duo Decij, qui se pro patria deuouerunt. Hoc enim fecerunt laudis cupiditate, & honorifica mortis consuetudine, qua mortis horror vel parte aliqua molitur. Proinde non est vera charitate, qua ciues diliguntur, hoc proficiscebatur, sed qua potius vnusquisque se suamque gloriam diligit. Mori autem turpiter idque inimicis, hoc opus, hic labor est. Posset adhuc inueniri qui gloriosa morte pro amicis occumberet, sed qui turpi morte & pro inimicis moriatur, nemo facile inuenietur.

Quod autem Christus dicit, *pro amicis suis*; non intelligit de his qui ipsum dilexerunt. Nemo enim Christum prior dilexit, sed hi quos ipse adhuc inimicos existentes, prior dilexit, & morte sua amicos fecit. Vnde Paulus, pro bono forsitan quis mori sustinet. Commendat autem charitatem suam Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est, Roma. 5.

Hoc suo exemplo Christus docet non simpliciter à nobis exigere dilectionem, sed summam, quasi opus fuerit, etiam vitam pro fratribus ponamus. 1. Ioan. 3. Vbi videre licet, quantum nos absumimus ab hac dilectione, qui etiam grauamur vel minimū quid fratribus impendere. Signanter autem hoc verbo monet Apostolos ad fortitudinem, ut & ipsi exemplo suo discant proximorum salutem pluris facere, quam sua ipsorum incommoda, vel etiam mortem.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ, &c. Ne caufferetur de grauitate præceptorum, addit promissionem, & quidem non vulgarem, Amicitiam enim suam offert, quæ quantum bonum sit, vel ex hoc conijci potest, quod etiam in mundo nihil iucundius est amicitia vera & sincera. Nulla autem amicitia hominū gloriosior est, quā amicitia Dei. Hæc est, de qua tam magnifice sancti gloriantur, ut Ioannes 1. cap. 3. Videte, inquit, qualem charitatem dedit nobis Deus. &c. Et 2. Pet. 1. Quoniam omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt, &c. Deinde nulla amicitia utilior est quā Dei: id quod manifestant exempla Patrum & omnium piorum. Præterea, nulla amicitia constantior: Deus enim quos semel in amicitiam suscipit, perpetuo retinet, nisi ipsi desistant. Nūquid, inquit, Isa. 49. potest mater obliuisci infantis sui? &c. Ego tamē non obliuiscar tui. Ad hæc nulla amicitia insignis tam facile acquiritur, quā amicitia Dei. Tantum enim dicit: *Si feceritis quæ præcipio vobis*, Omnes igitur possumus hæc amicitiam adipisci, quicun-

quicunque tandem sumus, si ipsius præcepta seruamus. *Iam non dicam vos seruos.* Hoc loco Christus subiicit testimonia amoris sui erga nos: quorum primum est, quod nos non seruos, sed amicos fecerit. Serui erant omnes homines, quia peccatores, Ioan. 8. Omnis enim qui facit peccatū, seruus est peccati: Nemo nostrum audebat coram Deo comparere, nemo audebat sperare hæreditatem Dei, quin suo tempore etiā e domo Dei eijciendi eramus. Seruus enim non manet in domo in æternū. In hoc mundo seruos nos fecit peccatum. Deinde serui eramus diaboli qui potenter nobis dominabatur, & quocunque volebat nos ducebat. Præterea & lex seruitutis iugum augebat, quæ & multa & ardua exigebat, nec tamē vires sumministrabat, quo fiebat, ut legem quidem ferētes, inuita tamen & reluctantes sola spe mercedis, aut timore pœnæ sequerentur. Atqui legem sic obseruare verè spiritus est seruitutis, non spiritus filiorū. Christus igitur dicendo: *Iam non dicam vos seruos*, ostēdit quod ipse nos & à peccatis, & à diabolo, & à lege liberare possit & velit, non ut lex non fiat, sed ut non damnet. Item ut volūtariē fiat & seruetur, quod solus Spiritus sanctus præstat, quem Christus dat. Emphasim autem habet, quod dicit (Iam) iam, inquit, per passionē meam peccatū abolebo, Iam cum diabolo congregiar, & vincam, Iam maledictum legis destruiam, factus maledictum. Rom. 8. Iam spiritum vobis impetrabo, quo deinceps Dei præcepta non seruii spiritu, sed spiritu adoptionis, spiritu libertatis impleatis.

Quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Sicut Paulus discernit filios in hunc modum, filios esse, in quibus spiritus adoptionis est, Rom. 8. Seruos in quibus spiritus non est, filios hæredes esse vitæ æternæ, seruos eiici: sicut & solus Isaac hæreditatem patris adeptus est, Ismaël alio ablegatus, Galat. 4. Ita Christus hic discernit seruos ab amicis, quod serui nesciāt volūntatem domini, amici sciant. Non solemus enim seruis concedere arcana consilia. Verè autem dictum est, Seruus nescit quid faciat dominus eius. Qui enim peccati & diaboli seruus est, non intelligit opera Dei, etiam in creaturis, nec attendit, cur quodque faciat Deus. Nescit ex creaturis cognoscere creatorem, eiusque potentiam & bonitatem, Rom. 1. Sed nec scit aut intelligit, quid Deus pro salute hominum fecerit & faciat, nec intelligit quid in futuro de bonis & malis futurū sit. Hinc Christus Lucæ 19. Si cognouisses & tu, &c. Sed abscondita sunt ab oculis tuis, &c. Matthæi 11. Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, &c. Tanta est cæcitas & ignorantia impiorum: Deinde etiam qui sub lege seruit nescit, quid faciat dominus eius, nescit quid sibi velit lex, nescit quod non ad iustificationem data sit, sed ad peccati ostensionem. Deinde nescit

*Homines
omnes ser-
ui erāt
quia pecca-
tores.
Peccatum
seruos nos
omnes fecit
Seruitutis
lex iugum
augebat. ar-
dua exige-
bat, nec vi-
res submi-
nistrabat.*

*Filij Dei
sunt in quib-
us spiri-
tus est ado-
tionis.
Seruorum
& amico-
rum distin-
ctio.
Peccati &
diaboli ser-
uus dei spe-
ra, consiliū
& bonam
voluntatē
nescit.
Lex non ad
iustificatio-
nem, sed ad
peccati ostē-
sionē data,
nescit*

nescit cur Dominus aduersa immittat, ideo cum mali quippiam acciderit, irascitur, impatiens est, blasphematur, &c. Item nescit bonam Dei voluntatem etiam in aduersis constare, nescit quid de Deo boni sperare possit. Pij autem sciunt consilium Domini esse, remittere peccatum, iustificare credentem, sub cruce benedicere, sub morte viuificare, &c.

*Hominis
Christiani
dignitas
quod Dei
amicus di-
tatur, et est.
Ephe. 1. et
2. Ioan. 2.
Per Chri-
stum ad pa-
trem acces-
sum habe-
mus.*

*Amicitia
& dilectio
nis signum
maximum*

*Omnia ad
salutem ne-
cessaria no-
bis Chri-
stus mani-
festauit.*

*Exordium
& finis
aut nostre
salutis per-
fectio.*

Vos autem dixi amicos. Magna Christiani hominis dignitas, quod amicus Dei dicitur, & est. Hinc enim securè accessum habet ad Deum; hinc nihil non à Deo expectare & petere audeat; hinc etiam ad hereditatē filiorum Dei admititur, &c. Verum unde hæc tanta gratia? Ego, inquit, vos dixi amicos. Ego illud nomen imposui, ad hunc honorem perduxī. Per ipsum enim gratificauit nos. Et per ipsum accessum habemus ad Patrem: Et de plenitudine eius accipimus. Monet igitur hoc verbo, ut deinceps non ut serui, sed ut amici, in domo Dei conuersemur: hoc est, ut non tantum timore pœnæ, vel spe mercedis mala fugiamus, & bona faciamus, sed amore & voluntate, ut Deo complacamus: monet etiam ut in amicitia Dei, quam accepimus, maneamus: iuxta illud, Manete in dilectione mea.

Quia omnia quæ audiui à Patre meo nota, &c. Signū amicitia & dilectionis est, quod nobis voluntatem Patris, hoc est, Euangelium annuntiauit. Nisi enim nos dilexisset, non tanta bona nobis reuelasset. Magni igitur æstimemus verbū Dei, & Euangelium: quandoquidem audimus, quod solis amicis conceditur. Obserua quod non simpliciter dicit, Omnia vobis nota feci, Non enim necesse est simpliciter omnia nosse, sed addidit, Quæ audiui: non dicit, quæ scio, sed quæ audiui: hoc est, quæ iussus sum manifestare. Omnia, inquit, quæ ad salutem vestrā necessaria sunt, & iam ostēdi per verbum meum, & deinceps ostendam per Spiritum meum. In hunc modum & Ioannes dicit, 1. cap. 2. vñctio vos docebit de omnibus. s. ad salutem necessariis. Cæterum per hoc quod dicit, se ea à Patre audiuisse, innuit, quod qui verbum suum recipit, non solum eius, sed & patris amicus efficitur. Omnia hæc eo tendunt, ut videamus quæ à Deo donata sint nobis, 2. Pet. 1.

Non vos me elegistis, &c. Paucis & breuissimis verbis hic explicat exordium & finem, vel perfectionē nostræ salutis, ut non absurdè hic exclamare possim cum Mose, Deuter. 6. Verbum quod hodie tibi præcipio, semper sit in corde tuo, narrabisque filiis tuis, sit quasi signum in manu tua, &c. Docet autem hoc primo verbo quod Deus nullius hominis debitor est, q. d. Qui per alios honores aliquos cōsequuntur, merito eorum debitores sunt. Vos autem me non elegistis, nihil mihi priores cōtulistis, nullius vestrum debitor erā, nihil meriti eratis, ut ad tantam gratiā perduceremini, poterā & vos cum alijs relinquere, quod

quod in vobis est, non minus periissetis, quam cæteri infideles. Sic in Isaia dicit, cap. 43. Non me inuocasti Iacob, &c. sed seruire me fecisti in peccatis tuis, &c. Sic Paulus ait Ephes. 2. Gratia saluari estis per fidem, non ex operibus: Dei donum est, ne quis gloriatur. Item Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, &c.

Sed ego elegi vos. Quo verbo ostendit unde sit salutis nostræ principium, Ego, inquit, elegi vos, Quod potest intelligi, vel de electione ad Apostolatū, vel de electione æterna ad salutem. Vtrobique enim gratia est, non meritum, & vtrunq; per Christum fit. In ipso siquidem & per ipsum elegit nos Deus ante mundi constitutionem, Ephes. 1. Ipse item est, qui ascendens in altum, dedit dona hominibus. Et alios quidem dedit Apostolos, alios Euangelistas, &c. Ephes. 4. Singulæ autem dictiones emphasim habent. Ego, inquit, qui Deus sum, ac propterea nullius indigens, ego qui punire & damnare poteram, non simpliciter assumpsi, sed elegi vos, multis alijs neglectis, ex massa corruptionis. Elegi autē vos qui in nulla re præ alijs conspicui eratis. Non, inquit, elegit te Dominus, quod maior esses alijs, sed tantum ob id quod dilexit, &c. Deuteron. 7. Nec propter iustitias vestras, cum sis populus duræ cervicis. Deuteron. 9. Elegi vos non diuites, non potentes, sed vos pauperes, idiotas, &c. Videte igitur vocationem vestram fratres, 1. Corinth. 1. Docet igitur Christus hoc verbo, quod ipse sit auctor nostræ salutis. Deinde quod gratia est, quicquid habemus, siue sint dona illa iustificantia, fides, spes, charitas, Spiritus sanctus; siue externa illa dona, quæ alio nomine dicuntur gratiæ gratis datæ: de quibus Paulus in prima ad Corinth. 12. Et ad Ephes. 4. scribit, vtraque dona per Christum accepimus, vtraque in ipsum referenda sunt. Sequitur:

Et posui vos ut eatis. Iterum alludit ad parabolam de vite & palmitibus. Sicut, inquit, ex vna vite plures palmitēs nascuntur, quorum aliqui postea & ipsi plantentur, ut ex vna vite cum tempore efficiatur tota vinea: sic & ego vos posui & plantaui, ut & alii ex vobis pullulent, sicque totus mundus impleatur. Posui vos ut eatis, vos latius extēdatis. Non enim tantum vestri causa electi estis, sed & pro salute aliorum. Item posui vos ut eatis: nolite sedentes expectare, donec homines ad fidem veniāt, sed errantibus manum porrigite, & etiam audire nolentibus, imo & persequentibus sermonem salutis ingerite, &c. Hoc est officium Apostolorum. Pertinet hoc verbum etiam ad omnes. Ideo enim in Ecclesia positi sumus, non ut nobis tantum consulamus, sed ut etiam alios, quos possumus adducamus. Item ideo in Ecclesia positi sumus, ut eamus de bono in melius, de fide,

*Salutis no-
stræ princi-
piū ex eter-
na electio-
ne ad salu-
tem, pēdet.
Elegit nos
Deus, quia
dilexit.*

*Salutis no-
stræ au-
thor Chri-
stus.
Donorum
alia inter-
na, alia
externa.*

*Episcopi in
Ecclesia
positi non
ut sibi, sed
ut salutē
aliorum
consulant.*

fide in opus: semperque proficiamus, non ut sedeamus, multo minus ut retrocedamus.

Episcoporum munus est, ut in horrea domini fructus afferant. Pastoris est ut bonis operibus diues fiat.

Et fructum afferatis. Quod etiam refertur ad Apostolos, quorum officium est fructus terre in horrea Domini, iuxta illud Psal. 25. Euntes ibant & flebant, mirantes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hinc Paulus 1. Corin. 9. Vix mihi si non euangelizauero. Signanter autem dicit, *ut fructum afferatis*, non ut ab alijs fructum accipiat, sed ut ipsi alijs prolatis. Licet quidem pastoribus accipere de lana ac lacte ouium, sed non hoc potissimum est, quod eis incumbit, sed pascere, custodire, fouere, &c. Deinde etiam ad omnes nos pertinet verbum hoc: nobis enim indicitur, ut fecundissimi operibus bonis, si non volumus excindi, & in ignem mitti: hinc David dicit, Psalm. 91. Iustus ut palma florebit, &c. Et Christus Matth. 5. Luceat lux vestra coram hominibus. Et Paulus 1. Tim. 6. Studeant diuites fieri bonis operibus.

Euangelium verum est in aeternum constans.

Et fructus vester maneat. Manet fructus Apostolorum, quia sunt Ecclesiae in aeternum manentis fundamentum, Iesu Christo summo angulari lapide existente, Ephes. 2. Deinde ideo manet fructus eorum, quia praedicant euangelium, quod est verbum in aeternum constans. Luc. 21. Caelum & terra transibunt, verba autem Christi non. Praeterea ideo etiam fructus eorum manet, quia pro labore suo in aeternum praemiabuntur. Hoc igitur verbo Apostolos consolatur, ne propter suam humilitatem desperent se quicquam posse in mundo fructificare. Non solum, inquit, fructificabitis, sed etiam fructus vester manebit. Manet & piorum fructus, propterea quod sunt fructus spiritus in aeternum manentis, Galat. 5. Deinde quod & ipsi aeternaliter praemiabuntur. Admonemur ergo hoc verbo, ut ea operemur, quorum fructus perpetuo manent, non temporalia quae transeunt. Qui enim in carne seminat, de carne metet corruptionem, Gal. 6. Thesaurizate ergo vobis thesauros in caelo, &c.

Piorum fructus in aeternum praemiabuntur.

Spiritus S. fructus primus, oratio 1. Ioan. 4. Ante omnia a Christiano exigitur charitas.

Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, &c. Ne vel de labore, vel sua infirmitate causentur, addit insignem promissionem, qua ostendit unde auxilium sit petendum, ut fructificare possimus, nempe, a Deo per orationem. Primus fructus Spiritus S. oratio. Misit enim Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater, Rom. 8. Manet autem iste fructus in nobis, nam quamprimum renati fuerimus e spiritu, sine intermissione Deum ut patrem appellamus. Unde Paulus 1. Thes. 5. Sine intermissione orare. Non igitur habet Christianus quod conqueratur de impossibilitate praceptorum, cum tantam habeat promissionem & toties repetitam.

Hec mando vobis, ut diligatis inuicem Hoc iam tertio praecipit charitatis repetit, ut sciamus ante omnia a Christiano exigi charita-

charitatem. Hinc cum dixisset Apostolorum officium esse, ut euntes fructum ferant, praedicando scilicet gentibus, congrue subiecit praecipit dilectionis, quod vel solum eos ad huiusmodi pios labores inducere debet. Qui enim cogitat sibi praecipit esse ut diligat proximum, is non facile fugiet pro salute proximi labores subire. Praeterea dicturus de futura ipsorum persecutione, praemittit praecipit dilectionis. Non paruum enim solatium praestat in aduersis, mutua dilectio fratrum, ut quando nullum a mundo habemus solatium, saltem inter nos alter alterum consoletur.

Fratrum mutua dilectio praestat in aduersis solatium maximum. Christus et Romana Ecclesia docet inimicos diligendos. Mundus docet odiendos esse fideles, negatque dignitatem ac virtutem. Mundus prius Christum odio habuit, quam nos. Melius est cum sanctis pati, quam cum impijs gaudere. Consolatio maxima inde nobis oritur, quia dominus maioris passus est.

2 Secundo, in hac concione praedicat Christus suis discipulis persecutionem, & admonet ne patiantur se ea diuelli a Christi & mutua dilectione. Mundus vos odio habebit & persecuetur: non ait: persecuetur vos odio rex quidam, princeps aliquis, fratres, famulus, vicinus, vna ciuitas, aut vnum tantum regnum: sed totus mundus, qui nihil aliud est, quam coetus hominum contemnentium verbum Dei, non credentium Euangelio, abnegantium veritatem, negantium Ecclesiam Romanam, non agnoscentium septem sacramenta, non confitentium charitatis iustitiam. Hic coetus iunctus principi & capiti suo diabolo, catholicos omni tempore & loco persecuetur. Necessesse est ergo ut tantum odium mundi nimia charitate mei superetis. Nunquam enim conueniet inter Christum & mundum. Nam Christus, Apostoli, & Ecclesia catholica Romana, docent diligendos esse inimicos, charitatem iustificare, opera iustificationum, quia Spiritu Christi fiunt, digna esse vita aeterna. Mundus vero docet odisse quotquot vere fideles sunt, ut qui filij Christi sint, negat charitatis virtutem, & eius dignitatem, facitque iniuriam Spiritui sancto, qui in nobis uiuit.

Cum enim mundus maior sit pars, nempe, Turcae, Gentiles, Iudaei, Barbari, Lutherani, Hugonistae, Geusiani, videtur pios omnes oppressurus. Sed consolatur nos Christus, dicens: *Ego elegi vos.* Item: *Scitote quia mundus me priorem vobis odio habuit.* Ac si dicat, nihil noui vobis continget: vetus mundi ingenium est, quod ingratus est in bene consulentes. Hinc 1. Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mundus: Nec solum cum omnibus sanctis, sed cum capite vestro Christo patiemini. Multo autem melius est cum sanctis & Christo pati, quam cum impijs gaudere. Si enim cum illis patimur, simul etiam cum illis glorificabimur, 2. Corinth. 1.

Non est seruus maior domino suo. Nihil enim est quod aequale consolari potest hominem, & patientem reddere, quam si cogitet se non maiorem esse domino. Quomodo enim audebit murmurare, cum videat dominum eadem, imo maiora passum esse? Quomodo audebit dulcia appetere, qui videt dominum spinis coro-

coronatum? Hoc modo Elias cōsolabatur seipsum, 3. Reg. 19. Obsecro, inquit, Domine, tolle animā meam. Non enim melior sum quam Patres mei. Summa: Ideo nos elegit, vocavit, iustificavit Deus, ut efficiamur conformes imagini filij eius, Rom. 8. Christus crucifixus est, nemo ergo meliora sperare debet. Qui, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, Matth. 16.

Inimicium
vtrum con-
suetudo.

Si me persecuti sunt & vos persequentur. Hæc enim inimicitiarum consuetudo est, quod qui dominum persequuntur, etiam seruos fidelitari eius studentes persequantur, Luc. 23. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? inquit Christus. Qui in Deum impius est, quomodo pius erit in proximum?

Ideo non à
predica-
tione cas-
sandum, si
pauci cre-
dunt.

Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Si me in verbis meis insidiosè obseruauerunt, & vobis laqueos ponent. Vel si mihi crediderunt, & vobis credent. Quo verbo monet, ne ideo à prædicatione cessent, si pauci credant. Nam & Christo pauci crediderunt. Et Moses fidelis in domo Dei, ex omnibus quos ex Aegypto duxit, vix duos in terram promissam induxit, Num. 14. Et prophetæ nusquam non conqueruntur se non audiri. Domine, inquit Esaias 53. quis credidit auditui nostro? Item 49. Hæc dicit Dominus, ut reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. Et Oseas 7. Ego, inquit, erudiui eos, & ipsi cogitauerunt in me malitiam. Exemplo igitur agricolæ, ager diligenter colendus, sed fructus Deo cōmittendus, quod ipsius opus est, ipse dat incrementum, 1. Cor. 3. Paulus plantat, Apollo rigat. Summa.

Agri fru-
ctus Dei
est opus.

Ex his omnibus mirifica & incōparabilis oritur nobis consolatio, quæ minuit dolorem, cum scimus Christum eadem & maiora passurum, quam nos patimur: cum scimus etiam nos non de mundo, id est, de regno satanæ, sed membra Christi esse. Et hæc eo attentius obseruemus, quo maior est, ac dignior, qui nobis doctrinam proposuit. Quis enim dubitabit crucem subire, quam Christus ascendit? quis contemnat Ecclesiam Romanam, quam Christus ædificauit? Incredibilem quoque lætitiā pariunt Christianorum animis verba illa Christi, Ego elegi vos: Scitote quia me mundus priorem vobis odio habuit. Quis est tam stupidus, qui non vltro luctusque grauissima quæque pro Christo Iesu, & pro eius Ecclesia catholica, atque eius doctrina, tormenta, conuitia, probra, & alia, quæ mundus excogitare poterit, non toleret, potius quam ab ipso deficiat?

Ego elegi
vos incre-
dibilis læ-
titiæ sit ani-
mæ Chri-
stianorum.
Cōsolatio-
nis genus
quadruplex.
Primum.

3 Tercio, in hac concione consolatur Christus discipulos, ut patienter ferant futuras, & iam imminentes afflictiones. Est autem hæc consolatio quadruplex. Sic enim ait 1. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* Hic considerabimus iniquum

Iniquum esse seruū illū, qui cum videat herū suū pane & aqua contentū, velit vīno & delicatissimis cibari. Nō decet nos igitur crucem, quæ est symbolū ducis nostri militare, abhorrere.

2 Ait, *De mundo non estis, sed ego eligi vos de mundo: propterea odit vos mundus.* Hic cōsiderabimus, quod Christus nos elegerit de mundo, qui si sua misericordia nos nō elegisset, ex mūdo & de mūdo, sicut cæteri essemus, & perditū. Et quia Christus nos elegit, & relicto mundo ipsum sequimur, cōfitemur, & imitamur: ideo mundus nos odit. Mala autem scabies nō amat nisi commodè scalpentem. Obserua hinc malitiam mūdi, quod ne dum malus est in se, sed & bonos odit, & argui non vult, quod est certissima damnatio eius. Prouer. 29. Viro qui dura ceruice corripientem contemnit, repentinus superueniet interitus.

Secundum.

Scabies ma-
la cōmode
amat scal-
pentem.

3 *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, &c.* Hic considerabimus tormenta & reliqua grauissima mala, Apostolis, martyribus, à tyrannis & mundo illata, nō propter sua peccata, sed propter confessionem nominis Iesu illis fuisse inflicta. Quia credebant & confitebantur Iesum esse salutem, saluatorem, redemptorem, reconciliatorem animarum nostrarum: ideo illos neci dabant. Fœlices eos qui pro Christo patiuntur, atque reliquos pios catholicos, qui propter nomen Christi & eius sponsæ Ecclesiæ Romanæ, persecutionem patiuntur. Hinc B. Petrus 1. cap. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati. Itē, communicātes passionibus Christi gaudete, ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Et illud Eccl. 4. Pro iustitia agonizare pro anima tua, &c. quia Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Ostendit igitur Christus hoc verbo sibi fieri, quicquid mali piis infertur, iuxta illud Lucæ 10. Qui vos spernit, me spernit. Et illud Zach. 2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.

Tertium.

Grauiissima
tormenta nō
nisi propter
confessionē
nominis Ie-
su martyri-
bus illata.

4 *Nesciunt me & oderunt me: Qui autem me odit, & patrem meum odit.* Hic considerabimus, quemadmodum olim Iudæi errabant, dicētes se nosse Deū ipsumque Patrē habere, cum Christum verum eius filium persequerentur, ita & nunc nostri temporis hæretici errant, dicētes se nosse Christū, cū eius sponsam Ecclesiam Romanā summo odio prosequantur. Qui odit Ecclesiam Romanam, odit & Patrem eius, & sponsum Christum Iesum Saluatorem nostrum: qui illā, regit, gubernat, protegit, atque defendit. Hinc implerem oraculum, Psal. 34. *Quia odio habuerunt me sine causa, imò retribuēbāt mala pro bonis.* Quibus verbis indicat Iudæorum peccatū in summo gradu esse Tolerabile siquidem est apud mundum saltē, si quis prouocatus aliquē odit, utcunque ignosci potest, si quis ignotum oderit, cæterū quis ignoscat illi, qui & notum & benemerentem odio prosequatur? Gratis igitur odiebant Christum, quia nihil mali ipsis fecerat,

Quartum.

Hæretici
ideo errant
quia Chri-
sti spōsam
odio prose-
quuntur.

*Iudaei gra-
tis Christi
odio habe-
bant.*

fecerat, nec quicquam mali in ipso erat, neque aliquam odij causam, sed summæ dilectionis fomitem illis præstabat. Qui igitur veri discipuli Christi sunt, doctrinam eius quam Romana tenet Ecclesia, charam habeant. Si ob istam causam complures odio ipsos prosequuntur, nec mirètur neque turbentur: nam Christum etiam mundus odio magno persecutus est: non debet esse seruus supra dominum, discipulus supra magistrum. Quin lætentur ut qui pro Christi nomine patiantur, & à Christo sint electi, ut cum ipso in æternum regnēt in gloria, Amen.

E P I L O G V S.

*Mutue di-
lectionis
qualitas et
utilitas.* 1. *Sine chari-
tate bona
reliqua non
profunt.* 1. *Ciuitas Dei
& diaboli
ab exordio
mundi con-
strui cepit.
Ciues san-
ctorum qui
dissimiles
sunt mundo.* 1. *Ostēdit mutue dilectionis necessitatē, qualitatem, & utilitatē. Ipsa enim in medijs malis magno est solatio, inuictos reddēs cōtra omnia mūdi mala odiaque. Vnde Apost. Coloss. 3. Super omnia autē charitatem habete, quod est vinculū perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris in quo & vocati estis in vno corpore. Augustinus, bonus magister dilectionem saepe commendat, tanquā sola præcipienda sit, sine qua non profunt cetera bona (1. Cor. 13.) & quæ non possit haberi sine ceteris bonis quibus homo efficitur bonus.*
2. *Due ciuitates ab exordio mundi construi cœperant: Prima Dei, altera diaboli: Prima bonorum, altera malorū. Et hæc ciuitates semper sibi aduersantur. Ciues Babylonicos mundus diligit, ut suos: ciues verò Ierosolymitanos odit et persequitur. Nō tamē de hoc tristandum, sed potius gaudendum. Per hoc enim aperitē monstratur, quod ciues sint sanctorū, quod mundus dissimiles, quod iusti, quod veritatem dicant. Suo enim tēpore stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Sap. 5.*
3. *Causa omnium malorum quæ mundus agit, est quod nesciunt Deum & quod non attendunt quod filium miserit.*

IN F E S T O O M N I V M S A N C T O R V M

E P I S T O L A.

Apo. 7.

Ecce ego Ioannes vidi alterum angelū ascendentē ab ortu solis, habentē signū Dei viui, et clamauit voce magna, quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorū. Et audiui numerū signatorum centū quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorū Irael. Ex tribu Iuda duodecim millia signati. Ex tribu Rubē duodecim millia signati. Ex tribu Gad duodecim millia signati. Ex tribu Azer duodecim millia signati. Ex tribu Nephtalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse duodecim millia signati. Ex tribu Simeō, duodecim millia signati. Ex tribu Leui duodecim millia signati. Ex tribu Isachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph duodecim millia signati. Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stātes ante thronum

thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo, nostro qui sedet super thronum & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen, benedictio & charitas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.

IN H A C lectione Apocalypfica describitur nobis vniuersa communitas, & politia Sanctorum, hoc est, Ecclesiæ mysticæ. Et sunt tria præsertim quæ in ea proponuntur, quæque & nos expendere oportet.

1. Primum est, quisnam sit Ecclesiæ seu Sanctorum auctor, Ecclesiæ collector, custos, & propugnator, de quo Apostolus sic inquit: *Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentē sigillū Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Quemadmodum autem Satan princeps huius mundi est, Ioan. 14. sic etiam in mundo dominatur, imò tyrannidem exercet in suos. Nam hoc datum illi est à Deo, ut quando impij & increduli nolint resipiscere, ipse eorum sit dominus & tyrannus. Verūm ille, qua est crudelitate præditus, non satis habet suorū dominari, sed & electos Dei, ipsam nimirum Ecclesiā insuper aut in suū consortiū abducere, aut extinguere conatur. Hinc nempe & Dominus dicit, Videte: Satanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticum. Quare ne ille pro sua libidine cū Ecclesia agat, accedit angelus ille ab ortu solis ascendens & habens sigillum Dei viui, nimirū ipse Iesus Christus seruator noster. Nam is ab ortu solis ascendit verè, hoc est, ab alto cælo oritur: verus ille oriens & sol iustitiæ, verus Messias & Dei viuētis filius; quò ascendit, ut interpellaret pro nobis, qui secundum humanitatē angelus seu nuntius fuit, secundum verò diuinitatē, est sigillum Dei viui, hoc est, expressa imago inuisibilis Dei & paternæ gloriæ, Colos. 1. Hebr. 1. Is, inquam, auctor & caput Ecclesiæ est, Ephes. 5. Is Ecclesiæ est collector, Ioan. 10. & 11. Is quoque Ecclesiæ est defensor ac custos, Ioan. 17. Roman. 8. Is voce sua magna, sua diuina potestate, suo verbo prohibet quatuor angelis, terræ & mari nocituris, hoc est, ipsis dæmonibus, ne noceant Ecclesiæ, sanctis, electis, credentibus, ne eis vel capillum vnicum auferant. Permittit quidem illis nonnunquā, ut in externū sæuiant corpus, at ut in animam, nequaquam. Sic enim ait Ioann. 10. Oves meæ non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Sic & Ioan. 16. In mundo pressurā habebitis, sed cōfidite, ego vici mundū. Et apud eundē 17. ad Patrē: *Christus permittit vt demones aliquādo in corpus externū sæuiāt: non in animam.**

N Quos

Quos dedisti mihi, inquit, ego custodiui, & nemo ex eis periit. En tanto auctore, propugnatore, collectore, custode, & assertore gaudet Ecclesia.

2 Secundum autem est, quibus populis constet Ecclesia, seu è quibus populis collecta sit, de quo Ioannes sic ait, *Et audiui numerum signatorum, centum & quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda: 12000 signati. Ex tribu Ruben: 12000 signati. Ex tribu Gad: 12000 signati. Ex tribu Aser: 12000 signati. Ex tribu Nephtalim: 12000 signati. Ex tribu Manasse: 12000 signati. Ex tribu Simeon: 12000 signati. Ex tribu Leui, totidem. Ex tribu Isachar, totidem. Ex tribu Zabulon, totidem. Ex tribu Ioseph, totidem. Ex tribu Benjamin: 12000 signati. Post hæc vidi, & ecce turba multa, quæ dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Ex his verbis docemur, Ecclesiam collectam esse & ex Iudæis & omnibus gentibus. Nam (vt Petrus in Act. cap. 10. inquit) in omni gente qui timet Deum & iustitiam operatur, is acceptus est Deo. Propterea & Paulus, Rom. 10. dicit: Non est distinctio Iudæi & Græci: Nam idem Dominus omnium, diues in omnes inuocantes se. Et Ephes 2. Christus viuens euangelizauit pacem, vobis qui procul aberatis, hoc est, gentibus: & ijs qui prope, hoc est Iudæis: Quia per illū habemus aditum vtrique in vno spiritu ad Patrem. Est igitur Ecclesia per vniuersum orbem, per omnes populos diffusa, ideoque rectè Catholica dicitur.

Ex omni gente Ecclesia est congregata, et præcipuè ex Iudæis.

Stolarum albedo, vitæ puritatem: palmæ autem latæ signant de peccatis victoriam.

Iudæorum quidè populū præ omnibus alijs sibi prius in peculium elegerat Dominus, vnde & ex his primū Ecclesia collecta est: deinde verò vbi electis superatis, alij iugum dominicum suum seruatorè, & Euangelicā gratiam prorsus aspernerentur, & reijcerent, sunt & ipsi reiecti, Act. 13. Quare in illorū locum assumere dignatus est Dominus gentes quascunque & nationes. Ita Ecclesia, vt dictum est, populus est tam ex Iudæis, quam gētib; in fidei vnitatem & vnicam cælestis hæreditatis spem collectus: & semper stat ante thronū, & in cōspectu agni, hoc est, cōuersionem habet in cælis, conuersaturq; sine querela & corā Deo, & coram hominibus. Hinc nimirum amictus est stolis albis, & palmæ in manibus eius. Nam stolarū albedo, vitæ signat puritatē: palmæ autem latam de peccatis victoriam. Et ex his signis vera Ecclesia deprehenditur.

3 Tertium verò est, quas proprietates, siue quæ exercitia Ecclesia habeat, quis sit sermo eius, quid prædicetur in ea, & è quibus signis possit deprehendi. de his Ioannes sic ait: *Et clamabant voce magna, dicētes: Salus ei qui sedet super thronum Dei nostri & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, & procubuerūt in cōspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum*

Deum dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorū. Porro clamore magno Deo & agno dicere salutē, est salutē & omnia bona soli Deo & Christo tribuere, nō suis viribus aut meritis, nec alicui creaturæ: est item omnia ad solius Dei gloriam, tanquam ad supremum finem referre. Ij igitur verè sancti & de Ecclesia sunt, qui habent fidem veram, & conscientiam puram qui sanctè & iustè viuunt, qui omnes tērationes, afflictionēsq; patientia superant, qui deniq; omnem salutem & gloriam vni Deo & Christo tribuunt. Quemadmodum enim Christus cognoscit suas oues, nempe Ecclesiam: sic & Ecclesia vicissim cognouit vocem sui pastoris & custodis. Hinc de nullo alio scit loqui, de nullo alio canere, nullum alium laudare, adorare, colere, & inuocare, quàm illum solum, nempe, sedentem super thronum Dei, id est, ad dexteram Patris, & habentem omnem potestatem in cælo & in terra, Matth. 28. Ei, inquam, vni ascribit omnem benedictionē, honorem, sapientiam, virtutem, & fortitudinem. Et hoc facit non ore solum, sed & corde atq; vita.

Si ergo & nos in Ecclesia, ac sancti verè esse volumus, his iisdem studeamus præditi esse signis, simus & ipsi fide vera & conscientia pura, sanctè, & iustè per charitatem, perque bona opera viuamus, in omnibus tērationibus & afflictionibus præsentis simus robore, omnem denique & salutem & gloriam Deo per Christum acceptam feramus.

EPILOGVS.

1 Christus auctor, propugnator, collector, custos et assertor est sp̄se suæ Ecclesie. Quare oleū et operā perdunt angeli illi quatuor Tenarij, quatuor orbis terrarum fines peruolantes, vt noceant Typus eius loci, est conseruatio consignatorum in Aegypto, Exo. 12. Angelus percutit quidem primogenita, sed non domus signata, hoc est, Ecclesie filios, ipsamq; Ecclesiam.

2 Ecclesia Christi ex Iudæis et Gentibus collecta constat. Vtrobique multamillia, & multe turbe signatæ, & ex omni natione quæ sub celo est ad vnā Ecclesiam vocatæ, vnde Ecclesia omnium nationum et linguarum, soli Caluiniſtæ, soli Anabaptiſtæ, &c. esse non possunt, qui in vnico frigido orbis angulo aut apud vnicam natiunculam latitant.

3 Ad filios Ecclesie pertinet colere semper & magnificare Deum, et omnis nostra salus ascribenda, cum hoc etiam angeli faciant, Matth. 18. Hebr. 1. & 4. Domini enim est salus, vt Psal. 3.

I N F E S T O D I V O R V M O M N I V M
E V A N G E L I V M.

I N illi tempore, Videns Iesus turbas, ascēdit in mōtem. Et cū sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius: & aperies os suum, docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū celorum Beati mites,

quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter mercedem. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.

Opinio sapientum huius seculi varia de vera beatitudine.

Beatitudo vera à Christo simplicissime ostenditur.

In montem cur Christus ascenderit, et quid suo ascensu declarare voluerit. Exod. 19.

OMnes quotquot sumus, nobis bene esse cupimus, & veram felicitatem ante omnia inquirimus. Quibus vero in rebus sita sit vera felicitas, & qui re vera beati sint, in hoc mihi variarunt huius seculi sapientes. Nam D. Augustinus lib. de ciuitate Dei 19. cap. 1. ducentas & octoginta octo sententias de vera beatitudine variantes numerat. Non solum autem sapientes hic variarunt, sed vulgi quoque variae fuerunt opiniones, vt & hodie plerumque sunt. Ceterum ex corruptis sententiis de felicitate in primis oriuntur omnia peccata vitæ, dum quisque vitium pro virtute sectatur, sicque aliis subinde atque aliis implicatur peccatis. Vt igitur nostris prauis animis prauas opiniones eximeret Dominus, verasque contra infereret, differit in hoc Euangelio de vera beatitudine, & sic quidem differit de hac, vt simplicissime eam ostendat, simulque refuteret quæ mundus existimat beata.

Prius vero quam ad beatitudinis explicationem veniamus, expendendæ sunt paucis historiarum circumstantiæ, quas Matthæus adducit. Sic enim inquit: *Cum vidisset Iesus turbas, ascendit in montem, & cum consedisset, accesserunt ad illum discipuli eius, & aperies os suum, docebat illos.* Multæ turbæ (vt testatur Euangelista in fine precedentis capituli) sequebantur Dominum à Galilæa, à Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis. Cum igitur has videret feruenti stomacho animi celestes appetere dapes, non frustratus est desiderium ipsarum: ideoque cum introducatur vbiq; in sacris clemens & misericors, qui que possit affici sensu infirmitatum nostrarum, promptissimo animo totum pietatis negotium & ipsis Apostolis exposuit fidelissime.

Quod autem ascendit in montem, id primo fecit propter auditorum copiam: deinde vero & loci celsitudine declarauit, se nihil humile terrenumque traditurum, sed ardua caelestiaque omnia. Quin & Moysi rerulit exemplum, vt qui legem proditurus populo, montem ascendisse legitur. Item propheticum dictum Isaia 40. in sese completum opere declarauit. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, qui euangelizas Ierusalem.

Præterea, quod consedit concionaturus, eo corporis habitu innuit

innuit se animum requirere atrentum & pacatum, non oberantem & tumultuantem per omnia. Sedit item tanquam doctor iustitiæ, & Euangelicæ legis institutor. Isaia 33. Et iuxta Bernardum benignissime prorsus inclinauit sese, & exinaniuit vsque ad sessionem. Sedit enim, vt ad eum quem nec ipsi quidem angeli stantem attingere poterat, etiam publicani & peccatores accedant: accedat Maria Magdalena: accedat & Latro de cruce, & Petrus negans: quasi dicat, Venite filii: audite me; timorem domini docebo vos.

Quod verò dicitur os suum aperuisse, eo designatur dominum summa modestia & totius corporis gestu, habitu exquisitissimo in concionando esse usum, suggillanturque illi qui in concionibus indecoro corporis gestu, athletica membrorum iactatione, & crebra turpique totius vultus transformatione vtuntur. Aperuit tunc os suum, qui prophetarum prius aperuit ora. Hebr. 1. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis, &c. ac si dicat illud Isaia 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

Nunc consequenter in hoc Euangelio scalam certissimam erectam habemus; per quam ad æternam beatitudinem ascenderunt omnes sancti Dei: per quam & nos (siquidem beati cum illis esse velimus) ascendere oportet. Habet autem ea octo gradus distinctos: quorum primus est paupertas spiritus, de quo ad hunc modum dicit Dominus.

1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Mūdus illos in primis beatos esse putat, quibus amplissimæ suppetunt opes, quas comitari solet superbia turgens, & insolens arrogantia. Psalm. 143. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, &c. At Christus illos potius beatos esse pronuntiat, qui pauperes sunt, & pauperes quidem spiritu: hoc est, qui humili ac submissamente sunt præditi, qui modestissime de sese sentiunt, qui que nihil prædij in perituris opibus ac inani huius mundi strepitu collocant. Hi enim vt reuera in terra felices sunt, ita & post hanc vitam in summam extollentur in caelis sublimitatem. Hæc quoque paupertas spiritualis aliud nihil est, quam vera agnitio peccati, & ex hac abiectio condemnatioque sui ipsius. De qua nimirum spiritus paupertate loquitur dominus, Isaia. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum & contritum spiritu, & tremem sermones meos? Quisquis ergo ad iustificationem & spem beatitudinis pertingere cupit, sic pauper ante omnia sit necesse est, vt agnoscat ex animo & peccata sua, & commeritas penas, & Deriram aduersus peccata, vt que ob id sese & coram Deo & coram omnibus hominibus humiliet, ac condemnet, quemadmodum Publicanus tundeat pedus suum, & ait: Deus propitius esto mihi peccatori.

Confessio Christi quid portendebat.

Modestia Christi in concionando

Scalam ad beatitudinem æternam nobis erexit Christus.

Luce 6. Primus gradus paupertas spiritus.

Paupertas spiritualis quid sit.

Luce 18.

N 3

Hæc

*Paupertas
spiritus
beatis an-
gelis pro-
pria.*

*Psal. 37.
Secundus
gradus mī
suetudo.*

*Mites qui
sunt.*

Psal. 26.

*Mititas pa-
triarcho
conuenit.
Tertius gra-
dus iustus.*

*Lugentes
qui sunt.*

2. Cor. I.

Hæc beatitudo quamuis omnibus electis sit communis, est tamen beatis angelis propria, qui angelis apostatis superbien-ribus, non habuerunt elationis spiritum, tuentibus enim malis angelis per superbiam, omnes reliqui angeli stabat in circuitu throni, & ceciderunt in cōspectu throni in facies suas, per humilitatem, & adorauerunt Deum. Apoc. 7.

2 *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* Habentur à mundo beati, qui penitentiæ militari, fortitudinēque bellica, & regna sibi cōplurima subiiciunt, & orbi vniuerso, terrori sunt: vt olim Assyrii, Babylonij, Medi, Persæ, Græci, Romani: itemque qui suum ius, imò suam libidinem citra respectū & metum cuiusquam per omnia grassando persequuntur.

Cæterum dominus contra mites beatos pronuntiat, qui videlicet cedunt improbitatibus, non resistunt malo, sed in bono malum vincunt, ergaque omnes & animo & verbis lenes sunt. His promittitur terra, longè nimirum spaciosior & melior ea quam crudeles illi vi possident: non quæ tribulos profert & spinas, sed de qua Psalmista canit, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Deinde hic gradus oritur ex primo: Qui enim verè peccata sua & commerta supplicia sentit, is sese quibuslibet hominum iniuriis quantumuis immeritò sibi illatis ducit dignum, ideoque leniter & citra vllam indignationem eas sustinet, cogitans se longè grauiora commisisse ac commeruisse: timensque si talionem reddiderit, & Deum mox sibi talionem redditurum. Si igitur videri volumus verè agnouisse peccata nostra, & humiles esse spiritu, simus mites, ne vlciscamur nos ipsos, condonemus noxam ledenti, vincamusque in bono malum. Sic enim futurū est vt nec nos pro merito nostro puniturus sit Deus, sed transferat tandem in terram viuentium.

Hæc autem beatitudo potissimè patriarchis conuenit, qui mitissimi fuerunt. Exemplo sunt, Abraham, Genes. 13. & 16. Isaac, Gen. 32 & 33. Moses, Num. 12. Dauid, 2. Reg. 16.

2 *Beati qui lugent, quoniam cōsolabuntur.* Vniūgo illi putantur beati, quibus omnia cedunt prosperè, quique in risu & gaudiis versantur. Verum si rem æstimauerimus, deprehendemus hos molles & effeminatos omnium esse miserrimos. Nam dominus apud Lucam 6. Væ, inquit, vobis, qui ridetis nunc; quia lugebitis & flebitis. At beati sunt domino lugentes, qui nimirum dolent & plorant apud semetipsos peccata commissa, errores, stadium nimium terrenarum, & neglectum rerum diuinarum: qui item tanguntur infortunio fratrum, mundi; adeò incredulitatem & ingratitude apud se serio deplorant. Hos consolabitur Dominus Deus pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, remittens videlicet peccata, confirmans

corda,

corda, & æternum in cordibus excitans gaudium.

Et hic gradus ex superiori dimanat. Qui nāque intimè peccata agnouit, & immensitatem iræ diuinæ serio expedit, quid is aliud potest atque flere & scindere cor suum: ex èplo mulieris peccatricis Luc. 7. Petri Luc. 22. Dauidis Psal. 6. 101. Lugeamus itaque & nos ob peccata nostra, si sapimus, & consolationis diuinæ participes fieri velimus. Cor namque contritum & humiliatum Deus non despiciet, Psal. 50.

Hæc beatitudo etsi omnibus electis conueniat, præcipuè tamen dici potest de Prophetis, qui lugebant populi peccata atque damnationem. Talis fuit Samuel, lugens Saulum 1. Reg. 16. Ieremias cap. 9. Et Christus ipse Luc. 19. Quos Apostolus secutus est. 2. Cor. 12. & Philip. 3.

4 *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Cæcus mundus beatos censeret Apitios, comedones & potatores, qui omnis generis cibus voluptatibusque sese ingurgitāt. Atqui impurissimam hanc opinionem refutās Dominus, esurientes & sitientes beatos esse dicit, qui nimirum non deliciis sese explent, neque foelicitatis quicquam in voluptatibus, curaque ventris collocant, sed maximo & desiderio & studio iustitiam sectantur, fidem nempe & vitæ innocentiam. Nam in his iustitia vera consistit. Tales esurientes & sitientes saturabuntur à Deo: nam conferetur ipsis vera iustificatio hinc, & recipientur tandem in sedes beatas, vbi summa est saturitas, Isa. 49. Iere. 31. Quod autem Dominus disertè dicit: qui esuriunt & sitiunt, non, qui esurierunt & sitierunt: eo indicat, pios nūquam putare se satis esse iustos, ideoque semper ad altiora eluctari: non vero subsistere, non fieri in iustitiæ studio segnes, iuxta illud Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

Præterea nec satis est ad consequendam iustificationem, vt agnoscamus peccata nostra, & ob ea lugeamus: sed summè necessarium est, vt hæc esuries sitisque iustitiæ accedat, hoc est, vt ad Iesum Christum iustitiæ nostram in conscientie pavoribus confugiamus, iustitiæque & meritorum eius fiducia & oremus & speremus cibum potumque spirituales, remissionem, inquam, peccatorum. Quare & ad hunc gradum conscendamus nos semper, ne in desperationis baratru incidamus.

Hunc gradum conscenderunt Apostoli, qui præ omnibus hominibus mundi desiderium habuerunt dilatandi iustitiæ legis & Euangelij: propter quod discurrerunt nudi per mundū & pauperes, verbo & exemplo prædicantes, hominesque ad resipiscenciam nec non iustitiæ amorem pellicientes: quorum in tantum creuit desiderium, vt pro iustitiæ fidei mortem subire non dubitarent: quod satis diffusè Actorum liber ostēdit.

*Luctus
præcipuè
Prophetis
proprius.*

*Isa 65.
Quartus
gradus, esu-
ries & si-
tis iustitiæ.*

*Esurientes
& sitientes
qui sunt di-
cendi.*

*Pij nun-
quam pu-
tant se sa-
tis esse iu-
stos.*

*ad iustifi-
cationē con-
sequendā*

*non sufficit
agnoscere
peccata,*

*eaque iuge
re nisi esu-
ries sitisque
iustitiæ ac-
cedat.*

*Esurie siti-
que iusti-
tiæ potissi-
mum labo-
rarunt A-
postoli.*

Quintus gradus misericordie.

Misericordes qui.

Aequitas ut nos ad misericordiam hortari debet, sic multo magis securitatis utilitas misericordia sanctis martyribus maxime competit.

Sextus gradus, cordis munditia. Mundicorde qui dicitur.

Nō satis est semel mundatum esse nisi & acceptam munditiam tueamur.

Prov. 26. 1. Pet. 2.

5 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, Ponunt multi beatitudinem in frugalitate & avaritia : ideoque thesauros congerunt, sibi ac suis duntaxat viuunt, nihilque imperiuntur pauperibus. Verum Dominus contra beatos pronuntiat misericordes, id est, benignos, beneficos & liberales erga inopes: hisque misericordiam pollicetur tam in hac vita, quam in futura, iuxta illud: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus, Psal. 41. Item Psal. 112. Beatus vir qui miseretur & commodat, in æternum non commouebitur.

Hic item gradus, & reliqui etiam tres, fructus nobis penitentia dignos, seu veræ iustificationis effectus proponit. Meram nimirum & gratuita misericordia est, quoties remittit nobis penitentibus & credentibus Deus peccata. Imo quicquid præterea nobis vel etiam nū donat, nil nisi misericordia est. Par igitur est, ut quemadmodum ille copiosa erga nos utitur misericordia, ita & ipsi misericordes vicissim simus erga proximos nostra ope indigentes. Ut autem æquitas huc nos hortari debet, sic multo magis securitatis utilitas. Nam si nos misericordes simus, eam misericordiam Deus longè copiosiori misericordia compensabit.

Hæc beatitudo conuenit sanctis martyribus: qui tanta misericordia pleni fuerunt, ut misericordie infidelium miserates quos errore perfidie inuolutos cernebant, eos ad fidem allicerent: nec non propter infirmitatem infidelium, ne in fide titubaret, non solum Deum orauerint, nec solum sua & suos, sed etiam seipso neci exposuerint.

6 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sunt plerique qui propter hypocrisim & externam sanctimoniam speciem beati esse creduntur, ut olim Pharisei, Matth. 23. & hodie Anabaptistæ. Contra vero Dominus beatos pronuntiat, qui sunt mundo corde, hoc est, qui veram catholicamque habent fidem, & tam internè quam externè verè innocentie student. Hi Deum videbunt, hoc est, Dei consortio & gloria æterna perfruuntur, de qua visione Apost. dicit 1. Cor. 13.

Item in remissione peccatorum seu iustificatione mundantur per fidem & spiritum sanctum corda nostra, quæ alioqui natura immunda sunt. Iam non satis est semel mundatum esse, sed & acceptam munditiam tueri oportet. Nam quid prodest sui quod lota sit, si statim reuertatur ad volutabrum luti? Mundati ergo nos, mundi ab inquinamenti scelerum maneamus: imo ipsum Deum oremus sedulo cum Dauide, ut magis magisque lauet nos ab iniquitatibus nostris, cor mundum creet in nobis, spirituque principali confirmet nos, Psal. 50.

Hæc sexta beatitudo videtur præcipua sanctorum Confessorum

rum

rum, qui ut cordis munditiam obtinere possent, contempserunt terrena, mortificauerunt corpora, orationibus lachrymosis altisque supplicauerunt Domino, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Et quia mundauerunt oculos quo Deus ipse cernitur, consecuti sunt præmiū celeste, videntque Deum in æternum.

7 Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Non pauci reperiuntur, qui videntur sibi beati, si rixas & dissidia seminent; bellique & tumultibus conturbent omnia, tum enim in sinu gaudent. At dominus contra pacificos pronuntiat beatos, qui scilicet ut ipsi pace gaudent, sic & dissidentes & tumultuantes modis omnibus conciliare conantur. Hi nimirum filij Dei vocabuntur, qui ut ipse pacis Deus est, ita & pacem commendauit omnibus.

Item iuxta Apostolum, iustificati fide pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est pax nostra Rom. 5. Ephes. 2. Vult igitur Christus, ut quemadmodum ipse pacificauit nos, ita & nos alios porro pacificemus: non eos solum qui alios læserunt, sed & qui nosipsos. Si autem inter alios dissidentes sarcire concordiam debemus: facile videre est, nos & in nobisipsis cupiditatum omnium malarum rebellionem compefcere oportere, cumque omnibus viuere in pace. Nam quomodo alioqui pacificabit alios, qui ipse pacem seruare nequit?

Hæc beatitudo sanctarum virginum est: Vera etenim pax est non posse à Domino diuidi, secundum Augustinum, & in his quæ Dei sunt, solum delectari. Hanc habuerunt sancte virginis. Spreta etenim carni dilectione, soli Deo adhæserunt, secundum illud Apostoli. 1. Cor. 7. Virgo cogitat ea quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Vnde & sequuntur agnum quocumque ierit. Quare & filij Dei merito vocabuntur, tanquam Iesu Christi imitatores præcipui, ac fratres Angelorum, qui in libro Iob filij Dei vocantur.

8 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam illorum est regnum celorum. Beati estis cum probra iniecerint in vos, &c. Mundus infelicissimos censet patria extorres, spoliatos facultatibus, & omnium odiis persecutionibusque expositos: at Dominus hos hic contra censet beatos, hortaturque ad exultationem & gaudium: sed eos beatos pronuntiat, non qui patiuntur ex merito, verum qui propter iustitiam atque Dominum affliguntur citra meritum. His promittit mercedem copiosam in celis, tanto nimirum cumulatiorem illustrioremque, quanto maior fuerit affectus.

Item carissime constitit Christo iustificatio & reconciliatio nostra, ut qui innumera grauissimaque ob eam immerito

Mundities cordis præcipue ceteris foribus attribubenda est.

Septimus gradus pacis Pacifici quæ Ioan. 14. Pacificandæ non solum sunt qui alios læserunt, sed et qui nosipsos.

Pax vera est, nō posse à Domino diuidi, & in ijs quæ Dei sunt, solum delectari.

Pax sacras virgines cernit.

Octauus gradus afflictionum tolerantiæ.

1. Pet. 3.

Marc. 3.

Luc 14.

Beati pronuntiantur,

non qui patiuntur, ex merito, sed

qui propter iustitiam

affliguntur.

affliguntur.

perpeffus fit. Non igitur durum nobis esse debet, si & ipsius eius gratiam à malis hominibus indignè affligamur, quippe qui, si meritorum nostrorum haberetur ratio, non temporalibus modo, sed & æternis passionibus essemus digni: quiq; tamen pro breuissimi tēporis afflictionibus, copiosissima mercede, nempe gaudiis nunquam perituris remunerandi simus.

Persecutio nē pati propter iustitiam omnibus electis debet esse commune. Beatitudinem amās per dictos gradus ascendat. Ioban. 14.

Hæc octaua beatitudo est omnium electorum communis, quia ut dicit Apostolus. 2. Tim. 3. Omnes qui piè volunt vivere in Christo Iesu, persecutionē patientur, aut à carne quasi nobis innatam, aut à mundo peruersè illatam. Vnde & Loth teste Petro. 2. cap. 2. cruciabatur in Sodomis ex iniquis eorum operibus.

Hic iam breuiter audiuius gradus octo, quibus ascendere pertingereque possimus ad veram, solidam, æternamque beatitudinem. Si itaque hanc ex animo cupimus, ut merito cupere debemus, ascendamus omnes pro virili per dictos gradus, simus pauperes spiritu, lugentes, nites, sitientes, & esurientes iustitiæ, misericordes, mundo corde, pacifici, & patientes. Sic enim & nostra merces copiosa erit in cælis. Sed quia nemo venit ad Patrem nisi per supremam scalam Christū, huius opem ante omnia imploremus, dicentes cum sponsa mystica. Trahe me post te, Cantic. 1.

EPILOGVS.

1 Christus Iesus celestis doctor & orator, summam celestis Philosophiæ hoc est explicationem diuinæ legis clara breuitate, & blandissimis inuitamentis & promissionibus exponit.

2 Oratorum alij sunt grandes. graues, copiosi, tenues, subtiles, breues in teriecti. medij: Christus omnia est, et optimus, qui dicendo animis audientium docet, delectat, permouet. promittēs regnum celorum, consolationē, hereditatem terræ, misericordiam, visionem Dei, adoptionem filiorū Dei, mercedem multam in cælis.

Sancti non sunt illi qui foris speciosi sunt, aut qui ab hæreticis celebrantur qui que propter hæresim patiuntur, ac certò statuunt se sola fide fieri sanctos.

3 Paupertas spiritus, radix est omnis boni, ut superbia mentis radix omnis mali. Hinc mala maxima, et que ferè perniciē toti orbi intulerūt.

SEQVITVR ALIVS SERMO DE OMNIBVS SANCTIS.

EX hoc Euangelio obseruabimus, Primo, quānam sunt veri sancti: scilicet non illi qui coram mundo speciosam agunt vitam. Nam de his dicit Christus Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam: omnia faciunt ut videantur ab hominibus.

Nec illi sunt, qui ab hæreticis celebrantur, quiq; propter hæresim supplicio sunt affecti, vel firmiter ac certo statuūt se sola fide

fide sanctos fieri. Nam de his verè dicit Paulus 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Ipsos charitatem non habere clarum est, quia non seruant vnitatem.

Veri sancti sunt, qui sacramento fidei initiati, mundo, carni, ac diabolo abrenuntiarunt, qui remissionem peccatorum sunt consecuti, qui gratiam Spiritus sancti receperunt, qui Christi sanguine redempti, reconciliati, iustificati, & sanctificati sunt, qui denique opera bona faciunt. Hos Christus quā pulcherrimè describit præsentī Euangelio, cū ait:

Sancti veri qui sint.

1 Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Nam pauperes spiritu sunt, qui in solum Christum, non in diuitias fiduciam reponunt: qui etiam nihil boni habere se sciunt tam in corpore quā in anima, quod à Deo per Christum non acceperint. Tales fuerunt Abraham, Loth, Iacob, Ioseph, David, Iob, Constantinus. Verus igitur est Christianus, verèque pauper spiritu, qui vel paupertatem patienter fert, vel opes, ac diuitias propter Dei gloriam hilari animo non est amittere, & omnia bona quæ habet tam in corpore quā in spiritu, Deo datori accepta refert, vel qui voluntariam in religione proficitur paupertatem.

Sanctorum verorum descriptio.

Pauperes spiritu quæ. Verus pauper spiritu voluntaria profectus paupertatem.

2 Beati qui lugent, quoniam consolabuntur. Nam 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, &c. Legē ibidem ad longum.

3 Beati mites, quoniam possidebunt terram. Nam Psalm. 36. Mansueti hæreditabunt terram.

4 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam saturabuntur. Nam docet ut cuique suum tribuamus: scilicet

Iustitia virtus redens vnicuiq; quod suum est.

Deo fidem tanquam creatori, dilectionem tanquam redemptori, timorem tanquam iudici, & spem tanquam remuneratori.

Proximo superiori obedientiam, pari beneuolentiam, & inferiori auxilium.

Sibi ipsi cor purum, os frænarum, & corpus castum conseruando.

5 Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Nam Psalm. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, &c.

6 Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt. Nam Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus, &c.

7 Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Nam Christus pacem nobis commendauit, Ioan. 14.

8 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnum celorum. Nam multi patiuntur persecutionem, sed non propter regnum Dei, nec propter iustitiā.

Secundo obseruabimus quibus in rebus consistat communio

Communio sanctorum nio sanctorum. Hic audiamus ipsum doctorem gentium Paulum ad Ephesios iram dicentem cap. 4. Obsecro vos ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis. Et deinde subiicit.

quibus in rebus consistat, ex B. Paulo discere licet. *Vnum corpus.* Hoc probat & testatur diuus Paulus Apostolus Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, &c. Et 1. Cor. 12. Quemadmodum corpus vnum est, & membra habet multa, &c.

2 *Vnus spiritus.* Hoc probat & testatur idem Apost. Roma. 8. Legatur totum illud caput. Item 1. Cor. 6. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?

3 *Sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre.* Hoc probat & testatur idem Apost. 1. Cor. 1. Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Et 1. Tim. 6. Apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, &c.

Vnus Dominus. 4 *Vnus Dominus.* Hoc testatur & probat idem ad Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber, &c. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.

Vna fides. 5 *Vna fides.* Hoc testatur & probat exemplum patriarcharum prophetarum, ac piorum omnium tam veteris quam noui Testamenti.

Vnum baptisma. 6 *Vnum baptisma.* Hoc probat & testatur administratio baptismi. Non enim melior est baptismus ex Iordane, quam ex Danubio, vel Rheno vel Scalda. Datur enim in Ecclesia in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen.

7 *Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Hoc probat & testatur Paulus Roman. 3. An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? &c. Item Rom. 10. Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum, &c.

Virtus vnius membrorum corporis Ecclesie, comunicatur alijs membris. Hinc docemur 1. quod si vnum corpus sumus cum Christo, ipse autem est caput nostrum, & nos eius membra, quod sumus verè, & nō apprehensiuè tantum, participes virtutis eius scilicet iustitiæ, innocentie, aliarumque virtutum. Nam alias imaginaria duntaxat esset illa connexio. Secundo, si membra vnius corporis sumus omnes Christiani, ergo virtus vnius membri comunicabitur alijs membris. Hoc probat scriptura ad Rom. 15. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, &c. & 1. ad Cor. 9. & Psal. 118. Particeps sum ego omnium timentium te.

2 Docet

2 Docemur, Cum vnus spiritus sit qui viuificat omnes Christianos, qui etiam ipsos docet, non possunt Christiani sentire diuersa circa articulos fidei. Non est igitur idem spiritus Christi qui docuit Lutherum, Melancthonem, Calvinum, Zvinglium, Anabaptistas, ac reliquos nostri temporis hæreticos, sed est alius spiritus vel diaboli, vel mundi, vel carnis: cum diuersa hi homines sentiant ac doceant ad salutem necessaria.

3 Docemur, non alia fide quam ea quam catholica tenet Ecclesia, omnes pios esse saluatos: nempe fide, quæ conjunctam habeat bonam voluntatem: Non fide illa sola ante quadraginta annos excogitata. Augustinus epist. 157. & lib. 2. de peccatorum merit. & remiss. cap. 29. item de natura & gratia, cap. 44.

Tertio obseruabimus, quod sanctos debemus orare, quia orant pro nobis. Sicut enim angelorum charitas qua Deum diligunt, incitat eos vt nos diligant, & pro nobis orent: ita etiam charitas perfecta Sanctorum ipsos incitat, vt pro nobis orent. Sumus enim inuicem membra. Hoc docet scriptura Exod. 32. Iob 5. & 42. Act. 7. & 17. Hieronymus contra Vigilantium: Cyprianus epist. 1. lib. 1.

2 Quod sanctos debemus colere, quia templa fuerunt Spiritus sancti, qui singulari amore ipsos amauit, donisque maximis ornauit, & clarissimis virtutibus in ipsis habitauit: hoc docet Euseb. lib. 8 Ecclesiast. hist. cap. 6. & lib. 4. cap. 1. August. lib. 20. contra Faust. cap. 21. Idem cap. 18. & 10. de ciuit. Dei, lib. 22. & lib. 8. cap. 27.

3 Quod loca vbi reliquie eorum sunt, debeamus visitare quia presentia illius loci vbi requiescunt, vel mortui sunt, aut eorum memoria sit, affectus commouetur, vt ardentiori charitate Deum amemus, qui solus potest virtutem præstare, qua sanctos imitemur. Hoc docet Aug. epist. 137. de reliquijs sanctorum. Vide Genes. 50. 4. Reg. 13. Hieron. tom. 2. epist. 11. ad Riparium. Aug. de eccles. dogmat. cap. 73. Chrysof. hom. 66. ad populum Antiochenum.

Sunt etiam sancti inuocandi à Christianis propter duas causas. 1 Quia eorum meritis & orationibus multa Deus nobis concedit, alioqui non largiturus, tam spiritualia quam corporalia. Hoc probant Dionysius cap. vlt. de Ecclesiastica hierarchia: Hieronymus ad Dardanum de terra promiss. Leo sermon. 2. & 3. de anniuers. Pontificatus sui: Ambros. lib. 1. de penitentia: August. sermon. de S. Stephano: Hierony. contra Vigilantium: Gregor. Nazianzen. in oratione in martyres Machabæos.

2 Quia sancti orationes nostras cognoscunt ad se directas, vel

Sanctos orare debent, quia orant pro nobis.

Sancti sunt colendi.

Loca reliquiarum diuorum pietate visitentur.

Sancti inuocandi à Christianis duabus de causis.

Sancti orationes nostras cognoscunt. vel spiritu Dei reuelante, vel angelis qui nobiscum sunt inuuantibus, vel præsencia sua audientes, sicut Moses & Elias præsentes fuerunt Apostolis in monte, Matth. 17. Hoc probant August. lib. de cura pro mortuis, cap. 15. & sequent. Item Hieron. in commentar. in Isaiam.

I N F E S T O A N I M A R V M
E V A N G E L I V M.

Ioan. 11. **I**N illo tempore, Dixit Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quaecunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dixit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit et Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credidit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi, Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui qui in hunc mundum uenisti.

Querimonia Marthæ, fidei & infirmitas. **E**VANGELIO hoc continentur quinq;. Primo querimonia Marthæ, & fidei infirmitas: cum ait, domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Prodit autem Martha his uerbis querimonia quam corde occultam de Christo gerebat. Nam perinde est atque si dicat, Domine misimus ad te nuntium, qui de fratris nostri deplorata, ualitudine te faceret certiorē, & id quidem maturè satis, existimantes te nostri aut saltem Lazari iam esse amantem, ut mox opem esses laturus, sed frustratæ sumus mea soror & ego nostra spe. Nam te tardante sæua mors dulcissimum ac unicum fratrem crudeliter nobis eripuit.

Sed & nunc scio, quia quaecunque poposceris à Deo dabit tibi Deus. Prodit autem Martha his uerbis, qualis sit fides quam de Christo conceperat, & quid de illo sentiat. Nam perinde est atque si dicat, Credebamus te tantæ esse auctoritatis apud Deum, ut tua præsencia fratrem nostrum à morte eripere posses: quod & nunc potes, quia Deus nihil tibi negabit ex ijs quæ ab ipso petieris.

Marthæ uerba quid nos doceant. Hæc uerba nos docent, 1 Quod simul atque Christus petitionibus nostris annuere destiterit, mox conqueruntur homines, obliuiscunt illius diuinæ doctrinæ, qua Christus nos docuit in oratione semper dicere, Pater fiat uoluntas tua. Ita ipse Christus orauit, ita Paulus, ita Petrus, ita ipsa uirgo Maria: idem igitur dicamus & nos Christiani. 2 Quod qui aliter orat, magis affectui suo indulgeat, quam se Dei uoluntati submittat. 3 Quod Martha fidem quidem habuerit, permixtam tamen uotis immoderatis, & imperfectione maxima infirmam. Nam potēriam Christi loco & tēpori alligabat. Discamus nos tam sublimiter de Christi potentia sentire, ut fide incon-

cussa

causa apud nos statuamus, ipsum posse, si uelit, nostris malis opitulari: ut qui sua potentia ubique semper sit præsens, Ierem. 23.

Notandum hinc, quod Martha uidetur sentire suffragia fidelium etiam mortuis esse salutaria. Gradus autem infimus est, suffragia bonorum prodesse uiuentibus. Exemplum talium scriptura est plena: Abraham, Loth, Genes. 19. & sancti patres toties exorauerunt Dominum Deum pro alijs. Moses iram Dei quasi uolenter cohibuisse uidetur. Dicit enim Dominus, Dimitte me ut irascar. Sed maior gradus est, credere fidelium intercessionem etiam prodesse mortuis. Fortè ante Christi resurrectionem fides illa necdum ad eam erat illustris, non tamen omninò ignorantia erat & incredulitatis tenebris sepulta. Precabatur enim synagoga pro mortuis, ex paterna traditione, quod haud quaquam fecisset, nisi intercessionem eam pro mortuis salutarem esse credidisset. Martham hoc credidisse, eius uerba ad Christum arguunt. Dicit, Sed & nunc scio, quia quaecunque poposceris à Deo (pro fratre scilicet meo Lazaro iam mortuo) dabit tibi Deus. Quasi dicat, Tametsi frater meus sit mortuus, tamen non dubito intercessionem illam tuam illi etiam in alio seculo salutarem. Non credidit tum plenè Christum esse filium Dei uiui, iudicem uiuorum & mortuorum, sed maximum omnium Prophetarum esse putabat.

Sic Ecclesia pro defunctis Deum interpellat. Augustinus, Orationibus uero sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & elemosynis quæ pro defunctorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Illis autem prodesse, qui ante mortem ita uixerunt, ut possint eis uilia esse hæc post mortem. Nam qui sine fide per dilectionem operante, eiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur, cuius, dum hinc essent, pignore caruerunt, uel non suscipientes uel in uanum suscipientes Dei gratiam, & sibi non misericordiam, sed iram thesaurizantes. Romanor. 2. Prouerb. 11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Verum illi utique abluunt spiritus mortuorum, qui orationes, oblationes, erogationes, multò feruentius obseruantiusque pro eis impendunt, qui suos carne, non spiritu mortuos, non solum carnaliter, sed & spiritualiter amant. Hinc & tempore synagogæ precibus & oblationibus defunctis subuenire studebant, ut patet 1. Machab. 12. Augustinus serm. 44. ad fratres in crem. Defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire debemus, & studeamus, attendentes quid Iudas Machabæus fecerit. Dixit enim quod

Martha edocetur suffragia fidelium, etiam mortuis esse salutaria.

Synagoga precata est pro mortuis.

Ecclesia pro defunctis; Deum interpellat. Orationibus Ecclesiæ qui defuncti subleuentur.

*Fidelibus
defunctis
nō subueni-
endum dicē
res, Satana
filij sunt.
C. loquū
Christi &
Martha.
Comitas
Christi er-
ga Mar-
tham.*

*Iohan. 5.
Luc. 14.
Iohan. 6.
Naturæ hu-
manæ in-
geniū quā
paruum sit
panditur.*

*Christiani
plurimi eo-
dem vitio
laborant
quo Mar-
tha, eaque
deteriores
sunt.*

*Mortuos
suos Chri-
stiani mo-
deratē luge-
re debent,
spem resur-
rectionis ha-
bentes.
Conclusio
colloquij.*

quod sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. 2. Machab. 12. Qui ergo contrarium aut docent aut sentiunt, non Ecclesiae filios, imo nec synagogae quondam, sed satanae, qui mendax est & pater eius, clarè se ostendunt.

2 Secundo continetur hoc Euangelio colloquium Christi & Marthae. Nam Iesus dicit, *Resurget frater tuus*. Hinc agnoscimus misericordiam Christi comitatem, qui Marthae infidelitatis vitio laboranti, suaeque omnipotentiae atque diuinitati non parum detrahenti adeo coniuuet, ut non modo indignabundus à se eam non reiiciat aut deserat, verum etiam incredibili benignitate ipsam ferat, & de resurrectione instruat, atque plura illi vltro promittat, quam ipsa vnquam ausa fuisset petere. Promittit namque se illi restitutum fratrem, à mortuisque reuocaturum,

Martha dicit, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Hinc cognoscimus naturae humanae ingenium, cuius ea est malitia, ut sibi relicta, auditis Christi promissionibus, vel de ipsis nimium praesumat, adeo ut impune sibi peccare licere arbitretur: vel ita extenuet, ut quae Christus dicit & affirmat, neget aut deprauet. Illud faciunt Lutherani, hoc sacramentarij, atque alij haeretici. Debit Marthae audita Christi promissione absque vlla dubitatione credere, Iesum qui sibi loquebatur, tam esse potentem, qui posset imperare morti ut discederet, animae ut accederet, corpusque viuificaret & inde magnopere laetari, & in gratiarum actiones erumpere.

Discamus Christiani, quando mortuos nostros lamentamur, & vltra modum eorum mortem dolemus, eodem nos vitio laborare quo laborabat Martha: imo deteriores esse. Nam illa credebatur suum fratrem resurrecturum in nouissimo die: nos vero nostros mortuos desilemus quasi ethnici, ac quasi nunquam sint resurrecturi. Debet dolor quem attulit mors, deliniri ac mitigari amplissima Christi promissione, scilicet *Resurget frater tuus*. Omnes mortui fratres nostri sunt, omnibus nobis Christus verba illa dixit: vnde admonet Apost. 1. Thes. 4. ut de dormientibus, hoc est mortuis charissimis nostris, non contristemur sicut ceteri qui spem non habent resurrectionis & incorruptionis aeternae. August. Permittantur ergo pia corda de charorum suorum mortibus contristari dolore inani, & consolabiles lachrymas fundant, conditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, quae creduntur fideles quando moriuntur, paululum à nobis transire, & ad meliora peruenire. Vnde de martyribus ait Apostolus Heb. 11. Alij dissentient, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem.

3 Tertio continetur hic conclusio colloquij. Dicit ei Iesus,

Ego

Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in aeternum. Hic primum docet Christus, se resurrectionis nostrae atque vitae esse auctorem: moxque declarat de qua resurrectione loquatur: nempe de spiritali resurrectione, & vita gratiae. Christus dicit primum, se esse resurrectionem, quia ordine prior est restitutio à morte in vitam, quam vitae status. Docent haec verba Christi, totum genus humanum morti esse subiectum propter peccatum. Docent etiam à morte hac nunquam resurgere posse, quem ipse Christus vitae non restituerit. Docet Christus se esse initium vitae & auctorem, ipsumque solum esse, qui sua virtute nos resuscitare, vitaeque restituere possit. 4. Reg. 4. Nec Giezi nec baculus potuerunt puerum resuscitare, potuit tamen ipse Propheta.

Est etiam considerandum, quod sicut mors illa qua totum genus humanum tenetur demersum, est perpetua damnatio animae & corporis, propter inobedientiam Adami, nec non temporalis carnis interitus, testante concilio Arausiano can. 2. ita resurrectio illa, quam Christus nobis pollicetur, & vita, est non tantum perpetua illa beatitudo, quam pii omnes expectant: verum etiam restitutio gratiae quam animabus nostris per Spiritum sanctum regeneratis, virtute suae passionis confert, Ioan. 5. Ephes. 2.

4 Quarto hic continetur quomodo nobis resurrectio haec & vita contingant. Hoc Christus docuit, cum dixit: *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.* hoc est, *Qui mihi per fidem adhaerit, etiam si corpore mortuus fuerit, tamen viuet: & si mortuus infidelitate, mihi crediderit, viuet infidelitatis morte sublata.* Ioan. 5. Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Et omnis qui viuit, et credit in me, non morietur in aeternum. Ratio est: nam vitam in se habet manentem, quia Christus per fidem habitat in cordibus nostris, Ephes. 3. Igitur quamdiu sumus in Christo, manentem in nobis habemus vitam, quae mori non potest, utcumque corpus moriatur, utcumque in puluerem redigatur. Credens enim mortuus, viuit: sicut non credens, viuens mortuus est, Apocal. 3. Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Vnde docet Ecclesia, fidem in Christum per charitatem operantem, esse vitam animae: qua si anima destituitur, mors statim ipsam interimmit, ac deglutit.

Proinde qui volunt vitam aeternam consequi, & aeternam mortem euitare, debent fateri. 1. Se mortuos esse, id est, animas mortuas habere, quamdiu fidem & charitatem non habuerint: ac peccato aeternaeque damnationi obnoxias, dicente Paulo: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo

*Resurrectio
nis nostrae
vitaeque au-
tor Chri-
stus.
Genes. 3.
Eccles. 40.
Sapient. 1.
Rom. 5.
Verba haec
Christi
quid nos
doceant.*

*Modus quo
resurrectio
haec & vi-
ta homini-
bus contin-
gant.*

*Fides per
charitatem
operans vi-
ta est ani-
ma.*

*Quid fateri
debeant,*

qui vitam

aeternam

consequi

& aeternam

*mortem eui-
tare volūt.*

omnes

omnes viuificabuntur. 1. Corinth. 15.

2 Fateri debent Christum solum esse qui animas ita mortuas resuscitare possit, non naturam, non legem, dicente Christo Ioan. 5. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.

3 Fateri debent, Christum non tantum resuscitare posse, verum etiam posse vitam gratiæ præstare, dicente Christo Ioan. 6. Et ego resuscitabo cum in nouissimo die. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, Ioan. 11.

Anime fidelium in charitate manentes, viuunt in gratia, & sperare debent se vitam habituras æternam. Mors fidelium transitus est ex hac vita in aliam multo præstantiorem. Martha confessio.

Hinc docemur, quod fidelium animæ quandiu in charitate manent, semper uiuent in gratia, sperentque se vitam habituras æternam. Nam & si corpus morti obnoxium est propter peccatum, spiritus tamen uiuit propter iustificationem, estque habiturus vitam æternam. Ideo Christiani non tritari, sed potius lætari deberent in obitu suorum fratrum: ut qui transeant ex hac vita in aliam multo præstantiorem, in qua æternum uiuent. Ideo Christus dicit, non morietur in æternum. Et Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Item Sapient. 5. Iusti autem in perpetuum uiuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud Altissimum.

5 Quinto continetur hic Marthæ confessio. Post colloquium illud quod Christus cum Martha habuit, sciscitatus est Dominus ex ipsa: *Credis hoc? Quasi dicat, Credis me non hominem tantum, sed verum etiam Deum, qui mortis ac vitæ imperium habeam? qui animas per peccatum mortuas viuificare possim per gratiam? qui uiuificatas glorificare in super possim, æternamque illa beatitudine donare?* Respondit Martha, *Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.* Quasi dicat, Ego credo te esse verum Messiam in lege promissum, verum Dei filium, verum hominem, à quo cuncta bona tum animæ, tum corporis sunt nobis expectanda. Hinc docemur.

Confessio Marthæ quid nos doceat. Nemo solis suis viribus Christum Dei filium cognoscere aut confiteri potest.

1 Quod fides sit ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, Rom. 10.

2 Quod ex cognitione humanitatis Christi perueniamus in confessionem diuinitatis: quod contigit Marthæ.

3 Neminem esse qui solis suis viribus Christum Dei filium cognoscere aut confiteri possit, etsi eruditissimos audiat concionatores, vel ipsum Christum audiat. Nam Martha frequenter Christum audierat, dum ipsum hospitio acciperet, non tamen potuit agnoscere eum esse filium Dei, priusquam à Christo altius informaretur, & intus illuminareretur. Matth. 16. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis, &c.

4 Felices illos esse, qui mox ubi Christum audiuerint, eorum corda

corda pulsantem, & mentes illustratam, captiuant intellectum in obsequium fidei & eius amorem, confitenturque cum Martha: *Tu es Christus filius Dei uiui.*

APPENDIX.

1 Ex hac historia Euangelica colligimus, quod quamuis exterior noster homo corrumpatur de die in diem, adeo ut tandem mortuus, putridum appareat cadauer: Christiani tamen perturbari minimè debeant: quod interior homo renouetur de die in diem. 2. Corinth. 4. Et ipsa mors Christianorum est quædam à seruitute corruptionis mortis manumissio. Hoc credidit Martha, hoc crediderunt Apostoli, & uniuersi alij sancti: hoc credamus & nos Christiani: & cum animarum festa celebramus, lætabimur de earum gloria, & tristabimur de calamitoso nostro exilio.

2 Christus ideo de spiritali vita differuit cum Martha, ut à cogitatione præsentis seculi & vitæ, Marthæ animum abducat. Optabat Martha fratri suo vitam corporalem & temporalem restitui: Verum Christus inde occasione capta, præstantioris vitæ auctorem se esse ostendit, ad cuius contemplationem & desiderium uult animum Marthæ erigere. Ita Ecclesia prædere animos & affectus ad amorem vitæ gratiæ in hac vita, & vitæ æternæ in futura.

3 Celebratur hoc festum ab ecclesia, ut de morte carnis nos admoneat, ne superbiamus: & de immortalitate animæ ne desperemus. Ad hæc docet Christus hoc Euangelio, Christianos multo magis debere esse sollicitos de vita spiritali animæ non amittenda, vel obtinenda, qua anima æternum uiuet, quam de vita temporali corporis, qua caro temporaliter uiuit.

EPILOGVS.

1 Inter miracula quibus Christus diuinitatem suam confirmat, hoc precipuum est, quo docet se Dominum vitæ, mortis, & infirmitatum, 1. Regum 2. Sapient. 16. Deut. 32. Tobie 13. Augustinus, Inter omnia miracula que fecit Christus, Lazari suscitatio maximè predicatur: sed si attendamus quis fecerit, delectari potius debemus quam mirari. Ille suscitauit hominem, qui fecit hominem. Plus est hominem creasse, quam suscitasse.

2 Consolatorius sermo omnibus mortem horretibus, quod Christus hic dicit: Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. hic scito quod Augustinus habet: animæ tuæ animam si dem esse. his uerbis vnica spes nobis additur que fidelium animos ob mortem contristatos solatur. Hac spe primi parentis animum deiectum erexit dem, quum sopore immisso uidit Ecclesiam Christo iungendam, & per

Mors Christianorum est quædam à seruitute corruptionis mortis manumissio. De spiritali vita cur cū Martha differuerit Christus.

Festum hoc cur ab Ecclesia celebratur.

Inter omnia Christi miracula quid maxime predicatur.

Sermo Christi consolatorius omnibus mortem horretibus.

*Spes resur-
rectionis
Patribus
animum
addidit.*

ipsum glorificandam. vide Genesis 2. Ephes. 5. Hac spe Abraham filium suum Isaac, in cuius semine benedicendæ omnes gentes, ad diuinum præceptum immolare voluit, Genesis 22. plenissimè sciens, quia quacumque promissit Deus, potens est & facere, Romanorum 4. Hac Iob confirmatus ait, Etiam si occideri me, in ipso sperabo, Iob 13. Causam subdit sue spei cap. 19. Scio quòd redemptor meus viuit, &c. Hinc tertium septem fratrum, qui ob legem Dei ab Antiocho trucidabatur, linguam postulatus, citò protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait: E caelo ista possideo sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Sit quoque reposita hæc spes in sinu nostro.

*Confessio
Marthæ cõ-
firmatur.*

3 Christus confessionem Marthæ confirmat. Linum fumigans non extinxit Marthæ imò inflammavit, ostendens se resurrexerit nem esse & vitam, quasi dicat: Si credis me supplicium vota suscipere pro animam agentibus, crede etiam, ea ipsa vota me suscipere pro vita sanctorum. Non credebatur peccata dimittere posse. Dixit ergo paralytico, Matth. 9. Fili confide, remittuntur tibi peccata tua, &c. Suscitavit quoque Lazarium, ut credat totus mundus ipsum viventium vota pro mortuis suscipere, iudicem viuorum & mortuorum. Vnum summopere necessarium scitu, nempe nulla prorsus suffragia, neque pro viuis neque pro mortuis calum penetrant, nisi per Christum, hoc est, fide Christi. Quam ob rem dicit Christus, Crede hoc? ut eam ad talem fidem pelliceret, diceretque, Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei.

*Suffragia
nulla calu-
penetrant,
nisi per
Christum.*

ALIVS SERMO DE ANIMABVS.

*Anime
quor modis
a liuētur.
Sacrificium
triplex.*

QVINCVE modis adiuuantur animæ quæ sunt in purgatorio: Primò, Sacrificio: quod est triplex. Oris: de illo ait David Psalm. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Cordis: de illo ait David Psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contritulus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Hæc duo profunt animabus propter fidem, obedientiam, charitatem, pietatem, & alias virtutes eorum qui orant. Hæc sacrificia in magno sunt precio apud Deum, ut quæ Christi virtute & meritis sint condecorata, & spiritu eiusdem Christi, qui habitat in eorum animis, fiant.

*Altaris sa-
crificium
prodest ani-
mabus.*

Tertium est altaris sacrificium. De illo ait David Psalm. 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino, &c. Hoc prodest animabus propter inæstimabilem suum valorem, & plusquam diuinam dignitatem, ac propriam excellentissimamque virtutem: quæ tanta est, ut angelos & Sanctos ipsos lætificet, viuentes iustificet, & mortuos mirificè iuuet, eos tamen qui in purgatorio sunt, quorum poenas delet.

1 Ratio

1 Ratio huius suffragij est, quia nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, 1 Corint. 12. 2 Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, 2. Cor. 3. David ait, Potasti nos vino compunctionis, Psalm. 59. Cum Dei sint hæc dona, ipsi necesse est sint grata & accepta. 3 Inter reliqua opera charitatis Eucharistia maximè ad charitatem pertinet, & eius oblatio: quia est sacramentum Ecclesiasticæ vnionis. vnde cum ipsa sit vinculum nostræ vnionis, nobis omnibus communicat suas virtutes. August. homil. 17. de verbis Apostoli.

2 Secundò adiuuantur animæ oblationibus: quæ sunt multiplices: pecuniæ, cerei, animalia, ornamenta, panes, & vinum. Quæ omnia, quamuis ipsis Deus opus non habeat, à suis tamen creaturis bono animo oblata libenter accipit, odorque harum oblationum caelos transcendit, ad ipsumque penetrat. Quæ etiam tantò hilarius iucundiusque accipit, quanto maiori cum charitate à suis creaturis offeruntur: & ut illis pro quibus offeruntur, sint vtilia, misericorditer concedit. Pertinent enim hæc omnia ad diuinum eius cultum, ob idque ipsi sunt accepta. Damascenus in sermone de mortuis, docet cereos oleumque pro his offerri.

Hæretici nostri temporis hæc quasi suffragio scripturarum sacrarum destituta reijciunt: atque idcirco nobis minimè licere causantur, quin Deum talia detestari temerè præsumunt affirmare. Sed hos rogo, licueritne Abel sine expresso Dei mandato sacrificium illud primogenitorum gregis sui, & adipem offerre? num fuerit Deus execratus illius sacrificiū? minimè quidem: respexit enim Dominus ad Abel, & ad munera eius, Genes. 4. Ita nobis Christianis licet primogenita gregis, panes, fructus, ac reliqua omnia Deo nostro offerre: qui respiciet ad nos, & ad munera nostra, modò bona conscientia offerantur. Iudas Machabæus 12. millia drachmas argenti obtulit pro mortuis, 2. Mach. 12. Consuetudo hæc sacris scripturis non aduersatur, imò illis est admodum consona. Patres eam confirmant: confirmat eam vniuersalis Ecclesia, tum occidentalis tum orientalis. Horum, ac præsertim Ecclesiæ auctoritas apud viros pios & bonos maioris ponderis esse debet, quàm hæreticorum vanarumque præsumptio.

Adiuuantur animæ quæ sunt in purgatorio, applicatione sacrificiorum. Nam quemadmodum Christus se obtulit in cruce æterno patri, hostiam cruentam in sacrificium verum, non tantum pro credentibus viuis qui tum erant, & in posterum subsequuturis: verum etiam pro mortuis illis qui in fide & iustitia vera ex hoc mundo migrauerant: ita & modò oblatio eadè quam Ecclesia repetit ex Christi institutione, prodest

O ; non

*Euchari-
stia Eccle-
siasticæ vn-
ionis sa-
cramentum
est.*

*Psalm. 15.
Anima ad-
iuuantur
oblationi-
bus.*

*Iudas Ma-
chabæus ob-
tulit pro
mortuis
12. millia
drachmas.*

*Anime de-
functorum
adiuuantur
applicatio-
ne sacrifi-
ciorum.*

*Ecclesia ab
Apostolis in-
formata
statuit non
minus pro
mortuis
quàm pro fi-
delibus vi-
uis altaris
sacrificium
offerendū.*

*Pro matre
Augustini
sacrificium
pretij no-
stri oblati.
Anniuersa-
ria pro mor-
tuis cele-
brata Ter-
tulliani q̄-
poribus.
Orationes
mortuis
prosuat.
Trigesimi
cōmemo-
rii à morte
defuncti ab
antiquis tē-
poribus ce-
lebrata.*

non modò viuis credentibus, verùm etiam mortuis, qui satisfatione plena pro suis peccatis nòdum peracta hinc discesserunt: qui in loco aliquo iuxta Dei voluntatem pœnas debitas luituri detinentur. Hinc Ecclesia ab Apostolis informata, & Spiritu sancto ipsam docente, statuit, non minus pro mortuis quàm pro fidelibus viuis sacrificium illud in satisfactionem pœnarum æterno Patri esse offerendum, & eius inæstimabile pretium vtrisque debere applicari.

Quòd autem patres veri Apostolorum successores, & vicini eorum temporibus, ita vno ore consenserint, clarum est. Nam Tertullianus de Monogamia, Vxor, inquit, pro anima mariti oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Idem lib. de exhort. casti. Iam repete apud Deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas, &c. Cyprianus lib. 1. epist. 9. negat pro eo offerri, nec sacrificium pro dormitione eius celebrari debere, qui excedens ad tutelam aut curam clericum nominasset. Ambros. de obitu Theodosij, trigessimum & quadragesimum obitus diem obseruari solitum scribit, atque vtranque obseruationem habere auctoritatem, qua necessarium pietatis impleatur officium. Augustinus lib. 9. Confess. cap. 12. scribit, pro matre sua oblarum fuisse sacrificium pretij nostri. Beatus Ephrem in suo testamento, cum trigessimum diem compleisset, sui memoriam fieri petiuit.

Vnde constat 1. anniuersariam illam memoriam quam pro mortuis Ecclesia celebrat, Tertulliani temporibus fuisse obseruatam.

2. Orationes mortuis prodesse, nam alioqui Tertullianus nò horraretur vxorem, vt pro mortuo oraret marito.

3. Pœnas pati animas in alia vita: aliàs enim nò instaret Tertullianus vt refrigerium vxor animæ mariti adpostularer.

4. Oblationem Missæ illis animabus prodesse, quæ cælo exclusæ, in aliquo plectuntur loco.

5. Trigesimi diei à morte defuncti commemorationem, quæ fit in Ecclesia à viris fidelibus, non esse tunc excogitatam, sed ab illis temporibus acceptam.

6. Consuetudinem hanc, quam tenet Ecclesia Romana, celebrandi annuè festum animarum, non esse recentem commentam atque introductam, sed ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos vsque deuolutam.

7. Non temerè ea esse statuta quæ de mortuis docet Ecclesia, sed antiquissimæ consuetudinis auctoritate esse corroborata atque retenta. Quæ cum sint longè grauissima testimonia, animos piorum in suam pertrahent sententiam.

Tertio

3. Tertio adiuuantur animæ defunctorum orationibus, dicente scriptura 2. Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Item dicente Ecclesia suis fidelibus filijs, Oremus pro fidelibus defunctis. Et in canone post consecrationem, Memero Domine famulorum, &c. Ad orationes autem reducuntur omnia opera spiritalia: qualia sunt obsecrationes, petitiones, gratiarum actiones, contemplationes, exercitia alia spiritalia, meditationes, quæ spiritalia sint hæ actiones, dependeatque earum applicatio ex orantiū intentione. Hinc est quod dicamus orationes posse mortuos iuuare. Potest enim is qui orat, in eum finem suam orationem dirigere, vt illis animabus subueniat, quæ subsidijs summam habent necessitatem. Deus autem qui diues est in misericordia, qui que humiliū orationes respicit, ipsas acceptat, & ijs pro quibus oratur, misericordiam suam clementer concedit. August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1.

4. Quarto adiuuantur eleemosyna. Nam Sapientia Ecclesiastici 7. dicit, Mortuo ne prohibeas gratiam. August. quoque libro de cura pro mortuis agenda, refert eleemosynam ipsis prodesse. Et lib. de octo quæst. ad Dulcitium, quæstio. 2. Ad eleemosynam reducuntur omnia opera misericordie tam spiritalia quàm corporalia. Corporalia sunt 7. pascere famelicum, portare sitientem, colligere hospitem, operire nudum, visitare ægrotum, redimere seu solari captiuum, sepelire defunctum. Spiritalia sunt totidem, scilicet patienter ferre infirmum consulere dubitanti, docere ignorantem, consolari afflictum, corripere peccantem, remittere offensam delinquenti, orare pro persequentibus & calumniantibus nos.

Omnia hæc opera mortuis suffragari possunt, quia ex charitate fiunt. Quæ charitas quum sit spiritus corporis mystici Iesu Christi, omnia facit communia, & cunctis membris infundit. Sunt autem membra corporis Christi, etiam animæ illæ quæ in purgatorio pœnas debitas luentes detinentur atque ita participes fiunt omnium bonorum quæ alia membra Christi faciunt, sunt enim participes omnium timentium Dominum. Eleemosyna verò quum sit ipsius charitatis fœtus, & primarius effectus, eaque ratione ad ipsam pertineat: facit charitas vt sicut ipsa, ita & eius effectus profint non modò viuis, verùm etiam mortuis membris: & tanto magis, quanto intentio orantis feruentius in hunc finem dirigitur.

5. Quinto adiuuantur ieiunio: ad quod reducuntur disciplina, vigiliæ, peregrinationes, cilicia, maceratio carnis, lachrymæ & vniuersæ aliæ carnis afflictiones. Hæc omnia nec ex sui ratione ad charitatem pertinent, nec ad directionem intentionis: quum sint charitati quasi extrinseca. Angeli enim etsi nunquam

O 4

ieiun-

*Animæ de-
functorum
adiuuantur
orationi-
bus.*

*Animæ ad
adiuuantur
eleemosy-
na.*

Matth. 25.

*Animæ de-
functorum
participes
fiunt om-
nium bono-
rum quæ
viva mem-
bra eccle-
siæ faciunt*

*Animæ ad
iuuantur
ieiunio.*

ieiunauerint, tamen charitatē habent ardētissimam. Et multi etiam sancti antequam carnem macerare possent ieiunijs, abstinentia, vigilijs, cilicio, peregrinationibus, atque alijs corporalibus exercitijs, charitatem sunt consequuti, vt Lairo, Zachæus, Publicanus, Martha, & plerique alij sancti. Nihilominus possunt hæc omnia ad charitatem reduci, & intentio ieiunantis potest ieiunii molestias & alias corporales afflictiones ex charitate assumere, & pro alijs ferre. Et quia ieiunium affligit corpus, potest tanquam pœnale opus satisfactorium pro defunctorum pœnis & eorum personis Deo offerri. Ideo Gregor. 4. lib. Dialogorum cap. 39. posuit quasi suffragium quartum post sacrificium, eleemosynam, orationem, & ieiunium.

Quibus animabus hæc omnia prædicta proficiant.

Quibus hæc omnia profunt? August. in Enchiridii ca. 110. Neque negandum est, inquit, defunctorum animas pietate suorum viuētium releuari, quum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt: sed eis hæc profunt, qui quum uiuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, meruerūt. Item Gregor. lib. 4. Dialogorum: Dicamus ergo omnes in hac die, Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Amen.

I N F E S T O B. M A R T I N I E P I S C O P I,
E P I S T O L A.

4. **E**cce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, et inuentus est iustus & in tēpore iracūdiæ factus est reconciliatio. Nō est inuentus similis illi qui conseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo fecit illū Dominus crescere in plebem suā: benedictionem omnium gentiū dedit illi, & testamentū suum cōfirmāuit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis, cōseruauit illi misericordiam suam, et inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in cōspectu regū, et dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentū sempiternum, et dedit illi sacerdotium magnū et beatificauit illum in gloria, fungi sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

Sacerdotis officij encomion.

Sunt duo præsertim in hac lectione notanda, à quibus noster venerabilis sacerdos & episcopus Martinus ab ecclesia laudatur. Primum est vita & opus: & quantum ad hæc attinet, sic inquit Sirach, *Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo & inuentus est iustus, & in tēpore iracūdiæ factus est reconciliatio. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* Hoc sacerdotale encomiō, secundū literā quidem Aarōni & Phineæ insignibus illis apud Israelitas pontificibus ad æternam ipsorum memoriā, à Syrachō dedicatū est. Vndeq; & omnibus sanctis episcopis ac sacerdotibus apud nos Christianos, quoties illorū solēnitates agimus, porro nūcupatur, vt qui & ipsi sacerdotio sanctē functi sunt, ac proinde laudē mereātur sempiternā. At ve-

ro

ro secundum genuinum, internum & mysticū sensum, in neminem iustius ac verius competit, quā in illū solum, quē omnes pontifices & sacerdotes veteris testamenti præfigurāunt, quemque testamenti noui antistites semper sedulo sunt imitari, nimirum Iesum Christum seruatorē nostrum, ad quē sic pater cælestis medio iuramento loquutus est, Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam is omnia in se absolutissimē expressit, quæ hic commemorantur. Multi namque fuerunt pij in vtroque testamento, qui Deo placuerunt: verū nulli ita quemadmodum noster sacerdos Iesus. Nam quotquot illi placuerunt, in hoc & propter hunc placuerunt illi: at hic illi placuit propter semetipsum, vnde & sic illo in Euangelio, Math. 3. & 17. testatus est: Hic est filius meus charissimus, in quo mihi complacitum est, 1. Pet. 1.

Eucromion hoc nulli iustius cōpetit quā vero pontifici & sacerdoti Christo.

Fuerunt & plerique iusti, qui iustitiam anxie coluerunt, & conseruāunt Dei legē, sed nulli ita & tanta perfectione, atque ipse. Illi enim ex ipso iusti fuerunt & coluerunt iustitiam: illi per hunc & huius auxilio legem conseruāunt. Nam ipse ipsissima omnium iustitia est, & finis legis ad iustitiam omnium credenti. Verū ipse per semetipsum fuit & est iustus, adeo vt peccatum non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius 1. Pet. 2. Ipse item per semetipsum legem excelsi conseruauit, adeo vt ne vnum iota aut vnus apex sit in lege, quem ille non perfectissimē impleuit. Hinc ipse in cruce pendens post degustatū acerum, quod illa vinea subamara dabat per sextum verbū ait, Consummatum est.

Leois paterne Christi obseruantissimus. 1 Cor. 1. Rom. 10.

Fuerunt etiam quidam piorum, qui iram Domini precibus assiduis mitigauēte, velut Abraham, Moses, Iosue, & propheta: verū nulli tanto fructu, quā noster sacerdos. Nam illi pro vna atque altera gente interpellāunt, noster autem pro omnibus: illi pro expiatione obtulerunt sanguinem hircorum & virulorum at noster semetipsum & proprium sanguinem Deo Patri obtulit, Ephe. 5. Heb. 9. illi aliquando non exauditi sunt, at noster pontifex exauditus est pro sua reuerentia, æternam redemptionem inuenit. Heb. 5.

Irae paterne mitigator Christus.

Posterior quod hic considerandū occurrit, est finis & præmium eiusdem nostri sacerdotis. Et quantum ad istud attinet sic Syrachus ad eius laudem prosequitur, *d. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam: benedictionē omnium gentiū dedit illi, et testamentū suum confirmāuit super caput eius, etc.* Quia ille sic Deo Patri placuit, iustusque inuentus est, & omnium factus est reconciliator, hunc vicissim illi pater honorē detulit iuxta humanitatē, vt factus sit caput suæ plebis, hoc est, totius Ecclesie: omnium item rū Iudæorū tum Gentium benedictio, atque ita diuini testamēti ob signaculum: adhæc magnificatio in-

Functionis sacerdotalis præmiū Honorem summum detulit Pater Christo pro sacerdotali officio ritè expleto.

cōspectu regū, & corona gloriæ, adeo vt in nomine ipsius omne genu flectatur, cęlestiū, terrestriū, & inferorū: & omnes cōfiteātur quod sit in gloria Dei Patris: Phil. 2. omniū Dominus, iudex viuorum & mortuorum. Certa de his adfert testimonia D. Paulus Coloff. 1. Ipse, inquit, est caput corporis Ecclesie qui est principiū, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnib' ipse primatū tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eū reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cęlis sunt. Et Petrus Acto. 4. Hic est, inquit, lapis reprobatus à vobis ædificātib'us, qui factus est in caput anguli, & nō est in alio quopiā salus. Itē Acto. 10. Verbum misit Deus filiis Isracl annuntians pacē per Iesum Christū: hic est omniū Dominus.

Sic quia venerandus antistites B. Martinus, ab infantia Deo placuit & inuentus est iustus, per verum nouæ legis Pontificē & sanctum sanctorum ad Præsulatum sublimatus est, in qua dignitate quia factus est deuotus populi recōciliator & intercessor, nec inuentus sit illi vix similis, qui in eadem cōseruaret legem excelsi, ideo amauit eū Dominus & ornauit eum, stolaque gloriæ induit eum, necnon benedictione cęlesti hæreditauit illum Dominus Deus noster: Bonorum enim laborū gloriosus est fructus, Sap. 3.

Vitam autem B. Martini, quemadmodum à Sulpitio Seuero descripta est, ex Latino hagiologio petitam, sacerdos pius clero populoque, tum ad eorū cruditionem, tum emendationem, proferre potest, ac debet.

EPILOGVS.

1 Quia Ecclesia militans & triumphans vna sunt Ecclesia ideo merito ipsa militans Ecclesia laudes patrum vct. Test. in Christo dormientiū, attribuit sanctis noui Testamenti, quia eodem spiritu ducti, eadem fide præditi, iisdem virtutibus donati, eadem charitate successi, omni conamine legem Dei adimplere studuerunt.

2 Omnis diuorum laus, tanquā in suum scopum, dirigēda est in ipsum caput sanctorum omnium Christum è quo tanquam ex fonte, omnes sancti suam iustitiam, pietatem, legis diuine adimplerionem hausērūt. Vnde dixit Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Hinc est quod verē sancti dicunt cū Dauide, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā, Psal. 113. Imo potissimū cōuenit hæc lectio pōtiffici nostro Christo, qui & ipse omnia quæ in ea cāmemorantur, in se absolutissimè expressit.

3 Fuis & præmium per gratiam Dei benè actæ vitæ, necnon sacerdotalis officij ritè gestī, honor, benedictio, misericordia gratia, corona gloriæ & æterna beatitudo. Hinc dicitur est Dominus, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui, Matth. 25.

IN

IN FESTO EIVSDEM S. EPISCOPI

EVANGELIUM.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cūm venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiēs ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniā si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Luc. 2.

IN Euangelio hodierno, quod totum est parabolicum & allegoricum, docet nos parabolicè dominus quatuor. 1. Primo quonam pacto nosmet dignè ad ipsius aduentum, hoc est, mortis horā, & diē nouissimum parare debeamus, ne inopinatō rapiamur in æternum exitium, quum dicit, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ accensæ. Hanc parabolā à viatoribus nocturnis sumpsit Dominus. Nam hi, ne vel stercorebus commaculentur, vel à sentibus remorentur, omniū primo vestimēta sua præcingunt, mox verò ne quā impingant, aut à semita deflectant, sed expeditius iter conficiant, lumina seu lucernam gestant in manibus. Iam sumus nos viatores spirituales, adeoque viatores nocturni, hoc est, vita nostra perperaus cursus est, & progredimur vsque de die in diem, quemadmodum viatores de miliari in miliare, fitque iter nostrum noctu, hoc est, in caliginoso cæcoque mundo. Hoc testatus est Dauid 1. Paral. 29. Peregrini sumus corā te & aduenæ, sicut omnes patres nostri, dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Et Apost. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Nam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, 2. Cor. 5. Vult igitur Dominus noster, vt & nos (viatorum & peregrinorum more) præcingamus lumbos nostros, lumināque gestemus in manibus, hoc est, vt animos nostros, cohibeamus, subducamūsq; à stercorebus peccatorum & sentibus voluptatum huius mundi, & vt Apostolus vult, Hebr. 13. Sint mores alieni ab omni auaritia, contenti ijs quæ adsunt: & iuxta B. Iaco. 1. cap. simus abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipientes infirum verbum, quod potest saluare animas nostras. Item iuxta Petrum 1. cap. 2. tanquam aduenæ & peregrini abstineamus nos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem inter gentes habētes bonam, &c. ac contrā in fide veram vitam agimus, pudicam, sobriam, iustam, sanctāque, necnon corpora nostra ieiunijs, vigilijs, ac continentia

*Lucerna
lūborūq;
præcinctio,
quid signi-
ficent.*

nentia, aliisque exercitijs carni ingratis maceremus castigamusque, 1. Cor. 9. Gal. 6. Nam per præcinctionem lumborum, peccatorum voluptatumq; omnium constrictio seu resistantia intelligitur: per verò lucernas accensas, bona opera (fide nimirum lucida & charitate feruida, intelligenda veniunt. Sensus itaque est: Si dignè ad Domini aduentum parare nos velimus, ante omnia à peccatis abstinere, & innocenter contrà viuere nos oportet. Non enim satis est, vt lumbi nostri præcincti sint, hoc est, vt non peccemus: sed & lucernis contra accensis instructi simus necesse est, lucerna nimirum verbi Dei, Psal. 118. luce veræ fidei, Ioã. 12. & luce bonorum operum, Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Nam cui hæc non adfunt, is cæcus est, & manu viam tentans, sicut Petrus habet 2. cap. 1. Ideoque non tantum scriptum est, Declina à malo: sed & additur statim, Et fac bonum, Psal. 32. Item Isa. 1. Quiescite agere peruersè, addit, & discite bene facere.

Atqui necdum hoc sufficere nobis debet, vt lucernas huiusmodi gestemus in nostris manibus, sed addendum etiam hoc, vt vigilemus, expectemusq; gnauiter, ad ipsum vsque Domini nostri aduentum reditumque, quemadmodum fideles serui, noctu foris agente Domino, vigilare ac omni momento expectare illum sedulo consueuerunt. Audiamus porrò Dominum nos adhortantem, *Et vos, inquit, similes estote hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt quum venerit apulsauerit, confestim aperiant ei.* Hæc parabola à seruis fidelibus perita est. Nuptiæ antiquitus noctu peragi solebāt: oportebat igitur seruos vigilare, & expectare dominos suos per totam noctem. Sic nimirum & nunc spiritualiter agitur inter Christum Dominum nostrum, atque nos ipsius seruos: Dominus quidem, qui nuptijs interesse dicitur, Dominus noster Iesus Christus est, rex regum, Dominus dominantium, Apocal. 19. Nuptiæ autem, cælestia sunt gaudia, Apocal. 19. Serui verò sumus omnes nos, cuiuscunque simus vel sexus vel conditionis: cum enim venundati essemus per chirographum peccati diabolo, redemit ille nos fecitque nos sibi peculium. Coloss. 2. Tit. 2. Nox verò potestas est tenebrarum, Luc. 22. mundi maligni summa peruersitas, Ioan. 3. & finis temporis gratiæ, Ioan. 9. At reditus domini à nuptijs, Christi aduentus est ad iudicium: spiritualis quidem & inuisibilis in hora mortis, corporalis verò & visibilis in nouissimo die, Ioan. 14. Matth. 25. Incertus autem domini reditus & horæ mortis, & diei nouissimi incertitudinem significat, Matth. 24. De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, Marc. 13. neque filius, nisi solus Pater.

Est ergo Dominus noster profectus ad nuptias, hoc est, ascendit ad

*Nuptiæ
olim noctu
peragi so-
lebant.*

*Nuptiæ
Christicæ
lestia sunt
gaudia.*

*Serui Do-
mini su-
mus om-
nes nos.*

*Reditus do-
mini à nu-
ptijs est
aduentus
eius visi-
uus.*

dit ad cælos, sedetque ad dexteram patris, & fruitur cælesti diuinæque gloria: at inde tandem rediturus est ad iudicium, idq; in hora mortis inuisibiliter, & nouissimo die (vt dictum est) visibiliter. Quum ergo nos omnes si. nus serui ipsius, oportebit sanè & nos vigilare, expectareq; ipsum sedulo. Videmus enim etiam si quis lucernis accensis noctu vel instructissimus sit, si tamen is somno indulgeat, excidere illas è manu ipsius, sicque mox extingni: ita videlicet, etiam si & nos quàm piècissimam arripuerimus vitam, si tamen dormiamus, hoc est, omnem metum ponamus, & agamus securè, peribit mox omnis nostra pietas. Nox enim adest, imo magis horribiliusque ea totum mundum indies occupat, hoc est, totus mundus in maligno positus est, 1. Ioan. 5. refrixit charitas, nurat ac labascit fides, defecere fermè virtutes omnes, abundauitque interim iniquitas multorum, Matth. 24. ideoq; meritò sanè dicit Paulus dies esse malos, instarèque periculosa tempora, Ephe. 5. 2. Tit. 3. Veniet autem Dominus certò in nocte hac, & veniet quidem eo tempore, quando longissimè adhuc abesse ipsum putabunt homines mundani, 1. Thef. 5. 2. Pet. 3. Apoc. Si igitur consultum nos salutis nostræ volumus, procrastinationem ponamus, præcinctos habeamus lumbos, lucernas accensas gestemus, quàmque primùm & egrediamur Domino obuiam, vigilemus & expectemus ipsum citra intermissionem omni momento à nuptijs cælestibus reuersurum, hoc est, perseueremus, cumque metu ac tremore salutem nostram operemur. Scriptum enim est, 2. Tim. 2. Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et Matth. 24. Qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit. Audiatur iterum Apost. Tit. 2. Apparuit gratia Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegata omni impietate & secularibus desiderijs, sobriè, & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Et Psalm. 26. Expecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et rursus Psalm. 36. Expecta Dominum, & custodi viam eius, &c.

Audiuimus hæcenus breuiter laborem nostrum. Ne ergo nos eius laboris & vigiliæ tæderet, addit & præmium hoc loco consequururum, cum ait Dominus, *Beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen amen dico vobis, præcinget se, et faciet illos discubere, et transiens ministrabit illis.* Hic Dominus vigilantes et succinctos pronuntiat beatos, atque ne quis beatitudinem hanc imaginariam censeat, addit modum beatitudinis, nimirum, se (vt pote Dominum) collocaturum suos ad mensam, et ministraturum ipsis, hoc est, æternam eis cõcessurum requiem, et sua ipsius donaturum eos gloria: Hæc ineffabilem mercedem

*Seruum
Dei est vi-
gilare et
expectare
ipsum.*

*Nox totum
mundum
occupat.*

*Dominus
eo tempore
veniet, quã
do longissi-
mè abesse
putabitur.*

*Premium
succincto-
rum et vi-
gilantium.*

cedem suis quoque promittit, Luc. 22. d. Vos estis qui perman-
sistis mecum in tērationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut
disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super
mensam meam in regno meo. Item Apoc. 16. Ecce venio cito
sicut fur. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nu-
dus ambulet, & videant turpitudinem eius. Idem cap. 21. Ab-
sterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Iterum
cap. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vni-
cuique secundum opera sua.

*Liberali-
tas domini
erga nos,
quā magna
sit.*

*Premij
magnitudo
ad virtutū
amorem et
vitiōrum
odium nos
excitare
debet.*

*Longani-
mitas &
patiētia do-
mini nobis
cōmenda-
tur.*

Ex his autem verbis colligere facile possumus, quantopere
sintat Dominus salutē nostram, ut nempe saluemur: colligere
quoque possumus, quanta ipsius erga nos sit liberalitas, etiam
si fecerimus maxime omnia quæ & hic & alibi nobis præci-
pit, nihil tamen deberetur nobis. Nam omnia nostra benefa-
cta plus quā satis à Domino nobis antè refusa sunt, neque
nostra illi opus est beatitudine: nā sine nobis & ab æterno re-
gnauit, & porro regnare potest. Attamē pollicetur nobis æter-
nam scēlicitatem, tanquam præmium, ac si nostris iustitiis ea
deberetur: & adeo beatos nos esse cupit, ut & suum nobis of-
ferat ministerium, velitque ministrare nobis, tanquam seruis
dominus, quum tamē nos ipsi ministerium re vera debeamus.
Tantum igitur, tamque liberale præmium nos meritō extimula-
re omnes debet, ut alacrius studiosiusque spirituales nostros
lumbos præcingamus, habeamus lucernas accensas, vigilemus
& expectemus Dominum.

3 Terriō ostendit Dominus summam erga seruos suos lon-
ganimitatem, mansuetudinem & patientiam. Poterat enim
quispiā ad hæc dixisse, Audio quidem premij magnitudinem,
& maximam Domini erga nos munificentiam: verū quis sem-
per habere potest præcinctos lumbos, & accensas lucernas?
quisve semper vigilare & expectare sic Dominum potest? In
multis enim offendimus omnes, Iac. 3. & nemo purus à pec-
cato est, teste Iob. Ad hoc ergo sic respōdet cōsequenter domi-
nus. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, atq;
ita inuenerit, beati sunt serui illi.* Quibus verbis (ut diximus) patiē-
tiam & longanimitatē suā nobis cōmendat. Et si iure optimo
nos omni tēpore paratos esse oportet in prima vigilia, in secū-
da, & tertia, hoc est, in ipsa pueritia statim, in adolescētia, & in
senectute, iuxta illud Thren. 3. Bonum est viro quum portaue-
rit iugum Domini ab adolescentia sua: & illud Eccles. 39. Iu-
stus cor suum traderet ad vigilandum diluculo ad Deum qui fe-
cit illum, &c. Tamen adeo clemens & longanimis est Domi-
nus, ut quos non inuenit per omnia paratos in pueritia, cū his
sit patiens vsque ad adolescentiam: & quos nec in hac paratos
inuenit, eos toleret vsq; ad vltimā senectam. nouit enim pro-
nita-

nitatem nostram in malum, Gen. 8. & instabilitatem in bono.
Ideo longanimis est super nos, nec statim vlciscitur lapsos nos
sed patienter expectat ad pœnitentiā, iuxta illud Isa. 30. Expe-
ctat Dominus ut misereatur nostri. Et 2. Petr. 3. Non tardat.
Dominus promissionem suam, sicut quidam existimāt, sed pa-
tienter agit propter nos: nolens aliquos perire, sed omnes ad
pœnitentiā reuerti. Si igitur cessauimus hætenus aut lapsi
sumus, surgamus, resipiscamusque vel adhuc: nondum enim
serō est, quādiu differt aduentum Dominus, spes est salutis
Sed tamen interim is beator erit, qui sic vitam suam compo-
nit, ut omni momento liberè cessari audeat hoc Dauidicum,
Paratus sum & non sum turbatus, Psal. 118. Item Psal. 107. Pa-
rarum cor meum Deus, paratum cor meum.

4 Quarto docet quid nos præterea debeat commouere po-
tissimum, ut studiosius nosmet paremus. Estque hora mortis
iudicijque futuri incertitudo. Quia ergo nescimus quādo ma-
ximè sit venturus, eo quod tempus illud ignotum est, certum
tamen est ad futurum, (nam nihil morte iudicijque certius ho-
ra vero nihil incertius) præstat & vtile atque necessarium est,
ut semper vigilemus, nec nō perpetuò parati & instructi simus
bonis operibus, atque ab omnibus mundanarum rerum impe-
dimentis expediti. Ob id nimirum Dominus subiūgit, *Hæc au-
tem scitote, quod si sciret pater familias qua hora fur esset venturus, vigi-
laret vtiq; & non sineret perfodi domum suam.* Tā timēt homines
opibus suis terrenis, ut ob has vel totas noctes infomes du-
cant, ne se dormientibus, irrumpant fures, & eas furetur. Quā-
to magis nos sollicitos esse oportebit, ne opibus spoliemur æ-
ternis ac cælestibus? Vigilandū igitur nobis est perpetuo, sem-
per, inquam, studendum iustitiæ & pietati, ne dies domini (qui
tanquam fur in nocte veniet) nos imparatos obruat. 2. Petr. 3.
Nam sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus filij
hominis: Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabant ad-
nuptias, vsque in diem qua intrauit Noë in arcam, & venit di-
luuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus
Loth: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant
& ædificabant: qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ig-
nem & sulphur de cælo, & omnes perdidit: secundum hæc erit
qua diē filius hominis reuelabitur, Lucæ 17. Matthæi 24. *Et
vos igitur, inquit, estote parati, quia qua hora nō putatis, filius hominis
veniet.* Vltimam horam ignorare nos voluit Dominus, ut sem-
per suspecta sit, & ad eam præparemur, Ecclesiast. 5. ne tardes
conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito
enim venit ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ec-
clesiast. nono. Quodcunque facere potest manus tua, instanter
operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia erunt apud in-

*Spes salu-
tis est quā-
diu domi-
nus differt
aduentum
suum.*

*Morte iudi-
cijque nihil
certius, ho-
ra verò ni-
hil incer-
tius.*

*Dies adue-
tus domini
furi cōpa-
ratur.*

*Horā vlti-
mā nos ig-
norare vo-
luit domi-
nus, ut sem-
per suspe-
cta sit.*

feros

Sancti prædecessores nostri.

feros quo tu properas. Quæ enim paratæ erant virgines, intraverunt cum sponso ad nuptias, & clausa est ianua, Matth. 25. Atque ne hic causemur nostram impotentiam, quamplurimos habemus prædecessores, ipsos Apostolos, Martyres, Confessores, virgines & viduas, atque inter hos ipsum etiam B. Martinum, cuius hodie memoriam agimus. Et hi omnes ob id præcesserunt nos, & glaciem profecerunt, ut eos imitemur, eademque tandem cum ipsis fruamur cælesti gloria. Amen.

EPILOGVS.

Iudicij mortisque hora ex se nis non fit certa.

1 Christus nos hac lectione præmonet nostræ mortis & iudicij sui, fate-mur quotidie in articulus fidei, Dominum venturum iudicare vivos & mortuos: sed certum tempus eius aduentus nos latet. Signa quidem plurima dominus prædixit, quorum aliqua præcessere, pleraque quotidie videtur, pleraque expectantur, tamen horrendi illius diei certam horam inde colligere non possumus. Sic Heb. 4. Statutum est homini semel mori. Et Sap. 7. Unus intritus omnibus ad vitam et similis exitus manet omnes: hora tamē (iuxta Euang. Matt. 24. & hic) mortis, nulli certa. Unde & Poeta dicit. Tacito clam venit illa pede. Et sicut iudicium quedam signa prænuntiant, sic mors habet suos nuntios, casum, infirmitatem & senectutem, sed sic neque moris hora fit certa. Quare hoc ut vigilemus, nosque apparemus bene viuendo & orando. Matth. 24. & 25. Marc. 13. Luc. 21.

2. Ad studium bonorum operum quum in ultimam horam tum in extremam diem, allicit nos & stimulat seruator. præmiis allicit, incerto et improviso suo reditu nos urget & stimulat, 1. p. c. 3. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

3 Similitudine habitus ministratum vobis docet sedulitate nostram, ut stemus in fide, vigilemus in negotio salutis, mala non agamus, et bonis operibus insudemus: Psal. dicente, Decina à malo, et fac bonum, Nā tali modo optimus Christus voluit suos esse in hac sententia, ut extremum illum diem semper expectarent parati, ceu mox venturum. Et in hac sententia fuisse Petrum, Paulum, Hieronymum, & innumerabiles alios constat. Furem Hilarius diabolum intelligit, sequutus Origenem alij extremum diem. Vterque enim fur est, teste Petro 1. Pet. 5. & 2. e. u. idem 3. cap. Per patrem familias unusquisque nostrum intelligitur, cui domus conscientie sub custodia commissa est. Dicitur est ergo omnibus nobis: Vigilate, Marc. 13. Nescitur dies nec hora, mors est certa, dies incerta, incertior hora. Consulat ergo animæ qui sapitulle sue.

IN FERIIS CATHARINÆ VIRGINIS ET MARTYRIS
EPISTOLA.

Sap. 7. et 8. S Apientia vincit malitiam Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi, et exquisivi eam à iuuentute mea, & quasi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum forme illius

llus. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium dominus dilexit illam. Doctrina enim est disciplina Dei, & electrix operum illius.

L Ectionis huius verba sapientissimi Israëlitarum rex Salomon in diuinæ sapientiæ encomion loquutus est, quo nos omnibus alijs posthabitis, in vnus eius amorem & admirationem citius & libentius rapiamur: & præsertim tractat duo.

1 Primo ostendit quæ sit hæc sapientia, ne quis arbitretur hic loqui cum de vulgari sapientia, quæ est affectio quedam animi, circa diuinarum humanarumque rerum cognitionem versans. Et ostendit se præcipue loqui de ea sapientia quæ omnem sapientiam transcendit, & à qua omnis sapientia veluti riuus est fonte proficiscitur, nempe de ipsa sapientia Dei, quæ est filius Dei Iesus Christus seruator noster. hic enim summa illa Dei sapientia est, in quo omnes sapientiæ & scientiæ Dei thesauri reconditi sunt, Colos. 2. qui & nobis à patre factus est sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio, 1. Cor. 1. de hac dicit Salomō, Sapientia vincit malitiam. Vicit enim Christus morte sua diabolus, mortem, peccatum, &c. Apoca. 5. Vicit deo de tribu Iuda. vide etiam Luc. 11. Ioan. 12. & 14. Roman. 4. Neque hunc potuit, neque potest vincere malitia: nam peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, Isaia 53. 1. Pet. 2.

Imò nec vllum eorum vnquam potuit malitia vincere, qui huic sapientiæ adhæserunt, qui in hanc spei suæ collocarunt ancoram. Sic enim ipsa dicit, Matth. 16. Et portæ inferi non præualebunt aduersus Ecclesiam meam, Et Paulus ait, Nihil damnationis illos manet, qui insiti sunt Christo Iesu: nam si Deus pro nobis, quis contra nos? Roma. 8. Hoc palam factum est in S. Virgine Catharina, quæ annos nata octodecim, viros etiam grauissimos & humana philosophia clarissimos, sua disputatione superauit, & superatos ad Christi fidem conuertit. Superest igitur, ut quando ipse vera sapientia sit, nos ab eo sapientiam postulemus, dicentes illud Prouerb. 5. Deriuentur riuuli tui foras, in plateis aquas tuas diuide. Et quādo ipse victor sit malitiæ, sub ipsius agamus præsidio. Omnia, inquit, Apostolus, possum per eum, qui me confortat.

2 Secundò ostendit quos effectus habeat sapientia æterna, cū subdit. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Iesus Christus æterni patris sapientia à fine vsque ad finem attingit fortiter & disponit. Quia ille est per quem condita sunt vniuersa, visibilia pariter & inuisibilia: per ipsum omnia gubernantur & implentur Col. 1. Ephes. 4. Restat igitur, quando ipse omnia moderetur & gubernet, ut nos ipsum nostrum regem agnoscamus. Isaia. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos.

P Hunc

Sapientia Dei, filius Dei Iesus Christus.

Malitia non potuit vincere Dei sapientiam.

Malitia superare non potest Dei sapientiam innitentes.

Hunc Christum Dei sapientiam omnium dominus dilexit ipse namque Dei patris filius est charissimus, in quo sibi complacuit, Matth. 3. & 17. In hoc voluit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter, & reconciliari omnia erga se, siue quæ in cælis, siue quæ in terris. Quando ergo ipsum Deus ipse tam intimè diligit, par est vt & nos eum diligamus, idque neque verbo neque lingua, sed opere & veritate, Ioan. 3.

Sapientiam patris, Christum diligere debemus, quem pater tam intimè amat.

Sponsio nostro fidem nos seruare oportet.

Doctor disciplinae Dei Christus et elector operum illius.

Doctrinam Christi nos amplecti oportet.

B. Catharinae constantia & firmitudo.

Hic quoque sponsus ille est, quem omnes electi exquisierunt & amplexi sunt, de quo testatus est Ioan. Bapt. Ioan. 3. d. Qui habet sponsam sponsus est, &c. cui sponso & Paulus suos Corinthios desponsauit: Despondi, inquit, vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Corint. 11. Par quoque est, vt & nos huic sponso nostro seruemus fidem, ne nobis obijciatur quod olim de synagoga cõquestus, d. Iere. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt venam aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, &c. & Osee 4. Spiritus fornicationum, &c.

Christus etiam doctor disciplinae Dei est, & elector operum illius: nam ipse caelestem doctrinam, voluntatemque patris è cælo attulit, & in nos apertè effudit. Verbum, inquit Petrus, misit Deus filijs Israel, nuntians pacem per Iesum Christum: hic omnium dominus est, Act. 10. Hic inuenit (ait Baruch. 3.) omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël seruo suo: pòit in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. Et ipse Dominus, Ioan. 15. Omnia quæcunque audiui à patre meo, annuntiaui vobis. Et ad Patrem, Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi in mundo: Verba quæ dedisti mihi, dedi eis: ego tradidi eis sermonem tuum. Quum ipse denique doctor sit, quem dedit nobis Deus pater, teste Ioh. 2. cap. reliquum est vt ipsius doctrinam amplectamur, quum præsertim & pater caelestis hoc vnice exigat, dum inquit, Hunc audite, Matth. 17.

Lectio hæc ob id hodiernæ festiuitati peculiariter consecrata est, quòd & ipsa B. Catharina virgo, spreta mundana & vmbatili sapientia, hanc vnã tanquam veram & omnia potentem, & elegerit, & amauerit, & exquisierit cum Salomone, atque adeo tam mordicus renuerit, vt ab ea neque minis, neque pollicitis, neque verberibus, neque verbis, neque toris, neque gladio potuerit auocari, sicque suo declarauerit exemplo, verissimum esse quod hic Salomon dicit, nempe malitiam non posse vincere sapientiam, & hanc à fine vsque ad finem attingere forisiter, & omnia disponere suauiter. Vnde non ineptè in eius encomion tale canticum canit Ecclesia, d. Regnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi, propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi.

EPILOGO

EPILOGVS.

1 *Sapientia increatae commendatio & laus, in quam non incidit malitia, hoc est, peccatum, sed per eam potius à peccatis emundamur, 1. Ioan. 3. Scitis quia ille apparuit vt peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat, &c.*

2 *Amabilem se reddidit sapientia ab vtilitate et pulchritudine. Ab vtilitate, quia multo plura, maiora & meliora bona habentur per eam, quam per diuitias temporales. Hinc ait, Quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Infinitus thesaurus est, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie Dei. A pulchritudine quia nemo castum & immaculatum sese potest exhibere sponso suo Christo nisi adsit donum sapientie. Hinc Zach. 9. Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, id est, sapientia efficiens castas mentes.*

3 *Proverbiū est apud D. Dionysium, Optimi est optima adducere. Sic omnium donorum mater sapientia nobis omnia secum adfert, contestante hoc Salomone, Sap. 7. Venerunt, inquiēs, mihi omnia bona pariter cum illa, temporalia scilicet et aeterna. Merito ergo ea à nobis inuocanda super salutem et speciem diligenda, atque regnis & sedibus, & totius mundi diuitijs proponenda est.*

I N F E R I I S E I V S D E M S. V I R G I N I S, E V A N G E L I V M.

I N illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est Matih. 25.

Regnum caelorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum secum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerant omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas: Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendetes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè vero venerunt et reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

Saluator ostendit in hac parabola mortis iudicijque incertitudinem, atque post hanc vitam meritum vacuitatem. Et ideo admonet non dormitandum aut cessandum esse in vita hac, sed assiduo cultu pietatis, & officijs in proximum parandum nobis viaticum in vitam futuram, quod scilicet in resurrectione sero nimis quæsituri hoc ipsum simus, nisi hic parauerimus maturè. Hinc admonet Seruator Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, veniet enim nox, quando nemo potest operari,

Mortis iudicijque incertitudo ostenditur.

P 2 Ioan.

Ioan. 9. Et Paulus 1. Corinth. 16. Vigilare, state in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia vestra in charitate fiant. Et Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum, &c.

Ecclesia militantis stat^o, qualis hic sit, ostenditur.

1. Præsertim in hac præsentis parabola notatu digna occurrunt tria. Primo delineatur nobis status præsentis Ecclesiæ militantis. Comparatur enim Ecclesia arcæ Noe continenti munda & immunda animalia: & arcæ, in qua est triticum cum palea: item saganæ, omne genus piscium capienti, Matth. 13. & hic decem virginibus, inter quas quinque sunt sapientes, & reliquæ quinque imprudentes & fatuæ: in qua nunc ægrè discerni possunt mali à bonis, & è conuerso. Discretio hæc tantū fiet post mortē in futuro iudicio, quādo exhibent angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittēt eos in caminū ignis, &c. Mat. 13. Tūc enim sicuti Saluator dicit Ioā. 5. Qui bona fecerūt, ibūt in resurrectionē vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionē iudicij. dicit ergo Christus: *Simile fiet regnum celorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt obuiam sponso. Quinq; ex eis erūt fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis.*

Christiani cur virgines dicuntur.

Per decem virgines, omnes in genere Christiani intelliguntur: qui nimirum dicuntur virgines, quod castitatem habeant veræ fidei, sin: q; in baptismo desponsari vni Christo cælesti sponso, fatanæq; & omnibus eius operibus ac pompis renuntiauerint. Quemadmodum enim quis virgo nascitur, sic & nos in baptismo renascimur spirituales virgines, hoc est, à peccatis & corpore & spiritu puri: idq; in eum finem, vt virginitatem huiusmodi nostram erga sponsum Christū illibatam seruemus, hoc est, in fide & in vita stabiles sincerique simus, iuxta quod omnes hortamur ab Ecclesia. d. statim à baptismo accepto, Accipe stolam candidam, lampadem ardentem, & custodi baptismum tuum, vt possis Christo occurrere. Hinc nimirū & Paulus ad Corinthios suos, quos per baptismum & fidem Christo adduxerat, inquit, Desponsaui vos vni viro, vt virginem castam exhibeatis Christo, 2. Corinth. 11.

Heretici adulteri et Christianorum albo indigni.

Hic vero cogitet iam vnusquisque nostrum, num etiam adhuc virgines simus, num etiam fidem Christo sponso seruauerimus. Certè qui vel fornicati vel adulterati sunt, hoc est, vel in hæresim, vel in impiam vitam inciderunt, & extra veram orthodoxamque fidem agunt, Christumque vel ignorant vel abnegarunt, ij in scripturis non virgines, sed meretrices & adulteræ dicuntur: iuxta illud Ose. 4. Spiritus fornicationum cepit populū meum, & fornicati sunt à Deo suo, nec in Christianorum verorum albo sunt, imo ne inter hypocriticos quidem Christianos numerari sunt digni: nā vt vt hypocrite sunt, virgines tamen adhuc sunt, si non internè, externè saltem.

Ratio-

Rationem cur Dominus Christianos decem virginibus compararit, hic scire oportet. Via Domini, per quam nos oportet Christo ire obuiam, est via mandatorum Dei, Psal. 118. Mandata autem decem sunt numero, vt omnibus constat. Comparantur igitur Christiani virginibus decem, vt admoncamur, decem præceptorum à nobis exigi obseruationem: quemadmodum & Matth. 19. Dominus ait: Si vis vitam ingredi, serua mandata. Porro mandatorum horum summa est, fides in Deū, & charitas tum in Deum tum in proximum. Hæc in genere de Christianis dicta sunt.

Sponsus autem cui obuiam exierunt virgines decem, Christus est, vt supra ex Paulo ostensum est, 2. Corinth. 11.

Per quinque verò virgines prudentes, veri Christiani intelligendi veniunt, per fatuas Christiani adulterini & hypocritici: de vtrisque habes Mat. 7. vbi Christus dicit: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, sapiens est, &c. Qui verò audit, sed non facit, stultus est, &c. Item Deut. 32. Gens absque consilio & sine prudentia, &c.

Habere virgines singulæ lampades, at non omnes oleum, Per lampades autem intelliguntur commodè, externa fidei confessio, & externa bona opera: per oleum verò, fides & charitas intelligi debent. Sic ergo omnes Christiani externè quidem fidem confitentur & bona opera exercent, verum non omnes fidem etiā cordis habent, ac ex charitatis ductu, rectaq; intèntione bonis incumbunt operibus. Sunt itaq; ij genuini Christiani, qui & ore fidem confitentur, & corde etiam fidem fouent, ac quorum opera bona ex vera fide & charitate rectaq; intèntione proueniunt. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Contrà hypocritici sunt, qui fidem ore duntaxat profitentur, & externè operantur, veritate fidei & charitatis rectaq; intentionis interim vacui, in quos torquetur hoc Evangelicum: Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit: vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Nam sicut lampas sine oleo fœtet, sic opus sine intèntione recta & charitate, ingratum est, 1. Cor. 13. Si charitatem non habueris, nihil sum, nihil mihi prodest. Hic iam colligere possumus, veri ne Christiani nos, an adulterini simus. In summa: Nō externa fidei confessio, nec externa bona opera veros à falsis discernunt: nam vtriq; his insigniti sunt, verum sola fides cordis, charitas ex vera fide promanans, conscientia bona & pura, ac recta ad Deum intentio alteros ab alteris determinant. Si ergo veri Christiani esse volumus, ante omnia, & vera perseuerantiq; fide, & vera charitate præditi esse studeamus: sic enim vtrò & confessio & externa opera sequuntur.

Iam sponsi tardatio & mora, de qua sequitur: Morā facien-

P 3 te

Christiani cur decem virginibus comparantur.

Sponsus Christus, Virgines prudentes veri Christiani.

Fatuæ adulterini & hypocritici.

Lampades externæ fidei confessio & opera externa.

Oleū fides et charitas, Christiani genuini.

Christiani hypocritici.

Opera sine intentione recta & charitate ingrata.

Christiani veri ac falsi per quem discernuntur.

Mora est aduentus Christi ad iudicium dilatio.

te sponso, aduentus Christi ad iudicium extremum dilatio est: qui nimirum in longum differt reditum suum, non (vt impij iudicant) quòd omnino emanurus sit, sed vt lōganimitate sua inuiter nos omnes maximè imprudentes ad pœnitentiã & respicientiam, ac æternũ seruet, testibus Paulo Rom. 2. & Petr. 2. cap. 3. Olim Gentiles in deorum suorum encomiõ hoc pro- uerbiũ statuerunt, d. Dij laneos habent pedes. Multò magis hoc deprædicandum est de Deo nostro vero & seruatore Iesu Christo, qui pius & lōganimis est super sponsam suam Eccle- siam, de cuius pietate sic ait Isã. 30. Expectat nos Deus vt mise- reatur nostri. Sed attendenda & pertimescenda hic est Lactantij sententia, d. Diuina quidem iratardè ad vindictam procedit, sed tarditatem supplicij grauitate compensabit. Audiendus er- go Habac. 2. cap. Si moram fecerit, inquit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit.

2. Secundò ostenditur, qualis Ecclesiæ militantis status tan- dem in fine futurus sit, & quis eius terminus, quum subdit Christus, *Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes ac dor- mierunt.* Quòd verò quũ tardaret sponsus, uirgines omnes dor- mitare cœperunt & dormierunt: per hoc defectus & mors si- gnificatur, quibus tam boni quàm mali hoc in mundo obno- xij sunt: Nam omnibus semel moriẽdum est, siue veri siue hy- pocritici, siue boni siue mali, quia secundum corpus, vnus est omnium interitus, siue pij siue impij, siue sapientes siue stulti, siue docti siue indocti, Eccl. 2. Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autè iudicium. *Media autem nocte clamor fa- ctus est: Ecce sponsus uenit exite obuiam ei.* Clamor in media nocte, quando altissimè dormitur, aduentum Domini repentinũ & in- expectatum ad iudicium significat: quẽadmodum enim fur in nocte, ita dies Domini ueniet. Quũ enim dixerit pax & secu- ritas, tunc repentinus eis superueniet interitus, 1. Theff. 5. Isã. 30. Dum non sperat, ueniet ei contritio, & sicut in diebus Noë uenit diluuium, & in diebus Sodomorum & Gomorrhæorum pluit Deus ignem & sulphur, ita erit & aduentus filij hominis, Matth. 24. Item Apoc. 3. Si non uigilaueris, ueniam ad te, quãsi fur in nocte, & nescis qua hora ueniam ad te.

Porro clamor ille nocte intempesta, sponsi præsentiam nut- tians, & uirgines à somno ad occurrendum illi excitans, tubam angelicam denotat, quã (eo tempore quo minimè putabũr ho- mines) mortui omnes in ictu oculi excitabuntur ad vitam, ad iudiciũque Christi sponsi citabuntur, iuxta illud Matth. 24. Tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebũt filium hominis ueniẽtem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa. Et mit- teret angelos suos cum rubæ uoce magna, & congregabunt ele- ctos eius à quatuor uentis, à summis calorum usque ad termi- nos

Sponsus lō- ganimus super spon- sam suam.

Dormitio aut dormi- tatio mor- tem signi- ficat.

Clamor in media nocte inexpectatum Do- mini ad- uentum de- notat.

Clamor tu- bæ perso- nans est.

nos eorum. Huius clamoris etiam Paulus meminit, 1. Corin- thæorum 15. Canet, inquit, tuba, & mortui resurgent incor- rupti. Item 1. Thessalon. 4. Ipse Dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, &c. O quan- tus hic clamor futurus est! Non erit anima tam altè in cœlo, nec ita profundè in inferno, nec corpus ita absconditum in sepulchro, quin audiat hunc clamorem. Iste clamor semper feriebat aures beati Hieronymi, qui ait: Quoties diem iu- dicii cogito, toto corde contremisco: siue bibo, siue comedo, semper uiderur sonare in auribus meis illa terribilis tu- ba: Surgite mortui, uenite ad iudicium. O utinam & nos sapius maximè inter epulas, comessationes, ebrietates & uanas voluptates, iudicii huius & clamoris recordaremur: certè à tam enormibus luxuriis & peccatis abstineremus. Me- morare, ait Sapiens, nouissima tua, & in æternum non pecca- bis. Uinam Christi consilium adimpleamus, d. Luc. 21. At- tendite ne grauentur corda uestra, crapula & ebrietate, & cu- ris huius seculi, ne irruat super uos dies illa repentina. ueniet enim tanquam laqueus super iis qui sedent super faciem uni- uersæ terræ. Sed quid tuba canet? Haud dubiè: *Ecce sponsus ue- nit cum maiestate magna, exite de tumulis uestris obuiam ei.* Et tunc ait Dominus Iohan. 5. Omnes qui in monumentis sunt au- dient uocem filij Dei. Sanè, inquam, tunc in momento, in ictu oculi, iuxta Ezechielem 37. cap. in campo magno ossibus mortuorum pleno, ossa ad ossa, & nerui ad neruos colligentur, quia surget corpus spirituale, quod seminarum est animale, & resurgens à mortuis, iam non morietur, mors illi ultra non dominabitur. O quàm iucunda erit hæc uox in auribus piorum, & horrenda in auribus impiorum, quem- admodum ad aduentum iudicis lætantur boni, & timent mali. O Domine Iesu Christe fili Dei uiui, da in illa hora auditui nostro gaudium & lætitiã, & exultabunt ossa hu- miliata: non timeamus tunc quæso Domine ab auditione mala, quam audituræ sunt uirgines fatuæ, quibus dicturus es: *Ite maledicti in ignem æternum.* O quàm plangent se- rum omnes tribus terræ, & dicent montibus, *Cadite super nos: & collibus, Operite nos.* O dies illa, dies iræ, calami- tatis & miseræ. O Domine Iesu da nos esse in numero pa- ratarum uirginum, quibus dicturus es hæc uocem clamoris: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi: uenite ad nuptias, quia omnia para- ta sunt, quæ ad externam beatitudinis uitam attinent.* Se- quitur: *Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro, quia*

Clamor tu- bæ quàm effcax.

Tubæ uox quid cani- tura sit.

Vox vlti- mæ tubæ iucunda et horribilis. Oratio.

Lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne fore non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis.
 1. Cor. 5. In die extremo resurgent omnes boni & mali, sed modo diverso: sicut in hac vita, quidam è somno corporali excitantur à Deo, alij à diabolo: alij ad peccatum, alij ad virtutes: alij ad orationem, alij ad fornicationem, alij ad Missam & ad sacram concionem, alij ad tabernam, & cæ. Secundum hunc modum variè resurgent in iudicio, Danielis 12. Multi de his qui dormierunt in terræ pulvere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant semper. Quod verò sequitur, quemadmodum expergefactæ virgines omnes adornarint lampades suas: eo porrenditur, simul atque mortui è terræ pulvere euigilauerint, consideraturum tum vnumquemque opera sua, quæ in vita mortali gessit. Nã de solis operibus tunc quæstio fiet: iuxta illud Matth. 16. Futurum est vt filius hominis veniat in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique iuxta facta ipsius. Et Paulus 2. Corinth. 5. Omnes manifestabimur ante tribunal Christi, vt referat vniquisque prout gessit propria corporis, siue bonum siue malum. Nam Apocal. 14. Opera illorum sequuntur illos.

Sed quòd prudentes ornauerunt incenderuntque lampades suas, fatuæ vero tandem tum se oleum non sumpsisse secum senserunt, obque olei carentiam lampades suas non potuerunt incendere, ideoque à reliquis petierunt illud: eo delineatur, quòd dies Domini reuelaturus sit abscondita tenebrarum & consilia cordium, 1. Corinth. 4. quòd etiam tum sunt pœnitentia antea vitæ tangendi hypocritæ & impii, sed serò nimis. Quamdiu in hac mortali vita sumus, latet qui veri sint Christiani; qui contra, adulterini; at vt ventum fuerit ad iudicium, vltima illa dies omnia declarabit. Tum enim iusti fulgebunt vt sol, Matth. 13. Iniusti vero & hypocritæ videbunt & se & sua opera meras esse nugas & tenebras. Ibi demum petent oleum, hoc est, tangentur pœnitentia, volent aliter actum, at serò, Iohan 9.

Quòd autem sapientes denegarunt fatuis olei sui communicationem; illud vix sibi sufficere dixerunt: significat, in illo die nemini prodesse posse aliena merita aut suffragia, sed vnumquemque suum ipsius onus portaturum, Galat. 6. In præsentis seculo, orationibus, ieiuniis, elemosynis, sacrificiis possumus adiuuari: cum autem ante tribunal Christi ventum fuerit, nec Iob, nec Daniel, nec Noë, & c. rogare poterunt pro quoquam. Tunc vix quisque sibi sufficet, vt sibi testimonium perhibeat conscientia sua, 1. Petr. 4. Vix iustus salua-

Resurre-
ctio genera-
lis diuersi-
mode fiet.

Opera in fu-
turo iudi-
cio exami-
nabuntur.

Dies Domi-
ni reuelatu-
rus est quæ
hic fuerunt
abscondita

Merita alie-
na aut suf-
fragia in
extremo
die nemini
proderunt.

saluabitur, impius autem vbi parebit? Significat item neminem piorum tunc confisurum suis meritis, sed in consideratione rigidi iudicij Dei omnia sua opera, pro insufficientibus habiturum, solaque diuina misericordia & gratuitis promissis nixurum.

Ad hæc vero, quòd sapientes relegarunt faruas ironice ad olei venditores: eo notatur illorum stultitia ac securitas, qui in præsentis vita audiunt adultores spirituales, sicque veram pietatem negligunt: cuiusmodi assentatores sunt, qui alios ob externam iustitiæ speciem beatificant, neglecta vera animi pietate, aut peccatoribus ex falsis indulgentiis remissionem & culpæ & pœnæ (citra etiam omnem præcedentem pœnitentiam) pollicentur, aut in confessionibus (& præsertim in mortis hora) nimis largiter immensam Dei misericordiam inculcant, nulla interim iustitiæ diuinæ mentione habita: de quibus agit Ierem. cap. 5. Qui hos, inquam, parasitos audierunt, ij in iudicij die videbunt se miserime esse deceptos: iuxta illud Isai. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.

Dum autem irent emere, venit sponsus. Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua: nouissime verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Dum irent emere, hoc est, querere suffragium, sed nimis tardè, venit sponsus Christus, cum magna maiestate & gloria, qui prius venerat in summa paupertate & humilitate, Zacha. 9. Matth. 21. Quòd ergo sequitur postquam sponsus venisset, solas paratas virgines intrasse cum illo ad nuptias, clausamque mox esse ianuam: inde docemur, nemini obuenturum vnquam cælestium nuptiarum & gaudiorum consortium, nisi qui paratus sit, hoc est, in fide veram charitatem, innocentiamque exercuerit, iuxta Sapien. consilium, d. Eccle. 18. Ante mortem para iustitiam aut saltem per veram antea vitæ pœnitentiam, in sanguine Iesu Christi remissionem omnium suorum peccatorum sit consecutus: quia dixit Christus, Luc. 13. Si pœnitentiam nõ habueritis, omnes simul peribitis. Nam alterutrum adsit oportet. O quantæ exultationis vox: Ecce sponsus venit o quantæ dulcedinis. Intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed o quantæ amaritudinis: Et clausa est ianua. Quæ ianua, obsecro, tum erit clausa? Ianua, inquam, misericordiæ, ad indulgendum, quæ modo omnibus aperitur: Ianua gratiæ ad merendum, quæ modo omnibus offertur: Ianua gloriæ, ad intrandum, quæ modo omnibus pœnitentibus referatur, Matth. 3. & 4. Sanè tum ea ianua erit clausa, quæ nunc patet venientibus ab oriente & occidente,

Stultitia
& securi-
tas adula-
toribus fi-
dentium re-
preheditur
Olei vendi-
tores qui
sunt.

Aduentus
Christi vl-
timus glo-
riosus.

Nuptiarum
cælestium
consortium
nullis con-
tinget nisi
paratis et
per veram
pœnitentiã
sanctifica-
tis.

Ianua modo omni- bus patens in iudicij die clausa erit.

Seueritas eius magna post iudicium in eos qui nunc misericordiam eius ab utuntur. Redemptio & salus post iudicium nulla. Fiducia quorundam vana.

ut recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob in regno caelorum, Matth. 8. Ianua tunc erit clausa, quae nunc ait Iohan. 6. Eum qui venerit ad me, non eijciam foras, ea inquam, quae nunc intromittit per poenitentiam, homicidas, publicanos, meretrices, adulteros, hocque genus reliquos, vel quamlibet graues peccatores, quandoquidem multus est Dominus ad ignoscendum, & praestabilis super malitia, Iohel. 2. Tum vero non talis erit, quia dicit: Et clausa est ianua, pietatis scilicet, & misericordiae, quae nunc lachrymis, gemitibus, & precibus poenitentium facile patet. tunc autem nullius poenitentia, nullius oratio; nullius gemitus amplius admittetur. Etenim tunc erit clausa ianua, quae Aarone post idololatriam recepit, quae Dauidem post adulterium intromisit & homicidium, quae Petrum post trinam negationem non solum non repulit, sed clauas suas ei seruandas commisit, quae publicanum Matthaeum ingredi passa est, quae latronem in cruce non exclusit, quae & peccatricem Magdalena non est dedignata. Haec eadem ianua tunc omnibus virginibus fatuis, id est, peruersis & obstinatis peccatoribus & non paratis aeternaliter erit clausa: quia magna erit eius seueritas post iudicium, cuius ineffabilis misericordia praerogata est. Hinc Amos dicit 5. cap. Cunctis qui foris sunt, dicitur, vae, vae, vae; Apoca. 21. Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

Postremo vero quod fatuae a venditoribus olei reuerfae inanes, quantumlibet & pulsarint ostium, & apertionem petierint, tulere tamen repulsam, nec intromissae sunt: inde docemur, non solum post vltimum absolutum Christi iudicium, neminem posse saluari, contra opinionem Origenicam, sed & irrationabilem prorsus ac vanam esse illorum fiduciam, qui citra vel veram pietatem vel seriam poenitentiam hoc in mundo exercitam, sperare audent gloriam regni caelestis. Non enim miserebitur omnibus, qui operantur iniquitatem. Psalm. 58.

Ne quis autem hic latronem, & a suscepto baptismo morientes nobis obijciat: dicimus longe aliam in his & fuisse & esse rationem, quam in nobis. Latro enim morte prohibebatur seu impediabatur, quo minus vitae pietatem virgere potuerit: & in eadem ratione ipsi etiam baptizati, si a suscepto baptisinate moriantur statim, excusantur: verum cum nos statim a suscepto baptismo aut accepta iustificatione moriamur, vel pie viuamus; aut post peccatum ex animo resipiscamus oportet, vel nihil nobis salutis polliceri queamus.

Tertio

Tertio concludit Dominus parabolam, & hortatur ut ad exemplum prudentium virginum, serui fidelis, ac prouidi patrisfamilias, vigilemus, nec non in tempore nobis paremus bonorum operum comitatum, quia nescimus diem & horam illius aduentus, qui cum subito extiterit, iam non erit amplius tempus benefaciendi, sed unicuique ferendum erit praemium pro retro gestis, & ait: *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.* Ad nos viuentes haec verba loquitur: ac si dicat, Si coronari cupitis, certate legitime, si praecipari nolitis, vigilate omni momento, atque occurrere sponso Christo cum lucentibus syncerae conscientiae & bonorum operum lampadibus. Nemo poenitentiam in finem protrahat, dicens illud Augustini: Iuuenis sum, faciam illud quod me delectat, & postea poenitentiam agam: ac si diceret: Percutiam me gladio, postea vadam ad medicum. Heu nescis, vnius horae puncto vulnus accipitur, quod vix longo tempore ad sanitatem reducitur. Si quis tamen in extrema necessitate constitutus cupit reconciliari Deo: fateor quidem, poenitentiam negare non possumus, sed nec securitatem dare possumus. Nunquid dico damnabitur? Sed nec dico liberabitur. Igitur vis a dubio liberari, tene certum, & dimitte incertum. Age poenitentiam dum sanus es, dum potes peccare, quia tunc deseris peccata. Quando autem poenites, cum peccare non potes, peccata te deserunt, & tu non illa. Seria enim poenitentia, raro vera, Haec Augustinus. Hinc Sapient. admonet Eccles. 5. dicens: Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem, &c. Sed quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, &c. Eccles. 9. Nam virgines paratae introierunt cum sponso ad nuptias, verum fatuis praclusae sunt for- res, hoc est, hypocritae & impij conijcientur in tenebras exteriores, Matth. 13. 24. ibunt in ignem aeternum, Matth. 25. At veri Christiani subuehantur a Christo in regnum caeleste. 1. Thessal. 4. Quod ut nobis omnibus contingat, vigilemus, & subministremus in fide virtutem, in virtute scientiam, in scientia temperantiam, in temperantia patientiam, in patientia pietatem, in pietate fraternam charitatem, in fraternitatis charitate dilectionem, 2. Pet. 1.

Exhortatio ad vigilantiam et bonorum operum comitatum.

Poenitentia in vltima finem non protrahenda

Poenitentia sera, raro vera.

Christiana rum vero rum et sal- soru praemium.

EPILOGVS.

1 *Virginitas quae propter excellentiam suam praecipuum non est, 1. Corinth. 7. est res sublimis, quae etiam apud veteres a praeiis sanctisq; viris coli non potuit. Haec tamen ut sublimis virtus non sufficiet, nisi adsit opus fidei & labor charitatis, qui us Deo desponsantur virgines castae.*

Quisque

2 *Quisque pro se videat, ne erremus, Deus non irridetur. Nullus nos defendere poterit, si oleum non habuerimus in lampadibus. Hortamur cum Apost. 2. Corintb. 6. ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim Isa. 49. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, Ecce nunc tempus acceptabile, &c.*

Ignorantia 3 *Crebrò repetit Christus, vigilate, quia nescitis diem neque horam,*
exitus ab *ostendens ignorantiam exitus ab hac vita vilem esse. Igitur cum illo*
hac vita *Paulino epilogo libet receptui canere: Vigilate, state in fide, viriliter agi-*
nobis vi- *te, estote fortes, omnia nobis cum charitate fiant. Hec est vita Christi-*
lia. *na. Et sic qui vixerint cum apparuerit Christus, habebunt fiduciam, nec*
pudescunt ab eo in aduentu eius, sed intrabunt cum sponso, scilicet,
Christo ad nuptias.

FINIS EVANGELIORVM ET EPISTOLARVM
DE SANCTIS, PARTIS ÆSTIVALIS.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
Anno 1574.